



32101 077773925

IN MEMORIAM

Charles Ewing Green

Obiit December 23rd 1897.

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. V.

PAVLI OROSII HISTORIARVM ADVERSVM PAGANOS LIBRI VII
ACCEDIT EIVSDEM LIBER APOLOGETICVS
EX RECENSIONE C. ZANGEMEISTERI.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXII.

PAVLI OROSII

HISTORIARVM ADVERSVM PAGANOS

LIBRI VII

ACCEDIT EIVSDEM LIBER APOLOGETICVS

RECENSVIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

CAROLVS ZANGEMEISTER.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXII.

GVILELMO · ZANGEMEISTER

PATRI · OPTIMO

D · D · L · M

FILIVS · PIENTISSIMVS

PRAEFATIO.

Ampliores de contextus Orosiani fatis eiusque restituendi ratione commentarii, quales ingens materiae moles requirit, reseruati sunt Prolegomenis seorsum edendis. huic uolumini post trium et quod excurrit annorum operam iam absoluto et, ne diutius in scriniis lateret, soli emisso breuiter praefatus sum, ut qui eo solo utatur, interim summas res, quae ad apparatum criticum intellegendum necessariae sunt, licet breuiter expositas inueniat.

Ex immensa codicum copia, quibus Historiae aduersum paganos (de his enim solis iam agitur) continentur, selecti a me sunt optimi et antiquissimi hi qui sequuntur.

Laurentianus pl. 65, 1 (*L*) litteris uncialibus scriptus sexto *L*
ut uidetur saeculo exeunte. cf. praeter Bandinium Reifferscheid Bibl. Patrum II 290 [1]) atque Zangemeister et Wattenbach, Exempla codicum Lat., suppl. 1879 t. LV et p. 6. — perierunt codicis partes hae: quaterniones I—III. IIII fol. 1 (usque ad lib. I 17 § 2 *bello per*), quat. VIIII 1 (uide ad p. 147, 12), VIIII 8 (162, 13), XII 1 (199, 2), XII 8 (212, 7), XVII 1 (275), XXVIII sqq. i. e. liber septimus integer. duo eorum folia (quat. XII 1 et XII 8) a manu ut uid. saeculi
XII (λ) suppleta sunt: eius lectiones quamquam pro recenti *λ*
aetate nullius fere usus sunt, in apparatu tamen omittere nolui, ut has quoque uoluminis celeberrimi paginas descriptas

---

[1]) Vbi p. 291 scribe: *incongruis;* 7 *populatus* (pro *populus*) *cruenta* | *praesentia* ||. hoc *praesentia* sane ab collatore additum uidetur; 22 *uirgilius* (litterae *g* lunula inferior euanida est, unde *uircilius* Anzianius, qui de his mihi rettulit).

haberet lector. — codex antiquissimus ab interpolationibus magis uacuus est quam ceteri omnes, corruptelae eius pertinent maxime ad genera haec. librarius calligraphus cum sententiam minus curaret, immo litteras potius uel etiam uocabula singula carptim repeteret, saepe non solum litteras, uocabula, hic illic integros uersus omisit, uerum etiam uocabulorum ordinem inuertit, uelut in talibus quale est 166, 14, ubi *rectores iudicesque* pro *iudices rectoresque* posuit. quare in his rebus contra ceteros codices optimos Laurentiano fides non est habenda aut certe non sine cautione. aliud mendorum genus non minus late patet: uocabula enim minus uulgaria, praesertim nomina propria ita detorsit (maxime ubi primum apud Orosium occurrunt), ut captui suo accommodarentur, uelut *Cirtam* 310, 4 diffinxit in *cartham, Atilium* 234, 2 in *utilium*, *teutodobus* (corruptum ex *Teutobodus*) 316, 16 in *teutoduobus*, et quae sunt eius generis alia infinita. itaque ubicumque talis paronomasiae suspicio usu uenit, diffidendum Laurentiano. — librarius non pauca, sed quae parui fere momenti sint, statim inter scribendum ipse emendauit. totum codicem correxit homo coaeuus is, qui post libros I et IIII *contuli*, post sextum *feliciter* subscripsit (L^2). eius manus saepe a prima aegre discernitur, unde quaedam huic antea adscripsi (usus nota 1^b), quae nuperrime codice denuo inspecto mihi persuasi potius secundae tribuenda esse. itaque in paucis iis locis, ubi nota 1^b adiecta est, mutatam uolo in 2, itemque 1^a in 1 (uelut p. 70, 3. 10; 79, 9. 12; 86, 3. 10). corrector (L^2), qui archetypum inspexit, permulta recte emendauit omninoque ei maior auctoritas tribuenda est quam librario ipsi. ab interpolando non prorsus quidem abstinuit sed plerumque in adiaphoris se continuit, rarissime inueniuntur, quae ad grauiora pertineant: uelut 70, 3 *exciuerit* perperam mutari iussit in *exercuerit*; 91, 1 *eiusratio* manus primae (corruptum ex *eiuratio*) in *et iuratio* mutauit; 401, 6 cum librarius in u. praecedentem (*Pompeius Bith. occisus*) aberrans *occisus* scripsisset, corrector *excisus* male coniecit, idem tamen ueram lectionem, scilicet post inspectum archetypum, subiecit hoc modo: *alibi interfectus*.

Nullius fere pretii est manus tertia (L^3): ea neque multa neque fere alia mutauit quam quae aut adiaphora sunt (ut 72, 15 *sexcenta* pro *sescenta*) aut facile a quoquam corrigi potuerunt, excepto fortasse 208, 5, ubi *octoginta* in *octingenti* recte emendauit. interpolatione usus est 282, 6 *diaeo* in *diae uno* corrumpendó. prima manu non paullo recentiorem esse inde patet quod hic illic litterae *G* lunulam inferiorem, quia euanuerat, restaurauit.

Summaria breuia, quae in margine adscripta sunt a manu omnino coaeua [1]), correctori (L^2) ni fallor potius quam primae manui debentur.

Codicem contulit primus Antonius Maria Biscionius anno 1729 in usum Haverkampi, qui tamen parum plene de eo rettulit. anno 1853 ab Ottone Iahnio rogatus accurate cum Haverkampi editione contulit Conradus Bursian; eius operam Iahnii liberalitate benigne mihi concessam adhibere potui, cum anno 1864 ipse Florentiae codicem integrum excussi. praeterea uti potui collatione quam N. du Rieu bibliothecarius Leidensis ante hos fere uiginti annos sibi fecit et a. 1873 cum uniuersa sua supellectile Orosiana mihi donauit. non nulla postea uel ipse denuo inspexi (annis 1873 et 1877) uel mea causa Anzianius, Castellanius, Schadyus recognouerunt.

Ex Laurentiano nullus superstitum codicum transcriptus uel deriuatus est, eiusdem familiae sunt duo codices qui sequuntur.

Codex Donaueschingensis (*D*) bibliothecae principis DE FVERSTENBERG n. 18 [2]), exaratus est saeculo, ut mihi quidem uidetur, octauo litteris Langobardicis, quibus simillimas exhibent Arndt, *Schrifttafeln* 1874 tab. VI et Societas Palaeographica Londiniensis t. VIII et IX. codicem, qui Orosii opus integrum exhibet, contuli ipse partim Gothae partim Heidelbergae, quo quod missus est tum Barackii tum Riezleri liberalitati summae debeo. — *D* ab eodem archetypo est oriundus, *D*

---

[1]) Ad p. 71, 8 pro *saec. IX* scribe *saec. VI.*

[2]) Cf. Barack, *die Hss. der Fuerstlich-Fuerstenbergischen Bibl. zu Donaueschingen* 1865 p. 13 et IV.

quo *L*. multas enim lectiones aut ueras aut falsas [1]) cum *L* communes habet, a multis autem huius mendis, uidelicet huic propriis, liber est; omninoque huius familiae praeter *L* antiquissimus et optimus, utpote non contaminatus, testis existimandus est. exaratus est ab operario archetypum sine iudicio transcribente, unde est quod uocabula saepe male inter se distinxit et in homoeoteleutis nec non in eius modi locis cuius sunt uelut 583, 13 et 584, 1 omittendo peccauit. raro uerba male repetiuit uelut 317, 4; 387, 3 [2]). interpolationes continet paucas et tales quales aliorum ope codicum facile agnosci possint: uelut 243, 2 *pugnauit* (pro *conflixit*); 268, 11 *studio* (pro *causa*); rara exempla sunt talium, quale est 416, 14 *parthum* (pro *pharum*), rarius etiam uocabulum male inseruit, ut 141, 14 *memores*.

Manus secunda (D^2) paullo recentior quae mutauit, plane nihili sunt; nam fere omnia sine codicis auxilio et perperam intulit (cf. 33, 4; 229, 13; 276, 7). bonum factum quod paucas Orosii partes legit, melius etiam quod a radendo fere abstinuit.

Denique notandum est codicem plenum esse barbarismis eis, qui sermoni illius aetatis uulgari proprii erant, uelut, ut exempla pauca afferam, *uidire*, *cupiae*, *scripturis* (pro *scriptores*), *negare* (pro *necare*), *uindigare*, *lettere*, *fedes*, *atte* (pro *actae*), *storia*, *spania*, *cento*, *ad* (pro *a*). quae codicis proprietas cum ad iudicandas eius lectiones saepe magni momenti sit, ad primum saltem librum etiam has minutias adnotaui omnes, sed inde a secundo non nisi in nominibus propriis et in numeris et ubi in aliis codicibus uel eadem uel talis lectio exstat, quae ex *D* lucem accipere possit.

B Codex Bobiensis (*B*), nunc (inde ab anno 1606) Ambrosianus D. 23. Sup. scriptus litteris Iricis semiuncialibus saeculi octaui ut uidetur initio. cf. Peyron, Cic. pro Scauro p. 168 et Reifferscheid, Bibl. Patr. II p. 66. desinit in uerba II 13 § 7 *occupauit armatus*.

[1]) Velut 182, 7; 216, 1. 8; 423, 9.

[2]) Illud quoque p. 182, 10 *italorum* post *gallorum* insertum dittographia potius quam interpolatione uidetur natum esse.

Accuratissime collatus est cum ab Nicolao du Rieu tum ab Guilelmo Studemund et Paulo Krueger, ipse postea itineris Italici occasione ad eum inspiciendum uti non neclexi. eiusdem familiae est atque *LD* cumque operis huius initium (I 1—17 med.) in *L* perierit eiusque nullus iam exstet Bobiensi codex antiquior, eum in apparatu meo exhibendum et, ut cum *L* comparari possit, etiam post I 17 med. exhibendum esse duxi. sed magis deprauatus est pluresque quam *D* continet interpolationes, magnam partem cum R^a consentientes. est tamen quoque, ubi cum *D* (uelut 82, 13) aut cum *PR* (ex. gr. 97, 15) contra *L* uerum exhibeat. — correctus est a manu prima aut coaeua, certe primae simillima, rarius tamen inter lineas (B^s) quam in margine (B^m), ubi uarias lectiones plerumque singulis litteris adscripsit. codice usam esse inde patet, quod uocabula quaedam omissa recte suppleuit (uelut 91, 7; 100, 13), eadem tamen nonnulla coniectura infelici intulit (ex. gr. 6, 3; 16, 8). inter locos XXIIII sunt XIII quibus ueram, XI quibus falsam lectionem apposuit. — manus recentior, saeculo decimo a Studemundo tributa, p. 69, 16 orthographiam mutauit.

Codicis saeculo septimo litteris uncialibus scripti, qui fuit *S*
'ecclesie diui remacli in Stabulaus' [1]) duodecim folia uel foliorum partes (*S*):

1. Schedae duae bibliothecae Bruxellensis n. 19609: ex lib. IV 2. 3. 4. 5. utor collatione Du Rieuii et exemplo photographo optimo, quod intercedente academia nostra bibliothecae praefectus nobis faciendum curauit.

2. Schedae tres Bruxellis in 'Bibliotheca publica' a. 1826 descriptae a Pertzio (cf. *Archiv* VII, 1839, p. 34), quae ubi nunc exstent ignoratur. apographa Pertziana ex Monumentorum Germaniae tabulario mecum communicauit Georgius Waitz: sunt partes horum l. V 11 et 12; VI 1. 2. 8.

3. Schedae septem musei Britannici Add. n. 24144: continent partes horum V 12. 13. 14. 15. 21; VI 10. 11. 12;

---

[1]) Sic enim schedae Londiniensi primae inscriptum est manu saeculi XV.

VII 37. — descripsi anno 1875; cf. *Sitzungsberichte* 84 p. 49. duas (quintam et sextam quae sunt libri VI 10—12) edidit Polain, *Bulletin de l'acad. de Belg.* 1849 XVI 2 p. 552 sq. addita imagine horum p. 389, 10 *timendi* — 390, 1 *exercitus*. uarietatem scripturae in apparatu enotaui; in Prolegomenis antiquissimi huius praeter *L* exemplaris fragmenta integra exhibebo. — codex, qui satis accurate et emendate scriptus est, ex communi ceterorum codicum archetypo, auctoris aetate non multo inferiore sed iam deprauato, et ipse fluxit (cf. 216, 9; 355, 3 al.). eiusdem familiae est atque *LD*, huic *D* tamen magis affinis (215, 7 *allegerent* recte fortasse; 354, 10; 356, 8; 376, 5; 389, 7), raro (scilicet contaminatione) cum *PR* potius consentit (381, 18). interpolationes paucissimas nec grauiores habet, uelut 216, 8 *responderent* (pro *-runt*), 302, 1 *uitiorum corruptiones* (pro *uitium corruptionis*), 375, 17 *succensis* (pro *incensis*); per dittographiam scriptum est 356, 11 *perinuasit* et 538, 1 *radagadaisus.*

P Alterius familiae exemplar optimum est codex Palatinus 829 (*P*), qui olim S. Nazarii Laureshamensis[1]) fuit. cf. Wilmanns, musei Rhenani n. s. XXIII p. 393 et Reifferscheid, Bibl. Patr. I p. 299. exaratus est saeculo octauo (aut fortasse noni principio) simul a duobus librariis, cuius alter (fol. 1—44) scriptura Carolingica prisca, alter (f. 45—115) Irica q. u. Anglosaxonica usus est. — inter fol. 46 et 47 perierunt quaterniones tres siue folia XXIIII, quibus conscripta erant haec IIII 1 § 1 *trucidati* — V 7 § 6 *sed incre.* — prior ille librarius (aut certe coaeuus alter iisdem characteribus usus) totum codicem relegit sed fere se continuit in orthographicis mutandis (*adque, aput*) et uocabulis melius diuidendis (cf. 431, 1, cuius generis non omnia adnotaui); longe plurimae et maioris momenti emendationes inlatae sunt a manu secunda (P^2), quam ex characteribus paullo posteriorem esse olim putaui, sed nunc comparato Rehdigerano potius coaeui correctoris archetypo usi esse existimauerim. huic tribuenda rasurarum, quae

[1]) In folii eius, quod folio 1 praemissum est, aduersa parte plumbo scriptum est S // *Nazario* ubi ab initio fuit fort. *S* [.] aut *d*[*e S.*]

in codice insunt, pars pleraque; sed cauendum, ne in iis omnibus reconditius quid quaeratur, nam saepissime in erroribus leuissimis, quales librarii neclegentia commisit permultos, remouendis uersantur, id quod hic illic ex reliquiis litterarum deletarum, tum uero ex *R* intellegi potest. — tertia manus (P^3) saeculo decimo esse tribuenda uidetur; ea, ut haec afferam, 472, 15 *titulorum* (quae glossa est) adscripsit, 550, 13 *adsumpsere* interpolauit; recte 472, 15 *fiscalium* (pro *fiscali*) correxit, 492, 12 uerba a P^1 omissa *Galerio—cessit* recte addidit. — quarta manus (P^4) VII 6 sq. antiquam scripturam euanidam restituit (cf. ad p. 448, 11 et 13 sqq.); eam saeculi XI extr. uel XII in. esse Mauius censuit. utrum alia quoque (uelut 505, 4) huic an tertiae tribuenda sint, discerni nequit.

Codicem optimum, qui Du Rieuium latuerat nec ab alio quoquam adhuc adhibitus erat, cum anno 1865 paullo ante quam in Germaniam redirem in bibliotheca Vaticana forte fortuna detexissem, eius ipse quidem conferre potui ad Haverkampi uel (V 9—12) ad Thorunensem editionem has partes: I 1—3 § 2, V 9 § 1 *auctore* — 12 § 9, librum VII integrum; reliqua anno 1873 ad Haverkampianam accuratissime contulit Georgius Kaibel. deinde postquam Rehdigerani quoque mihi copia facta est, illa, de quibus certius etiam constare opus esset, summa cura recognouit Augustus Mau amicus, ab eodemque impetraui, ut primi libri caput alterum anno 1877 a me in Commentatt. Mommsenianis editum denuo in *P* relegeret.

Eiusdem stirpis est codex Rehdigeranus *R* 108 = S. I 5, 30 *R*
bibliothecae ciuitatis Vratislauiensis (*R*). exaratus est saeculo nono aut fortasse decimi principio. post Orosii historias inde a f. 148^r sicut in Palatino (ex quo in Corporis huius uol. I edidit Halmius) sequuntur epistulae Seueri, desinentes f. 149^v in uerba *praesentia uisitentur.* deinde eadem manus litteris maiusculis scripsit QVIQ: VIDERIT HĘC FONA DICAT DNM ROGO EGO RICMARVS INDIG|NVS · PRBT THEODGRIMVS EPS VT SIT CLARA IN POLO. Theodgrimus episcopus Halberstadtensis erat ab a. 827—840. at subscriptionem non autographam sed ab librario ex archetypo repetitam esse manifestum est, indeque explicatur quod corrupta uel manca est.

codicis notitiam debeo Rudolfo Peiper, qui anno 1873 totum contulit annoque sequenti nonnulla propter Palatini discrepantiam denuo inspexit. annis 1878 et 1879 summa et magistratus Vratislauiensis et H. Markgrafii bibliothecarii liberalitate mihi concessum est, ut dum haec editio inprimitur, Heidelbergae codice uti possem. itaque eum ad paginas nostras 1—48 et 289—564 ubique relegi, ad medias partes (illae enim plagulae fere omnes Neapoli corrigendae mihi fuerunt) ubi opus esse uisum est, recognoui.

Permulta a diuersis hominibus in *R* correcta uel certe immutata sunt et difficile potest definiri, quot manus agnoscendae sint, saepe etiam cui singula correctori tribuenda sint in ambiguo relinquitur. sed ad restituenda Orosii uerba auctoritatem habet sola prima manus, quae fere semper consentit cum *P* aut, ubi ille correctus est, cum P^2. quaecumque haec manus 1 ipsa correxit, pleraque omnia ex archetypo uidetur repetiisse, pauca et leuidensia suo Marte intulisse. — manus altera (R^2) haud dubie coaeua docti hominis est, qui satis strenue et fortiter correctoris uices gessit. eum et ipsum idem archetypum adhibuisse inde patet, quod saepius, ubi R^1 correctam lectionem archetypi exhibuerat (fere consentientem cum P^2), priorem (P^1) restituit. ceterorum duplex genus est, unum (cuius tamen non ita multa exempla exstant) ita comparatum, ut alterius quoque familiae codicem inspexisse putandus sit, alterum longe frequentius, quod coniecturis meris constat, saepe sagaciter inuentis sed plerumque falsis; nec desunt, quae nisi adhibito alio auctore reperta esse uix possint (cf. 64, 12). ad contextus Orosiani fata cognoscenda haec manus propterea magni momenti est, quod eae emendationes uel interpolationes in plurimos codices transierunt. — R^3 (saeculi X ut uidetur) nihil fere praeter orthographica mutauit; num alia quaedam huic tribuenda sint, uelut *cũ* 288, 23, discerni nequit. — minoris etiam momenti est R^4 (s. XIII uel XIV), quae uelut 288, 3 *dari*, 294, 14 *fertilis* male coniecit. — manus quaedam 'coaeua' in libro VII aliquotiens ueram lectionem adscripsit (494, 20; 498, 5), alia suo Marte male intulit (487, 3; 537, 1). — praeterea infinitis locis per totum codicem

orthographica uulgaria mutata sunt a diuersis manibus primae fere coaeuis, sed eas distinguere inter se nil plane refert. in eiusmodi igitur rebus ubi R^1 adnotaui, alteram lectionem non secundae manui sed omnino diuersae alicui a prima manui ($R^{al.}$) tribuendam esse intellegas.

Rehdigerano cum Palatino summam intercedere propinquitatem primo obtutu apparet, sed ipse gradus minus facile definiri potest. de ea re quid sentiam breuissime h. l. dicendum est. *R* non esse ex *P* descriptum certum est; sed utrum ex Palatini apographo an ex eodem atque *P* archetypo repetitus sit, dubitari potest. posterius mihi magis probatur, sed archetypum, ex quo prius *P* descriptus erat, tum, cum *R* exarabatur, hic illic interim immutatum erat, nisi forte (quod tamen minus probabile) *R* ex eius archetypi apographo a *P* diuerso transcriptus est. Rehdigerani librarius ex archetypo communi modo solam lectionem correctam repetiit (ubi $R = P^2$) modo (et satis mirum quod idem in Palatino factum est) primariam transcripsit sed deinde correxit (cf. uelut 301, 16; 303, 10; 504, 7; 541, 13; 547, 1), quin etiam tam unam quam alteram in ipso textu posuit (uelut 189, 5; 192, 1; 355, 11). quibusdam locis idem uel corrector aequalis, archetypo et ipse usus, deinde primariam restituit ubi R^a (uel R^1) $= P^2$ et R^b (R^2) $= P^1$; quin etiam est ubi corrector emendationem denuo receperit (cf. 483, 8; 493, 3). — P^2 saepe praestat quam P^1, sed in multis P^1 uerum ipsum praebet aut certe a uero propius abest quam P^2. itaque cum *R* plerumque cum P^2 consentiat[1]), in illis meliora praebet, in his fere ueritatem uel ueritatis uestigia oblitterata exhibet. longe rarioribus exemplis R^1 ueritati propior est quam *P* uel ab huius mendis interpolationibusue immunis. — quae correxit P^3, ignorat *R*, uelut 492, 12 *Galerio—cessit* om. $P^1 R$, add. P^3; cf. 465, 5 et 472, 15. — omnino autem iis solis correcturis, quae et in *P* et in *R* exstant, auctoritas tribuenda est, cum hae solae lectiones ex communi archetypo repetitae sint et antiquitus traditae esse queant. archetypum codicum *PR* non pendet ex familia *LDB*

[1]) Dissentit uelut 148, 15; 533, 5.

sed alteram familiam repraesentat, quae in multis ueram lectionem uel sola ipsam exhibet uel ab ea propius abest. huius familiae *PR* optima exemplaria esse intellexi; ceterorum enim alia (uelut *T O* Portense X_2) magis interpolata sunt et quae in *PR* [1]) a correctoribus supra scripta sunt, iam in contextu ipso exhibent, alia (ut *V*) etiam magis contaminata sunt. archetypum *PR* iam interpolatum erat triplici fere genere: primum uocabula non intellecta, maxime rariora in alia leuiter mutata sunt, uelut 73, 9 *fabre*] *faber*, 88, 6 *sine more*] *sine mora*, 184, 1 *Morinus*] *marinus*, 387, 3 *Vxellodunum*] *uelut unum;* deinde sed multo rarius uocabula integra inserta sunt uelut 168, 15 *mortes*; postremo sed paucioribus etiam exemplis uocabulum Orosianum in aliud commutatum est, uelut 387, 19 *undique* (pro *ilico*), ut omittam adiaphora, in quibus utrum uerum sit discerni nequit, uelut cum 318, 7 *ac L D*, *et P R*, 333, 1 *isdem* (*hisdem*) *L D*, *ipsis P R* exhibent. notabile praeterea est corruptelae genus, quo aliquotiens in nominibus propriis consonantes sedem inter se mutarunt ad haec exempla: 534, 11 *admeredam* (pro *Admederam*), VII 37 quater *ragadaisus* (pro *Radagaisus* [2]). — ut paucis comprehendam, in quibus Rehdigerani utilitas posita sit, communis ei cum *P* archetypi optimi testis est licet gemello suo paullo inferior, sed ad IIII 1 usque V 7, ubi periit *P*, solus; deinde in *P* scriptura primaria nonnumquam erasa est, in *R* autem superstes; denique cum permulta, quae in *R* a diuersis correctoribus inlata sunt, ab aliis codicibus recepta sint, magni est pretii ad contextus Orosiani uicissitudines cognoscendas. quae cum ita sint, huius quoque codicis discrepantiam plenam adnotaui.

Coniunctis horum codicum testimoniis recte usi archetypum resuscitare possumus, quod quamquam corruptelis non carebat [3]), ab auctoris tamen ut aetate ita scriptura tam prope

---

[1]) Maxime *R*, nam in *P* longe pauciora exstant.

[2]) Similis menda iam in utriusque familiae archetypo exstabat uelut haec: 316, 16 *teutodobus* (pro *Teutobodus*).

[3]) Velut corruptelae habentur: 396, 6 (ubi *cum singulis legionibus* in *cum singulas legiones*, deinde in *singulas legiones* abiit); in numeris:

aberat, quam fere nullum alius scriptoris ueteris quod restituere possumus archetypum. itaque ubi consentiunt *LDBSPR* aut, in quibus ceteris praesertim *L* caremus, *DPR*, ab ea lectione non discedere licet nisi cogente summa necessitate et semper cauendum est, ne potius Orosium ipsum quam librarios corrigamus. in hanc partem Franciscus Fabricius Marcoduranus, alioquin de Orosio bene meritus, maxime peccauit, qui saepissime pro iis, quae Orosiana sunt, fastorum uel historicorum ueterum lectiones intulit. inde factum est, ut, cum praecipuum Orosii pretium in eo positum sit, ut quid ille tunc apud auctorem aliquem scriptum inuenerit doceamur, eam utilitatem plane sustulerit Fabricius eumque secuti editores posteriores. — huc accedunt Orosii errores eiusque sermonis proprietas, in quibus rebus qualia ei tribui possint apud eumque toleranda sint, caute ubique reputandum est. sermonem h. l. mittam [1]), sed leuitatis exempla sunt quaedam subicienda: 384, 3 *dum—geruntur*; 246, 9 *Sarnus* (pro *Arnus*); 167, 9 Philippus pro Iulio Caesare memoratus; 208, 12 numerus interfectorum. — itaque uelut 256, 15 Cesenam pro Sena uocatam intactam reliqui et alia id genus multa. at 290, 9 Metellum pro Lepido (cf. 290, 3) inlatum esse ne in Orosio quidem credi potest, certe alterum plane simile exemplum frustra apud eum quaesiui. — non minore cautione opus est in glossematis statuendis, nam difficillimum est de eiusmodi rebus decidere in eo scriptore, qui semet ipse quodammodo interpolare soleat: uelut, dum duos auctores simul compilat, IIII 14 § 7 duas apud Trebiam

241, 21; 243, 17; 355, 12; lacunae: 330, 17; 331, 13; 364, 18; glossema: 418, 6. notabile est corruptelae genus quoddam ex correcturis male intellectis natum: 395, 1 *corfinium*] supra *cornicium* scr. est *fi* sed *ci* non deletis in *LP*, inde *cornificium DR*; 267, 19 *sulcamum* inde explicari puto quod huic *ulcamum* adscripta fuerat *s* sed ante *u* inserta est cum deberet litterae *l* loco poni; uersa uice 326, 9 huic *ternum* cum *a* adscripta esset ut ante *t* adderetur, perperam litteram *r* remouit; item uelut 323, 19 *sereniam*, quod *PR* pro *Aeserniam* (*eserniam*) exhibent, natum est ex *e* altera loco falso inserta.

[1]) Hoc solum afferam, Haverkampum ubicumque fere haec *cur* et *quia* ex posterioris illius aetatis usu notissimo ab Orosio adhibita (cf. Indicem nostrum V) perperam immutasse.

pugnas effinxit et IIII 18 § 6 et § 8 Claudium Marcellum bis interfectum esse narrat; cf. VII 15 § 2. itaque paucissima quae omnino excludenda essent repperi (418, 6; 492, 12, quibus fort. addendum 347, 16), longe plura, licet suspecta, reliqui uelut illa 77, 10—12[1]).

Vbi altera familia ab altera dissentit (*LSDB* ab *PR*) et aequa utrimque libra pendet, momentum sumi saepe potest ex sententia aut ex Orosii auctore aut denique ex codicum corrumpendi more[2]), in aliis, quae plerumque pertinent aut ad nomina propria scribenda[3]) aut ad adiaphora (uelut *ac—et*), res in ambiguo relinquitur.

Vbi utriusque familiae singuli contra ceteros stant, per se id praeferendum erit, cui *LP* patrocinantur; ubi unus pugnat cum ceteris, horum lectioni per se maior auctoritas tribuenda est. sed hic maxime non tam testium numerus quam lectionis indoles in rationem uenire debet, nam saepe unus codex uerum seruauit praesertim *L* aut *P*, in iisque locis praeter cetera hoc examinandum est, num ex eius codicis solitarii more suspicio corruptelae uel interpolationis[4]) repeti possit.

Denique uix est quod addam, ubi in plures partes discedunt codices, uelut in has tres *L* — *D* — *PR*, quid ab Orosio profectum sit, nisi aliunde accedat momentum, discerni plane non posse; 378, 17 ubi pro *Mandubratio* tradunt *andragio D*, *androgio L*, *androgorio PR* ut aliquid tamen ponerem,

---

[1]) Ea uerba, iam ab Isidoro compilata, absunt ab *G*; sed is descendit ex codice ab homine docto satis uafre correcto et interpolato.

[2]) Velut 379, 8 et 11 *Aduatuci* scripsi propter *D* 373, 10 et quia *Atuatuti* codicum solita paronomasia (*a tua tuti*) natum esse potest. 385, 6 utique recipiendum erit *Veliocasses* et illud *Veloc.* 372, 9 potius ex hoc corrigendum; 385, 5 non abnuerim, si quis corruptum *Saletos* ipsi Orosio tribuere uolet.

[3]) In quibus ubi *L* et *P* exstant, parem utraque lectio auctoritatem, ubi *L* et *R* exstant, *P* autem deest, ea quam *L* tuetur paullo maiorem habet.

[4]) De mendorum generibus Laurentiano propriis uide supra p. VIII, ubi in talibus nullam huic contra ceterorum consensum fidem tribuendam esse dixi. raris exemplis ita interpolatus est sicut 331, 8, ubi *siderata* pro *desiderata* exhibet.

cum Nipperdeio scripsi *Mandubragio* (praecedit *cum*); sed etiam *mandragio* aut *andragio* Orosianum esse potest.

In rebus orthographicis, ut consentaneum erat, potissime secutus sum Laurentianum et, ubi eo caremus, potius *D* codicem, in his quoque illi affinem, quam *PR*, quorum scriptura ex diuersa doctrina satis constanter constituta est. ceterum in tanta antiquorum Orosii codicum copia luculento exemplo intellegi potest, quam parua fides codicibus etiam noni decimique saeculi tribuenda sit in his rebus (uulgaria dico, nam rariorum alia est ratio), eosque suum potius usum sequi solere, quam ueterum auctorum quos descripserunt manum conseruare. ut haec tantum afferam, in summa quae Rehdigerano cum *P* intercedit similitudine multa tamen orthographica sunt, quibus ab eo discrepat, uelut *blasphemia R* (*f P*), *ecclesia* (*c*); *solers* (*ll*), *brachium* (*cc*), *conditio* (*c*), itemque *dultia*, *fallatia*, *internitio*, *Lutius*, *prouintia*, *solatium*, *sotius*, *suspitio*. huc accedit, quod codicis *R* ab uariis manibus coaeuis infinitis locis prima scriptura mutata est, ut is sic correctus uel codex ex eo descriptus in his rebus quantum iam a *P* gemello aut a communi amborum archetypo differat intellegi facile possit. quid quod Pauli, qui octauo saeculo medio Orosium compilauit, exemplaria eodem modo inter se discedere solent quo ipsius Orosii codices illis fere coaeui (uelut 312, 7 *internicionem* 𝔅 s. IX, *internitionem* 𝔄 s. X). — quod ad nomina propria attinet, codicum scripturam nisi in paucissimis, quae tritissima sunt, (ut *Euphrates, Pyrrhus*, *Sulla*) non mutaui; uelut intacta reliqui *Horodes* (pro *Orodes*), *Palefatus*, *Afellas* (pro *Ophellas*), quae possunt certe ab Orosio profecta esse. in ea re hoc quoque secutus sum, ut antiquam nominis scripturam, si uno loco tradita est, in ceteris quoque ex eodem fonte haustis reciperem. — ceterum abstinendum utique erat a summa constantia quaerenda, quae ab tali scriptore multo etiam magis abhorret quam ab aliis.

Codicum eorum, quibus subsidiariis usus sum, elenchum infra subieci, quo tamen non comprehensi sunt ii, quos semel iterumue a me memoratos in ipso apparatu satis clare designaui. meliores eorum attuli in iis praesertim partibus, in quibus deficiente *L* (aut *L* cum *P*: V 1 § 1 — § 7 med.

utriusque familiae exemplaria inter se discrepant, ceteros rarissime et tum quidem, si qua lectio quadam de causa memoranda erat. — hic illic codex uel maxime interpolatus uerum solus exhibet etiam in talibus, quae coniecturae suspicionem excludere uideantur, uelut *T* 241, 21: VIIII, *O* 355, 12: DCLXII, Vat. 1977 (s. X) 316, 16: *Teutobodus.* ac potest sane fieri, ut horum quaedam meliori alicui archetypo debeantur, sed omnino iis magna cum cautione utendum est et eo quidem maiore, quod constat Orosianos codices ex aliis quoque scriptoribus interpolatos esse, uelut ex Sallustio (311, 1 *DG*), Iustino (182, 7 $V_2 V_3$ *curru*; cf. 72, 16 *R hic*), Claudiano (532, 3 *G* aliique), fort. Iordane (64, 12 *R*).

A Treuerensis 1096 (= LXXXIX) saec. X. — m. 1 desinit 302, 11 in *quingentos*, coaeua continuauit usque 307, 14 *uiderent.* ipse Heidelbergae contuli. affinis est Laurentiano.

C Monacensis 6308 (Fris. 108) s. VIII—IX. incipit a p. 3, 3 *-beat totumque*, deficit in 272, 1 *linguae.* totum contulit Du Rieu, haec 3, 3—28, 11 et 69, 12 *recte* — 79, 12 Halmius, illa 57, 12—272, 1 Thomas. — proximus est codici *P*, sed ualde corruptus (licet neclegentia magis quam interpolatione) ac iam hic illic contaminatus.

E Laurentianus Gadd. pl. 89 sup. 21 s. XIV. integrum contulit Du Rieu.

F Laudunensis 137 s. VIII. partes quasdam contulit Du Rieu. primae familiae est sed barbare corruptus.

G Sangallensis 621 s. IX. Orellii collationem a Baitero acquisitam Halmius mecum communicauit; deinde totum codicem ipse et (p. 534 seqq. ed. Hav.) Hugo Hinck amicus optimus Heidelbergae a. 1873 excussimus. — ad primam scripturam (1^a) adiectae sunt stilo (1^b) uel uariae lectiones, plerumque uerae et cum *PR* consentientes, uel summaria a rubricatore pingenda; 1^c: sunt ipsae hae lectiones ab eadem manu deinde inlatae; m. 2^a et 2^b: glossae diuerso atramento sed ab eodem ut uid. homine scriptae; m. 3: Ekkeharti IIII est, mortui circ. a. 1060. cf. Duemmler in Hauptii *Zeitschrift f. d. Alt. n. F.* II (1869) p. 1 sqq. — prioris familiae est, sed ex archetypo descendit ab homine docto audacter interpolato et contaminato. longe

memorabilior est non solum propter glossas [1]) sed etiam propter Ekkeharti 'assumptis duobus exemplaribus' (Duemmler p. 2) factam recognitionem. qui, ut hoc breuiter moneam, minime codices hos continua opera contulit sed, ut apparet, non fere nisi in iis, ubi quid offensioni esset, inspexit: lacunas certe codici *G* proprias paene numquam suppleuit.

Parisinus 9665 (Cluniacensis) s. IX. contulit Du Rieu, ipse inspexi. *H*

Laurentianus S. Crucis pl. 20 sin. 2, saec. XI ineuntis. totum contulit Du Rieu. *K*

Laurentianus pl. 65, 35 s. X ('Flor. 2' Hav.). totum contulit Du Rieu. — *K* et qui paullo integrior *M* in melioribus primae familiae codicibus numerandi sunt. maxime affines sunt codici *S*. *M*

Vaticanus 1974 s. X. totum contulit Du Rieu, partem ego. interpolationibus scatet. *N*

Vaticanus 3339 s. X. partem contuli ego. N_1

Bernensis 160 (olim Petri Danielis) s. XI. totum contulit Du Rieu. cf. p. XVI. *O*

Venetus 349 s. XI. partem contulit Du Rieu. conspirat fere cum *O*. O_1

Portensis n. 82 s. XI. collationem edidit Grubitz [2]), excerpta nobis misit Boehme. familiae secundae exemplar est fere non contaminatum. ***Port.***

Vaticanus Pal. 828 s. XII. ad V 1 princ. contulit Mau. descriptus est non ex *P* [3]), sed ex *R* iam a m. 2 interpolato aut ex eius progenie. *Π*

Vaticanus Reg. 296 s. X. Mau excerpsit. Q_1

Bernensis 128 s. X. ego excerpsi Heidelbergae. Q_3

---

[1]) Inter quas etiam Enniana quaedam sunt, uelut illud supra uersum p. 221, 13 (*-tandos Alexandri actus direxerunt*) ab Ekkeharto adnotatum: *Ennius · Qualis consiliis quantumque potesset in armis*; cf. Duemmler p. 11 not. 3. apographa mea Vahleno misi.

[2]) Ernesti Grubitz Emendationes Orosianae. Numburgi 1835. 4°. (progr. scholae Portensis).

[3]) Reifferscheid B. P. I p. 301 not.

T Monacensis 6380 (Fris. 180) s. X—XI. totum contulit Du Rieu, ipse Heidelbergae adhibui. cf. p. XVI.

V Vindobonensis 366 (= Endl. 334) s. IX—X. haec p. 4—84, 284—303, 355—358, 548—556 ed. Hav. Halmio contulit D. Detlefsenus, partes quae desunt in *L* in nostrum usum Carolus Kaplan. male interpolatus et contaminatus.

V_2 Vercellensis s. IX. cf. Reifferscheid, B. P. II p. 218. partem contulit Du Rieu; ipse excerpsi a. 1873. — meliorum est codicum familiaeque priori potius tribuendus, sed contaminatus est atque haud dubie uiri docti recognitionem exhibet qui etiam ex Iustino interpolauit (uelut 182, 7 *curru* post *quasi* inseruit ex XII 10 § 5); quare lectiones eius non sine cautione magna adhibendae sunt [1]).

V_3 Pestinensis bibliothecae musei nationalis Hungarici n. 246 (olim Nicolai Iankovich). cf. Haenel *Iahrb. f. Phil. Suppl.* 5 p. 592. rettulit de eo a nobis rogatus bibliothecae praefectus. paullo post Michael Ring et commentationem de eo scriptam, editam deinde in eph. quadam Hungarica [2]), et collationem partis antiquae accuratissimam mihi transmisit. ea pars continet 1) I 15 p. 65, 9 *atque accensae* — V 15, p. 311, 10 *hostes* et 500, 16 *illos* — 501, 9 *interfectus est* (s. IX Haenel, X Ring, XI bibl.), 2) VI in. — VII 28 p. 500, 16 *persecutores* (s. IX H., X sed al. m. R., X bibl.). codex plane gemellus est Vercellensi [3]). — principium usque p. 65, 10 *consequuntur* esse a manu s. XII censet H. (XIII R. et bibl.), p. 311, 12 *turbatosque* — l. V extr. a m. s. H. (XI R et bibl.), p. 501, 10 *Herculius* — VII extr. ab ead. m. R. (ab al. m. s. XI bibl.; Haenelius non distinxit).

W Treuerensis 1094 (= LXXXVIII) saec. XI. Andreas Weidnerus collationem suam horum I — II 15 benigne mihi con-

---

[1]) cf. ad p. 192, ubi ad l. 5 addendum quod *Itaganor* legit cum V_3.

[2]) cf. *Revue de philol.* 1877, *rev. des revues* p. 166.

[3]) Non Portensi affinis est, ut Ringio uisum seducto interpolationibus recentissimis ab Haverkampio male receptis, quae non solum a Portensi (cuius solius notitia accuratior suppetebat Ringio) sed antiquioribus omnibus absunt.

cessit. ipse deinde adhibui codicem Heidelbergae. familiae secundae est sed contaminatus.

Monacensis 10292 (Mannhem.) s. XI. partem contulit Du Rieu; excerpsit hunc ut etiam X_3 X_4 Halmius, deinde ipsos mihi Heidelbergam misit. X_1

Monacensis 22025 s. XI—XII. integer collatus ab Halmio. X_2

Monacensis 13041 s. XII. uide ad X_1. X_3

Monacensis 26303 (Quatrem.) s. XII. uide ad X_1. X_4

Lugd. Bat. Voss. Lat. fol. n. 18 s. XIII ex. ('Lugd. 1' Hav.). Y_1

Lugd. Bat. bibl. acad. publ. Lat. n. 110 s. XIV ex. ('Lugd. 2' Hav.). Y_2

Lugd. Bat. bibl. acad. publ. Lat. n. 80 s. XV ('Lugd. 3' Hav.). — descriptum esse ex codice O censet Du Rieu. Y_3

Lugd. Bat. Voss. Lat. fol. 13 s. XII ('Lugd. 4' Hav.). Y_4

Londiniensis Musei Brit. Reg. 6. C. VIII s. XIII. ipse excerpsi. Y_5

Lugd. Bat. Perizon. fol. 22 s. XIV ('meus' Hav.). Y_6

Lugd. Bat. Periz. fol. 7 anni 1468 ('Periz.' Hav.). — sex Lugdunenses descripsit et excerpsit Du Rieu; Haverkampii usus testimonio eos memoraui sed rarissime nec nisi ibi, ubi Havercampianae lectionis fons indicandus erat. Y_7 interpolationibus facile omnes exsuperat. Y_7

Denique memoranda Alfredi regis interpretatio Anglosaxonica qua Orosius breuiatus et additamentis quibusdam auctus exhibetur. utor editione Bosworthii a. 1859, qui eam expressit ex codicibus Lauderdaliano s. IX extr. et Cottoniano Tib. B. I saec. X. exemplar Orosianum Alfredus adhibuit primariis nostris inferius et uix nono saeculo antiquius; uelut l. I extr. interpolationem chronologicam iam exhibet.

Editionum lectiones raro attuli, ut consentaneum est, nec fere nisi ibi, ubi nosse interest, quid inde ab Haverkampo uel per plura etiam saecula apud Orosium lectum sit; paucissimae alia de causa memorandae fuerunt, uelut siqua forte editoris emendatio recipienda fuit. notis usus sum hisce:

editio Augustana a. 1471 ex X_2 aut gemello codice fide expressa. Z

editio Vicentina s. a. (saec. XV), ceterarum omnium fundamentum. Z_1

Col. editio Bolsvingii Coloniensis 1526 fol. et (cum ea conspirans) 1542 in 8°. — capitum diuisionem, qua utimur, hic editor introduxit.

f editiones Francisci Fabricii Marcodurani Col. 1561 et 1574 et (quam ad l. III—VII plerumque adhibui) 1582.

s editio Andreae Schotti, Moguntiae 1615.

h editio Haverkampi Lugd. Bat. 1738, nouo titulo emissa a. 1767.

v lectio uulgata (i. e. *fsh* consentientes nisi ubi aliud notatur).

De Orosii auctoribus et expilatoribus paucissima h. l. dicenda sunt haec. Moerneri egregiam de Orosii fontibus operam [1]) accurate ad ipsos auctores recognoui ac singulorum locorum elenchum et in apparatu et in Indice II exhibui. ex iis, quae in his ipse obseruaui, duo nunc quidem licet breuissime indicanda sunt.

Chronicis Eusebii, ab Hieronymo Latine redditis auctisque et continuatis, usum esse Orosium certum est, sed usus est Hieronymi exemplari aucto iam et immutato in iis partibus quae descendunt usque ad Christi passionis aut fortasse usque ad Vespasiani tempus. additamenta partim in Fuxensi quoque codice (Vat. Reg. 560) reperiuntur, cum absint et ab Eusebio et Hieronymo [2]) aut certe ab Hieronymo [3]); partim aliena sunt ab Eusebio et Hieronymo, sed in similem fere modum referuntur apud Syncellum, Panodori Anianique expilatorem [4]); partim denique ab ceteris absunt, sed ex Africano deducta esse uel ueri simillimum (VII 4 § 13 sq. cf. § 18) uel certum est (VII 4 § 15). deinde immutatus est Hieronymus VII 4 § 15, ubi non ethnici cum illo sed Graeci cum Eusebio memorantur [5]). — alia discrepantia, quae pertinet ad primorum impp.

---

[1]) Theodorus de Mörner, De Orosii uita eiusque historiarum libris septem aduersus paganos. Berolini 1844. 8°.

[2]) I 7 § 2. 3; 11 § 1; 13 § 4.

[3]) I 20 § 1 (Agrigentinos memorant Arm. et Sync.).

[4]) I 4 § 7 I 5 § 1 et § 6 I 7 III 3 § 1, maxime III 7 § 6 sq., de quibus cf. Gelzer, *Africanus* I 1880 p. 117 et Herzogii *Realencycl.* ed. 2 VII p. 198. eorum tria ultima ad Africanum referenda esse constat.

[5]) Hoc sic explicandum uidetur, ut mutationis auctor chronographo usus sit, qui eundem quem Eusebius exscripsit, i. e. Africanum.

Romanorum seriem, utrum ex eodem Hieronymi exemplari sumpta sit an Orosio ipsi debeatur, non discerno. est autem haec:

Hier.: 1 Caesar, 2 Aug., 3 Tib., 4 Gaius, 5 Claud., 6 Nero, 7 Vesp.

Oros.: 1 Aug., 2 Tib., 3 Gaius, 4 Claud., 5 Nero, 6 Galba, 7 Vesp.

Quae cum ita sint, hoc mihi esse probabile uidetur, Orosium exemplar Hieronymi adhibuisse auctum immutatumque ex Aniano uel Panodoro [1]), quale licet minus plenum ad nos peruenit codice Fuxensi. quod si uerum est, Carthagine, ubi a. 417 opus suum perfecit [2]) Orosius, iam tum extitisse tale exemplar edocemur et ALFREDI DE GVTSCHMID de Fuxensis recensionis antiquitate iudicium (*Iahrb. f. Philol.* 1867 p. 679) plane comprobatur.

Deinde paucis significandum est, non Liuio ipso usum esse Orosium sed epitoma quadam deperdita [3]) et, id quod maioris momenti est, eadem quidem epitoma, ex qua periochae superstites excerptae sunt. nam rerum delectu et ordine, uerbis quoque ipsis saepe inter se consentiunt, dum discrepant a Liuio, quin etiam errores a Liuio alienos (uelut IV 14 § 9 Magonem pro Hannone) communes habent. inde primum consequitur periochas et excerpta Orosiana diuersos quidem testes esse solius archetypi illius, i. e. epitomae deperditae, non tamen Liuii ipsius, deinde origo periocharum nostrarum qualis fuerit iam certo affirmari potest [4]). iam uero cum eandem atque Orosium epitomam adhibuisse Cassiodorium in Chronicis indicia quaedam probent (cf. uelut IV 11 § 6; V 16 § 1) cumque eodem Liuio quo Cassiodorius usos esse Vopiscum, Victorem De uiris ill.,

---

[1]) Panodorus chronica sua usque ad a. p. Chr. 412 perduxit, cf. Clinton ad h. a.

[2]) Is annus nunc quidem codicum lectione p. 564, 1 v̄ DCXVIII demonstrata extra dubitationem positus est.

[3]) Hoc iam Niebuhrius coniecerat, rer. Rom. III² p. 479. 500 et Lectionum I (Berol. 1846) p. 58.

[4]) Niebuhrii (Lectt. I p. 58) et Ottonis Jahnii (edit. p. VIII sqq.) de hac re sententiam recte nuper impugnauit Woelfflinus, Comm. Mommsen. p. 350, argumentis ex sermonis indole petitis usus.

Eutropium, Sex. Rufum, Obsequentem Mommsenus, *Cassiod.* p. 552 et 696 demonstrauerit, totidem eiusdem illius epitomae deperditae testes iam acquisiuimus. — periocharum codicem primarium Nazarianum Palatinum 894 (s. IX) totum denuo contuli, cum in Iahnii editione (Lipsiae 1853) nescio quo fato permulta non recte de eo relata, plures etiam eius lectiones plane omissas esse intellexissem.

Praeterea monenda sunt haec: de Orosii ex Iustino excerptis eorumque pretio critico sagaciter disputauit Ruehlius libello *Die Textesquellen des Iustinus* (*Iahrb. f. Philol. Suppl.* VI 1872). — molesto fero, quod editionem eius cuius specimen[1]) nuperrime emisit adhibere nondum potui.

Floro usus sum edito ab Iahnio a. 1852 et Halmio a. 1863. inspexi etiam codices Palatinos Heidelbergenses n. 894 (s. IX) et 1568 (s. XI). Orosius cum his potius quam cum Bambergensi consentit, indeque eius recensionis, nimis opinor huc usque neclectae, uetustas certo asseritur.

Ad Eutropium adhibui Guilelmi Hartelii editionem a. 1872; duas ab Iohanne Droyseno curatas[2]) inde a p. 305 nostra inspicere potui. — exemplar Eutropii, quo Orosius usus est, quosdam errores cum familia a Droyseno *B* signata, cuius iam apud Paeanium Eutropio coaeuum uestigia exstant (Droysen 1879 p. XXIII), communes habuit: cf. ad Oros. VII 22 § 10 *genuus*, VII 25 § 9 *gallinicum*, ibid. *duobus iam proeliis* (*proelium et secundum* B). sed contaminatum fuit, nam VII 28 § 19 illud *deinde* explicatur uitio solius familiae *A secundo* (pro *secunda*[3]).

Descriptionem orbis terrarum quae habetur l. I c. 2, seorsum exhibui in Commentationibus in honorem Mommseni editis a. 1877 p. 715 sqq. eandem ex materia mea recensuit Alexander Riese in Geographis Lat. min. a. 1878 p. 56 sqq., cuius opera dum haec editio imprimitur uti potui. — praeter libellos

---

[1]) M. Iuniani Iustini praefatio ex rec. Francisci Ruehl (Ind. lect. Regim. 1881).

[2]) Berol. 1878. 8°. et (Monum. German. auctt. ant. II) ib. 1879. 4°.

[3]) Item IV 20 § 30 ex Orosii *subterfugit* concludi fortasse licet eius codicem Eutropianum exhibuisse (ut est in familiis *A C*) *interfugit* corruptum ex *integer fugit*.

suis locis iam allatos cf. E. Schweder, *Beitraege zur Kritik der Chorogr. des Augustus. I. II.* (*Kiel* 1878) et F. Philippi, *Zur Reconstruction der Weltkarte des Agrippa* (*Marburg* 1880).

Denique in restituendo Orosii contextu adhibendi erant illi scriptores, qui eius historiis usi sunt inde a quinto ad octauum fere saeculum medium; inferius descendendum non esse duxi, cum ab illo fere tempore Orosii opus ipsius codicibus traditum habeamus. ac profecto posteriores scriptores ad textum Orosii recuperandum longe minoris etiam quam priores sunt usus et si tamen quicquam melioris notae exhibent, id coniecturae loco habendum est [1]). itaque scriptores illos perlustraui, locos eorum Orosianos conquisiui aut ab aliis iam demonstratos recognoui, collectosque et sub textu adscripsi et in Indice III composui. quidam eorum ad hanc rem nunc quidem recte adhiberi nequeunt propterea, quod nondum ad codices recogniti nec cum iusto apparatu critico editi sunt; nam, ut nunc res est, uerendum est, ne et in fontium quaestione et in textus recognitione editionum interpolationibus partim adeo ex uulgato Orosio petitis seducamur. quae cum ita essent, ex editione quidem sumptam lectionem attuli nullam; in nonnullis autem mihi contigit, ut scripturam codicis primarii uel etiam complurium adnotare possem. quamquam per se patet, haec non sufficere ad scriptorum illorum manum certe definiendam. — ceterum quatenus nunc iudicari potest, expilatorum etiam antiquissimorum loci Orosianorum codicum optimorum lectiones potius confirmant quam emendant et menda, quae in hoc opere insunt, aut ab Orosio ipso profecta aut certe antiquissima esse testantur, nec dubium est, quin Orosii recensio nostra longe maiore cum fructu adhibeatur ad restituendos expilatorum libros, quam hi auxilium praestare queant illi.

C h r o n i c i s usus sum ab Roncallio compositis. at in his maxime molestum est, quod adhuc caremus editione critica

[1]) Velut Freculfus, qui ad Historiam suam inter a. 825 et 827 ut uid. scriptam Orosium compilauit quantum alius nemo (uide Grunauer, de fontibus Frec., Vitoduri 1864), usus est exemplari nostris *PR* affini sed contaminato et fortiter interpolato. eius codicem optimum Sangallensem n. 622 (s. IX—X) Heidelbergae examinaui.

qualem una cum fontium definitione summo desiderio exspectamus a Theodoro Mommseno. nunc quidem difficillimum saepe est discernere, utrum chronista Orosium adhibuerit ipsum an eius expilatorem an denique eundem quem Orosius fontem; quare nobis in his afferendis ita uersandum esse uisum est, ut eos locos, qui ipsis uerbis cum Orosianis consentiunt, enotaremus, ceterorum eos, quos uerisimile est ex Orosio eiusue fonte esse deriuatos. de Prosperi chronicis ad a. 455 perductis disputauit Holder-Egger, *Neues Archiv* I (1875) p. 87 sq., de eius interpolatore p. 31 sqq., de Marcellino Comite (is a. 543 aut paullo post scripsit) ibid. II (1876) p. 49 sqq. — de Isidoro et Beda uide infra.

In excerptis Valesianis [1]) prioribus (§ 20. 29. 33. 34. 35) Orosiana quaedam insunt, id quod olim uiderat Henricus Valesius neque recte nuper negauit H. Iaenicke, De uitae Hadrianeae scriptoribus. Hal. 1875 p. 49.

𝔅 Ad Descriptionem totius orbis tripertiti ex Orosii l. I cap. 2 paucis mutatis additisque repetitam adscripsi lectiones integras codicis Vindobonensis 181 s. VIII (𝔅), quas mihi enotauit Carolus Kaplan a. 1875, recognouit deinde hic illic Henricus Sedlmayer. mox edita haec Cosmographia est ab Al. Riesio in Geogr. min. (1878) p. 90—103 ex eodem Vindobonensi et (qui saeculo X tribuitur a Riesio) Laurentiano.

Cassiodorius Senator De institutione diuinarum litterarum 17 inter alios historicos Christianos Orosium commendauit; ad libros XII quos De origine actibusque Getarum scripsit [2]), Orosium adhibuit: quaedam inde excerpta apud Iordanem habemus, aliud ex sua ipse historia affert Variarum XII 20 (cf. Oros. VII 39 § 3—6).

Iordanem in Geticis ipsum Orosio usum esse (id quod de Romanis constat) negauerunt uelut Schirren et Bessell [3]), at

[1]) ed. ab Gardthauseno post Ammianum (Lips. 1875) II p. 280 sqq.

[2]) Iis Gothorum historiam perduxit ad tempus inter annos 518 et 521 positum: Vsener, anecdoton Holderi Lips. 1877 p. 74.

[3]) Schirren, de ratione q. inter I. et Cassiod. intercedat. Dorpati 1858; Bessell in Erschii et Gruberi Enc. s. u. *Gothen* 1862 p. 106 col. 2.

certe initium libri a se additum esse ipse testatur[1]) ac fieri potest, ut ceteris quoque locis, quibus Orosium laudat (5: I 15; 9: I 16; 24: VII 33), hunc ipse inspexerit. sed de his itemque de iis, quae in ceteris libri partibus ab ipso Iordane aut ab Cassiodorio aut denique ab huius auctore exscripta sint ex Orosio[2]), diiudicare alienum est a proposito nostro, nam ad Orosium restituendum minimi est momenti, neque totus hic locus seorsum tractari potest sed arte cohaeret cum uniuersa de Iordanis Cassiodoriique fontibus quaestione; ei autem obtinget cura Mommseni, cuius editionem mox prodituram esse in omnium uotis est. — in afferendis Iordanis Geticis adhibui Clossii editionem (Stuttgartiae 1861 = 1866). singulos locos contuli ad codicem Palatinum 921 (𝔓) s. VIII aut IX Iricis litteris scriptum, quem a. 1880 cum Mommseni collectaneis et supellectili litteraria uniuersa combustum uoluit fati inuidia. 𝔓

Alteri quoque Iordanis opusculo, quod De adbreuiatione chronicorum aliterue inscripsit, ex Floro potissimum compilato et anno 552 finito aspersa sunt nonnulla, quae ex Orosio mutuata esse certum est; in aliis quibusdam (quae tamen ad Orosium nullius sunt momenti) res ita comparata est, ut de origine eorum certo affirmari nequeat nisi libro ad fontes suos accurate exacto. ad hunc quoque librum inspexi codicem Palatinum 921 (𝔓); editione usus sum Muratorii, Rerum Ital. Scr. I p. 222 sqq. 𝔓

Gregorius Turonensis (mortuus a. 594) sex locis hisce I prol., 6, 37 II prol., 9 V prol. Orosium laudat et ter (I 6 II 9 V prol.) ita laudat quasi ipsa eius uerba exhibuerit, licet sententiam solam expresserit; certe illa V prol. ex memoria rettulisse uidetur, qua deceptus Carthaginienses cum Numantinis confudit. praeterea pauca apud eum ex Orosio repetita exstant: iis, quae Gabriel Monod[3]) composuit, addidi illa I 10 ex Orosii I 10 § 17 sumpta. — usus sum codice optimo

---

[1]) cf. A. de Gutschmid in *Iahrb. f. Philol.* 1862 p. 124 sq.

[2]) Iis quae ex Iordane adnotaui addenda est Moesiae descriptio cap. 9 ex Orosio I 2 § 55 excerpta (cf. Muellenhoff, *Weltkarte* p. 34).

[3]) *Études crit. sur les sources de l'hist. Mérov.* I (Paris. 1872) p. 73 sqq.

Heidelbergensi (olim S. Nazarii) Pal. 864[1]) S. VIII—IX exarato, editione autem Bouquetii, *Recueil des hist.* II, Paris. 1739.

Isidorum, licet Orosii nomen non memoret, certum est eo usum esse. primum in eius De natura rerum libro unum repperi locum (39, 1) ex Orosio (III 4 § 2) excerptum. adhibui editionem Gustaui Becker Berolin. 1857. — pauca deinde Orosiana exstant in Isidori Chronicorum libro ad annum 615/616 perducto. eum bis ab ipso editum esse uidit Hugo Hertzberg[2]), primum breuiorem excepta aetate ultima[3]) nondum uulgatum, mox prolixiorem in edd. solum repetitum. de Orosio adhibito cf. Hertzberg l. l. p. 346 et in elencho fontium. — paulo plura ex Orosio excerpta sunt in Historia Gothorum, Sueborum, Wandalorum. huius quoque duplicem contextum exstare, priorem anno 621 ut uidetur conscriptum et auctiorem alterum quinquennio post editum, idem[4]) rectissime demonstrauit et suos utrique editioni codices adsignauit. illam primus publicauit Pithoeus, Legg. Visig. 1579, hanc uelut Labbaeus Bibl. noua ms. 1657 I p. 61. ad codicum fidem hoc opusculum ut Chronica primum exacta edentur a Mommseno. — in Etymologiarum libris ea, quae ex Orosii chorographia (I 2) excerpsit Isidorus, composuerat iam Muellenhoffius, *Weltkarte des Augustus* 1856 p. 28, cetera quoque Henricus Dressel[5]), cuius elencho unum solum locum (cf. ad IV 18 § 10) addendum repperi. cum neque Areuali neque Ottonis editio ad nostrum finem sufficiat[6]), adscripsi discrepantiam Guelferbytani

---

[1]) Monod p. 51 non recte duos codices diuersos esse putat Palatinum et Nazarianum.

[2]) H. Hertzberg, *Chroniken des I.* in *Forschungen* XV p. 346 et sub finem in fontium elencho.

[3]) Quam exhibet ex codice Vaticano Vruinate n. 392 s. XV Schelestrate, Ant. eccl. Rom. 1692 I p. 582 sqq. et App. 16; ex cod. Caesenatensi lectiones quasdam in adn. memorauit.

[4]) H. Hertzberg, *Die Historien des Isidor.* — Diss. Gotting. 1874.

[5]) H. Dressel, De Isidori Origg. fontibus, diss. Gotting. (ex *Rivista di filol.* repetita) 1874 p. 38.

[6]) Areualus quid traditum sit parum indicauit, quin etiam Isidorum hic illic ex Orosii editione tacite interpolauit; Otto autem optimos quosque codices mire neclexit.

n. 64 saec. VIII (𝔎) et Monacensis 4541 = Ben. 41 s. IX—X 𝔎
(𝔏) et Monacensis 6250 = Fris. 50 saec. IX (𝔐), quorum con- 𝔏 𝔐
sensum signaui 𝔍. illum 𝔎 Otto de Heinemanu, Monacenses 𝔍
Carolus de Halm summa cura mihi excerpserunt, de 𝔎 quaedam praeterea mecum communicauit Iosephus Klein. ex Vaticano Pal. 281 s. VIII—IX, quem Dresselius, itemque ex Parisinis 13027 s. IX et 13028 s. VIII (= St. Germ. 805 et 806), quos Kleinius contulit, unam alteramue lectionem attuli. 𝔎 propter librarii socordiam et barbariem mendis scatet inprimisque syllabas et uocabula omisit, sed ab interpolationibus magis uacuus est quam ceteri.

Geographus Rauennas, qui saeculo septimo uidetur tribuendus esse, Paulum Orosium bis laudat (uide ad I 2 § 15 et § 16). adhibui editionem Pinderi et Partheyi, Berol. 1860.

Aldhelmi (mortui 709) locos benigne mihi indicauit Georgius Thilo.

Annales Laureshamenses saeculi VIII initio scripti Orosii I 1 § 5 et § 6 excerpserunt, auctore nominato in hunc modum: *Paulus Orosius prbt in libro primo historiarum aduersum paganos.* locum illum ex codice Augiensi nuper denuo ad Sanctum Paulum Carinthiae (n. XXV. a. 8) reperto Alfredus Holder, qua est erga me obseruantia, transcripsit. apud Orosium I 1 § 6 illi legerunt *uel ab Abraham* ut est post correcturam in *P* (olim Laureshamensi).

Ea, quae in Bedae (mortui 735) Chronicis maioribus ad a. 726 perductis [1]) itemque quae Historia ecclesiastica a. 731 finita continentur [2]), ipse quoad potui conquisiui editione usus Gilesii (Lond. 1843 sqq.). codices requirere et conferre nec rationes meae sinebant nec pro excerptorum natura ad nostrum propositum operae pretium fuerit: ad unum locum (I 2 § 82) codicis Cantabrigiensis antiquissimi lectionem mecum communicauit uir reuerendissimus S. S. Lewis amicus, Collegio Corporis Christi a bibliotheca.

---

[1]) De temporum ratione cap. 66—72.

[2]) Cf. C. Guil. Schoell, De eccl. Britonum Scotorumque hist. fontibus, Berol. 1851 et Car. Werner, *Beda.* Wien 1875

De 'Epitomae chronicorum Seueri cognomento Sulpicii' a. 733 scriptae fontibus disputauit Holder-Egger, *Ueber die Weltchronik des sog. S. S.*, Goett. 1875. codicem unicum s. XIII Matriti nuper denuo repperit Otto Waltz [1]). edita est ab Henrico Florez, *España sagrada* (Madrid 1749) IV p. 430—456 et ed. 2 (ib. 1756) p. 428—454, qua posteriore ego usus sum.

Quae in Pauli Historia Romana, altera octaui saeculi parte conscripta [2]) ex Orosio sumpta insunt, diligenter conquisiui ex Eyssenhardtii 'Historia Miscella' (Berol. 1869), qua Paulus una cum Landolfo Sagace eius ampliatore et continuatore comprehensus est, usus libello Gustaui Bauch, *Ueber die Historia Romana des P. Diac.* (Goett. 1873); mox excerpta mea ad accuratissimum Iohannis Droyseni elenchum [3]) recognoui.
𝔅 codicem Bambergensem 513 (𝔅) s. IX ex Eyssenhardtii editione adhibui, deinde ipsum bibliothecae liberalitate Heidelbergam
𝔄 transmissum inspicere potui; codicis Monacensis 3516 (𝔄) s. X—XI lectiones Guilelmus Hartel a se enotatas benigne mihi utendas dedit, quasdam recognouit Halmius. sed ex his potiora tantum in apparatum criticum rettuli, nam Paulum Orosii exemplari usum esse intellexi nostris codicibus optimis non meliore, immo magis fere corrupto uel interpolato et contaminato [4]). nuperime et magna meae operae parte iam typis exscripta Paulus optima recensione editus est ab Iohanne Droyseno in Monumentis Germaniae Eutropio una cum Landolfo insertus [5]), simulque seorsum recusus [6]). ea editio, quae princeps dici merito debet, si antea iam prodiisset, et labore illo de quo dixi haud iucundo magna ex parte caruissem et aliquanto etiam parcius Pauli ab Orosii codicibus discrepantiam attulissem.

---

[1]) *Rhein. Museum* 1878 p. 322; cf. nunc Ewald, *Neues Archiv* 1881 p. 323 sqq.

[2]) Cf. Droysen in Eutropii ed. maiore 1879 p. XXVIII.

[3]) Vide *Forschungen* XV (1875) p. 167 sqq.

[4]) Quaedam cum *G* communia habet, uelut Oros. p. 517, 5 glossema *a Valente,* 523, 1 *structissimas* pro *instructissimas.*

[5]) Auctores antiquiss., t. II, Berol. 1879. 4°.

[6]) Pauli historia Romana. Berol. 1879. 8°.

in expilatorum autem indice p. 704 sqq. Droyseni quoque paginas et uersus adscripsi.

Dicuil, De mensura orbis terrae (ed. Parthey, Berol. 1870) bis citat Orosium (I § 101 et 103)[1]. eius libri quamuis anno demum 825 scripti testimonia commemoranda esse duxi propter necessitudinem, quae ei cum aliis libris geographicis praesertim cum Diuisione orbis intercedit.

Lucani commenta Bernensia, quae Hermannus Vsener Lipsiae a. 1869 ex saeculi X codd. Bernensibus 45 (lib. I—III 286) et 370 edidit, farrago est ex diuersis auctoribus collecta, in quibus sunt Orosius et (saeculo ut uid. sexto tribuendus) Vacca[2]. nouam lectionem in Orosianis quae alicuius pretii sit non exhibent, immo hic illic nostris corruptiores sunt; quare eorum discrepantiam fere non adnotaui. — inter scholia e codice Montepessulano H 113 s. IX a Genthio Berol. 1868 edita ad Lucani I 473 adhibitus uidetur Orosius I 2 § 82: *Meuania: insula proxima H[iber]niae* et ad II 70 compilata sunt Orosii V 19 § 5 *Marius Sulla consule — consulares uiros interfecerunt.* quae h. l. commemorare sufficiat: plura ex eiusmodi corporibus, quae incertae saepe antiquitatis scholia continent, hic afferre nullius plane usus foret.

Pag. 565 sqq. historiarum capitula exhibui ex *D* ut antiquissimo codice, in quo eiusmodi summaria exstant. exceptis enim codicis *S* reliquiis a ceteris (*LBPR*) absunt[3] non minus quam capitum numeri. Orosii ea non esse tam haec quam cetera in aliis codicibus aliter concepta manifestum est; originem eorum ab codicis *D* aetate propius abesse puto quam ab Orosiana.

Orosii historias recognoscendi consilium cepi anno 1863. mox postquam Academia Corpus hoc scriptorum ecclesiasticorum

---

[1]) Addit: *in primo Orosii libro* et *in Orosii libro primo.*

[2]) Cf. Genthe, *Hermes* VI 221.

[3]) Nam breuia summaria hic illic in *L* margini adscripta hic in censum uenire non possunt.

condendum decreuisset, Friderico Ritschelio, cuius uiri praeclari non sine grati animi testificatione recordor, suasore factum est, ut mihi uoluminis huic presbytero destinati editio offerretur. libens usus sum hac occasione, licet alterum inde munus mihi prouenire intellegerem hoc, ut etiam Orosii librum apologeticum recensendum susciperem. suscepi tamen hoc quoque munus laboremque absolui ut in terra rudi certe non infructuosum. opusculum primus edidit (una cum 'Hieronymi epistola aduersus Pelagium ad Ctesiphontem') Ioannes Costerius (*c*) Louanii 1558 [1]). eius contextum inde a Fabricio (*f*), qui primus una cum Historiis exhibuit editione Coloniensi a. 1574, omnes repetiuerunt non correctis corruptelis manifestis falsisque interpunctionibus, quae sententiam plane peruerterent, aut si forte quid mutauerunt, nonnumquam ridicule lapsi sunt uelut p. 609, 1, ubi pro *ancistro* (Iob 40, 20) Schottus ed. 1615 (*s*) eiusque pedissequi Haverkampus (*h*) et Gallandius (*g*) *Antichristo* praetulerunt. codicem post Costerium nemo ullum inspexit; soli Benedictini egregii, qui particulam quandam Augustini operibus subiecerunt (uide ad p. 602), meliorem curam adhibuerunt. — codices, quos nancisci mihi contigit quorumque lectiones in apparatu exhibui, sunt hi:

Codex Parisinus Lat. 17349 olim S. Cornelii Compendiensis (Σ), scriptus saeculo VIIII uel X, post Cypriani [2]) epistulas aliaque opuscula a f. 165—203 (quod est ultimum) hunc Orosii libellum exhibet. correctus est ab coaeua manu ($Σ^2$), a prima fortasse non diuersa. intercedente Academia Heidelbergam transmissum a. 1877 ipse contuli.

Codex Parisinus Lat. 1863 (*Y*) scriptus saeculo X, correctus a manu paullo recentiore, fortasse saeculi XI (Y^2). contulit Hugo Andresen a. 1875.

Codex Vaticanus Reginae 286 (olim 1501) s. X—XI (*Φ*) a f. 42—95r continet librum apologeticum; cf. Reifferscheid

[1]) Eius libelli exemplar ex thesauris Monacensibus mihi suppeditauit Halmius.

[2]) Cf. Cyprianus ed. Hartel III p. XXXVII.

B. P. I p. 385. anno 1865 principium (p. 588—608 Hav.) ego, cetera Studemundus contulimus. manus secunda atramento clariore usa uidetur primae coaeua esse.

Codex bibliothecae oppidi Troyes n. 1145 [1]), qui saeculo XIII potius quam XII uidetur tribuendus esse, (*X*) continet inde a f. 1 Hieronymi contra Iouinianum librum, a f. 69^v eiusdem dialogum cum Pelagio, denique a f. 137^r Orosii librum apologeticum. contuli a. 1873 Heidelbergae, quo ut una cum Ψ^p mitteretur, Academia effecit.

Codex bibliothecae oppidi St. Omer n. 61 [2]) saeculi XIV (Ψ^p), in quo Orosii libellus excipit Hieronymi dialogum contra Pelagium. contuli ut dixi a. 1873. manus prima uel certe coaeua saepe quae correcta uoluit in margine scripsit litteris tenuioribus, eaeque lectiones deinde atramento obscuriore in ipsum contextum inlatae sunt (Ψ^{p2}) fortasse ab ipsa manu prima, erasae autem plerumque quae in margine praenotatae fuerant.

Praeterea breuiter inspicere mihi licuit codicem Ashburnhamensem Librianum n. 86 s. XII. in fine ut in aliis Librianis manu saeculum XV simulanti adnotatum habetur: *Est S. Ioannis* | *in Valle.* haud dubie idem codex est atque Gratianopolitanus ille, quem Haenelius, Catalogi 1830 p. 169 n. 338 descripsit, illinc deinde sublatus. continet 1. Pauli Orosii Historiam contra paganos, 2. eiusdem Librum apologeticum [3]), 3. Victoris Vitensis Historiam persecutionis Africanae, 4. Pauli Diaconi Historiam Langobardorum. — principium Apologetici quale hic codex exhibeat, memoraui suo loco; si quando totum excutiendi uenia et occasio data erit, huic quoque operae non deero.

Codices $\Sigma Y \Phi X \Psi^p$ itemque Costerianus, qui periit aut latet, ex uno archetypo fluxerunt iam in multis corrupto et ex Augustino (uide ad p. 660, 1) interpolato. deinceps autem

[1]) Cf. *Catalogue des bibl. des dép.* II p. 472.

[2]) Cf. ibid. III p. 39.

[3]) Vnicus est quod sciam, qui ambo Orosii opera coniuncta exhibet.

uarias singuli corruptelas atque lacunas [1]) traxerunt, uariasque etiam tam ueras [2]) quam falsas emendationes experti sunt. Σ ceteris saepius uerum seruauit, sed cum contextum exhibeat haud dubie ab homine docto recensitum et subinde interpolatum (uelut ex Bibliorum interpretatione q. u. Vulgata), eius lectiones non sine cautione adhibendae sunt. maxime idem cadit in Ψ, quocum consentit fere *c*. — codicum omnium consensus non sine grauissima causa respuendus; ubi $Y\Phi X$ contra $\Sigma\Psi$ aut Σ stant, illis per se maior fides habenda est. X plerumque conspirat cum Φ et, ubi is uarias lectiones exhibet, fere cum Φ^2, hic illic tamen potius cum emendatione a prima manu inlata. ceterum ii loci, in quibus quid uerum sit lectionibus diuersis accurate ponderatis discerni nequit, fere pertinent ad res minores. — illa, quae ex Augustino in hunc librum illata esse (uide ad p. 660, 1) primus Andreas Schottus intellexit, omnino resecanda sunt, nam Orosio ipsi id furtum tribui minime potest [3]). recte iam ab aliis, inprimis Vossio, allata sunt haec argumenta: 34 § 5 legitur *in libris*, *quos ad Marcellinum scripsi*, qui est Augustinus; 42 § 1 *libri huius quem misistis conditor* i. e. Pelagius, cuius librum Augustino fratres nonnulli miserant, cf. Augustini ep. 169 ad Euhodium; 46 § 1 *fateor dilectioni uestrae* i. e. Iohanni episcopo, cui librum suum a. 416 misit Augustinus: at Orosius in suo libello Beatissimos Sacerdotes adloquitur (1 § 1; 3 § 1; 8 § 4; 48 § 6); 46 § 4 *quo priusquam ueniam* i. e. priusquam de iis, quae in Pelagii libro sequantur, dicam: at de iis Augustinus, minime uero Orosius disserit. uerum enim uero haec si Orosius suo inseruisset libello, sacerdotibus illis, qui libri ad Marcellinum scripti

[1]) Lacunarum exempla habentur uelut in $\Sigma\Phi^1$: 29 § 6; in Y et ex parte in Ψ: 21 § 10; in Ψc: p. 666, 19; in *c*: 1 § 6; 8 § 3; 27 § 4; denique in $\Sigma Y\Phi X\Psi$ (non in *c*) 16 § 5; 22 § 2 et in Augustinianis: 673, 17; 668, 6.

[2]) Quod ab glossemate 16 § 4 facile deprehendendo Ψc abstinuerunt, correctori alicui eos debere putauerim.

[3]) Quae Grubitz, Emendatt. Oros. p. 29 affert, diuersae plane rationis sint.

auctorem bene nossent, risum cornicula mouisset omnemque defensionem suam subuertisset. — sed accedit aliud argumentum a me obseruatum, quod quaestionem plane decidat. his enim omissis Orosii oratio et ratiocinatio optime inter se cohaeret; his autem admissis disputationis ordo prorsus interrumpitur. nam inde ab 30 § 5 secundum ea quae praefatus erat: *tuum* (Pelagii) *primum sensum discutio et meum postea si uidetur explano*, Pelagii sententiam inpugnat; deinde 32 § 1 repetitis iisdem illis uerbis suam sententiam explanare coepit ac primum quidem de infirmitate (p. 660, 1) disputat; ea uero manifestum est continuari iis, quae post interpolata illa capita sequuntur (p. 660, 3 *infirmitatis querella*). atqui insertis illis haec, quae optime inter se cohaerent, discerpuntur atque disputatio denuo ad Pelagii opiniones inpugnandas retruditur. iam uero hoc quoque satis apparere puto, quid interpolatorem ad haec inculcanda seduxerit. nam cum ille pariter atque editores omnes non uidisset uerba illa 32 § 1 *tuum primum — explano* ex 30 § 5 repetita esse ideoque post *explano* enuntiatum clauderet, nunc quidem Pelagii primum sententiam discutiendam esse ratus est eamque lacunam, quam esse credidit, ex Augustini libro suppleuit.

Commonitorium Orosii presbyteri ad S. Augustinum de Priscillianistis et de Origenis errore [1]), cui Augustinus libello ʻcontra Priscillianistas et Origenistas ad Orosiumʼ inscripto respondit, non recenseri potest nisi ab eo, cui edendus erit Augustini hic libellus, quocum in codicibus coniunctum est. itaque ab hoc uolumine id opusculum excludendum esse uisum est. ultime editum est a Benedictinis in Augustini opp. VIII 607 ed. Paris., quorum operam repetiuerunt Gallandius uol. IX 174 sq. et ex hoc Migne uol. XXXI 1211 sqq.

Indices quinque, quos ipse, adiutus tamen benigna et per-

[1]) Ita inscriptum est in codice Parisino 2093 s. XIII, cuius collationem Maximiliano Bonnet debeo. antiquissimus eius opusculi codex quod sciam exstat in bibliotheca Laudunensi n. 330 s. VIII—VIIII, de quo tamen nihil compertum habeo nisi quae memorat *Catalogue des bibliothèques des départements* I p. 184. — consultationem appellat Augustinus Retractt. II 44.

seueranti patris optimi opera, confeci, utilitatem editionis non parum augere cum alios tum eos experturos fore spero, qui scriptoribus medii aeui ad fontes suos reuocandis operam dant. eorum commodo ut consuleretur, indice ultimo uocabulorum notabiliorum delectus uberior compositus est.

Subieci hoc loco quaedam, quae corrigenda sunt; primum in Orosii uerbis p. 9, 2 *lege*: triquadrum (*i. e. tribus quadris constans*); p. 13 *numeri* 16. 17. 18 *ponendi sunt pone* lin. 2. 4. 7; p. 18, 12 *scribe* Hiberiam, p. 35, 1 A*b*ennae; 43, 7 *post* populos *dele comma*; 64, 16 *scribe* denuntiantibus, 72, 15 nihil, 75, 5 diu late, 154, 13 Maecii, 166, 3 sese, 181, 3 hinc *in* Mandros, 189, 17 etiam militum, 191, 2 Mitylenaeus, 193, 1 fuit regis, 249, 4 dictatorem; 259, 10 *post* quingenti *adde punctum*, 270, 7 *post* putant *comma*; 286, 2 *comma traice ante* et; 348, 9 *ante lin. 9 in mg. adde*: 21; 437, 13 *scribe* gemini; 506, 2 deceptus. — *in Auctorum elencho* p. 104 *post* AVCTORES *adde*: § 8; 111, 3 *pro* § 7 *scribe*: § 7 et § 8; 151, 5 *post* exceptis *adde*: 'amplissimis — incrementis' et; 257, 2 *post* Floro *adde* 2, 6 § 53; 257, 4 *pro* 24 *scribe* 29, 24; 357, 1 *scribe* AVCTORES; 457, 3 *pro* § 9 *scribe*: § 8; 457, 4 *dele*: § 9 *et scribe*: sepultura; 465, 5 *pro* 8, 3: 8, 2 et 3. — *in Expilatorum elencho* 273, 2 *pro* 17 *scribe* 274, 1; 295, 1 *hoc* EXPIL. *traiciendum ante* 19 Scipio; 433, 1 *scribe* AVCTORES; 521, 4 sq. *dele*: 4 propag. eccl.; 543, 1 sq. *dele*: Marcellinus Comes ad a. 408 et; 562, 1 sq. *dele* 2 memor— p. 124, 2 sq. — *in Apparatu critico* p. 11, 4 *a fine ante* *B*𝔅 *adde*: D^2; 14, 9 *ante* sinum *scribe* *R* (*pro* R^1); 16, 4 *post* *BD et post* R^2B *adde*: 𝔅, *item* 35, 12 *ante* v; 33, 3 *a f. scribe BDA* (*pro A*), 37, 6 coepta, 38, 8 que sardinia paruo fretu, 38, 9 XX, 38, 9 *med.* corsicã, 40, 5 spectat 𝔅*h*, 46, 2 ıordanės *P*; 56, 10 *ante* *ϛ*h *adde B*; 80, 1 *a fine adde*: aduentu *T* ‖ domini nostri *om. T*; 214, 6 *adde* ⟨cons⟩titisset *S*, 215, 3 periur⟨io⟩ *S*; 305, 8 *adde* aeger *S*; 305, 12 ut dixi *Orosianum est pro* inquam *uel* igitur *dictum respicitque ad lin.* 11 Misenum; 325, 10 *pro* haec L. Sullae et 17 *et* debentur *scribe*: hoc 17 *et* debetur; 349, 7 *ante* PR^2 *adde*: L^b; 368 *extr. scribe* et] *L*; 396, 7 Freculfus *ponendum lin.* 8 *post*

D; 424, 9 *pro* suebos *PR scribe* sueuos *L*; 480, 1 *supra P dele* ?; 538, 9 *scribe* diis P^b*RS*, 561, 3 ex alia; 626, 7 *a fine post* oculos septem *adde*: non ita. — *in Indicibus* p. 681 *s. u.* Petrus *adde*: A 27 § 4 *et* 692 *s. u.* Florus: 1, 5, 15— II 4 § 11; 698 *pro* 2130^{ik} *scribe*: 2130^{i}. 2131^{k}, 702 col. 2 *post* lin. 1 *adde*: Isidorus De nat. rer. 39, 1—III 4 § 2; 728 *s. u.* Cremera *pro* § 9 *scribe*: § 8; 734 lin. 1 *adde*: III 5 § 1; 760 *s. u.* porta *in fine adde* § 49; 763 *s. u.* Radagaisus *adde*: § 15.

Postremo restat, ut gratias maximas agam eis amicis, bibliothecariis ceterisque omnibus, qui mihi editionem hanc praeparanti immensamque materiam conquirenti auxilio suo beneuolentissime adfuerunt. praeter ceteros autem hic mihi nominandi sunt duouiri CAROLVS DE HALM et NICOLAVS DV RIEV, qui pro se uterque omisso iam Orosii edendi consilio comparata a se subsidia critica mihi concesserunt atque ea liberalitate, grata mihi perpetuo mente recolenda, de hac opera promouenda eximie meriti sunt.

Scripsi Heidelbergae mense Iulio a. 1881.

Carolus Zangemeister.

PAVLI OROSII

PRESBYTERI

HISTORIARVM ADVERSVM PAGANOS

LIBRI VII.

L = codex Laurentianus pl. 65, 1 s. VI exeuntis.

λ = eius codicis manus s. XII (u. ad p. 199, 2 et 212, 7).

D = codex Donaueschingensis n. 18 s. VIII.

B = codex Bobiensis Ambrosianus D. 23. Sup. s. VIII.

S = schedae Stabulenses s. VII—VIII.

P = codex Vaticanus Palatinus 829 s. VIII.

R = codex Rehdigeranus S. I 5, 30 s. IX—X.

Ex his solis codicibus integra scripturae discrepantia adscripta est omissis tamen inde a libro II barbarismis uulgaribus codicis *D*.

ς = codicum reliquorum aut singuli aut plures. *ς ubi ex solius *h* testimonio memorantur.

Codicum ceteras itemque editionum notas quaere in Praefatione.

1, 2, 3 (P^1, P^2, P^3) significant quae correcta sunt a m. 1, 2, 3; sicubi m. 1 (P^1) sola memorata est, contraria lectio secundae manus est, non tertiae. a prima manu correcta esse aut esse posse intellegas quaecumque certae alicui manui diserte attributa non inueneris.

a, b (P^a, P^b) significant ea quae a m. 1 correcta sunt aut esse possunt.

t, m (B^t, B^m) uarias textus et marginis lectiones significant.

] subiectum est lectioni a me receptae.

⟨ ⟩ uelut *qua⟨ndam⟩* significat has litteras uelut *ndam* periisse.

** significat litteras erasas fere duas.

( ) uelut (*O*) in Orosii codicibus significat de lectione uelut codicis *O* non constare nisi ex collatoris silentio, in expilatorum autem codicibus uelut (𝔖), eam lectionem exstare in iis uelut in (𝔖), sed alia enuntiati constructione.

-*ubtinuit* (492, 11) et similia significant haec in codice cum praecedentibus coniuncta esse.

pag. 1 Hav.

PAVLI OROSII
HISTORIARVM ADVERSVM PAGANOS
LIBER PRIMVS

Praeceptis tuis parui, beatissime pater Augustine; atque PROL.
utinam tam efficaciter quam libenter. quamquam ego in utram-
uis partem parum de explicito mouear, rectene an secus
egerim. tu enim iam isto iudicio laborasti, utrumne hoc, quod 2
praeciperes, possem: ego autem solius oboedientiae, si tamen
eam uoluntate conatuque decoraui, testimonio contentus sum.
nam et in magna magni patrisfamilias domo cum sint multa 3

HAEC INSVNT IN HOC CODICE HISTO (*l. rubris*) | RIARVM PAVLI HOROSII PRAESBITERI (*l. nigris*) | ADVERSVM PAGANOS (*l. r.*) | LIBRI NVMERO SEPTEM | LEGE FELICITER (*l. r.*) | *m. s. VIII–IX:* Ormista g̃ (*i. e.* ergo) miserabilis · ł metiens sonat · | *f. 1*[R] PROLOGVS (*l. r.*) | PRAECEPTIS (*hic uersus desinens in* PATER AV *l. maiusculis scriptus est*) *P* *item* (*colore quoque uersuum sic alternante*) *nisi quod* INS̃ — PRBI — ADVERSV̄ — LIB̄ | *f. 2*[R] NVMERO SEPTĒ; LEGE | FELICITER · PROLOGVS; | Praeceptis *R*

PAVLI ⁝ OROSII ⁝ LIBRVM (*sic*) (*l. r.*) | HISTORIARVM (*l. uirid.*) | *secuntur capitula; in eorum fine:* HAEC SVNT IN HOC CODICÆ PAVLL (*sic*) OROSII HISTORIAR LIBRI · VII · | *f. 18*[R] INCIPIT ⁝ OROSII ⁝ LIBRI (*sic*) PRIMVS ⁝ (*l. r.*) | Praeceptis *D*

IN NOMINE DI VIVI PROLOGVS OCCIPIT (ĩ cronica Orosii *add. m. saec. XV*) | PRECEPTIS *B*

1 PRECEPTIS *ante corr. B* || beatissimi *D* || agustine *BD* || adque *B* 2 quanquam *R*[b] 3 de *om. B* || explicitu *D* 4 enim *om. B* || iam *s. s. P* ıam (*punctum a m. 1, sed fortuitum uid.*) *D* || iudicium *D* 5 pręceperas *ex* preciperas (*uel* -is) *corr. R* p⟨raeci⟩peres *B* praeciperis *D* || possum *P*[a] possim *B* 6 ea *D* || testimonium *D* 7 magnam · | magni *D* || domum *D* || multa (u *fort. ex* o *corr.; in marg.* u) *B*

diuersi generis animalia adiumento rei familiaris commoda,
non est tamen canum cura postrema; quibus solis natura in-
p. 3 situm est, uoluntarie ad id quod praeparantur urgueri et
per ingenitam quandam oboedientiae formulam sola disciplinati
timoris exspectatione suspendi, donec ad peragendi licentiam
4 nutu signoue mittantur. habent enim proprios appetitus, quan-
tum brutis excellentiores tantum rationabilibus propinquantes,
5 hoc est discernere amare seruire. nam discernentes inter
dominos atque extraneos non eos quos insectantur oderunt sed
iis quos amant zelant, et amantes dominum ac domum non
quasi ex natura apti corporis uigilant, sed ex conscientia
6 solliciti amoris inuigilant. unde etiam mystico sacramento in
Euangeliis, quod edant micas catelli sub mensa dominorum,
et Chananaea non erubuit dicere et Dominus non fastidiuit au-
7 dire. beatus etiam Tobias, ducem angelum sequens, canem

AVCTORES 2 canum — postrema *Vergil. Georg. 3,404* 13 edant — dominorum *euang. Matth. 15, 27* 15 *Tob. 6, 1.*

1 adiumentu *D* || familiaris rei *BDv* 2 po**** | strema *R* 3 uoluntariae *R*[a]*D* || ad id quod] *PRBDG*[1] ad id ad quod *G*[2] *uel G*[3], *fh* || preparantur *R* praeparatur *D* || urgeri *R*[b] 4 qua⟨ndam⟩ *B* || formul⟨am⟩ *B* || sola | * (a *ut uid. er.*) *P* sola * (*erasa ni fallor littera*) *R* solam *D* || discipli⟨nati timori⟩s *B* disciplinati moris *D* 5 expectatione *PR* || suspendi (d *in* s *corr. m. 1 ut uid.*) *P* || pe⟨ragend⟩i *B* 6 apputitus *D* 7 excellentioris *D* || tantum *om. P*[a] || propinquantis *D* appropinquantes (ap *initio uersus a m. ant. add.*; es *redintegratae m. rec.*) *R* 8 se*uire (r *ut uid. erasa*) *P* seuire (*prior* e *fort. ex* ę *radendo facta*) *R* || discernentis *D* 9 adque *P*[1]*B* || extrarios *P*[1] || **|quos (*eras.* in) *P* quis (i *in* o *corr. m. 1*) *D* 10 hi *m. 1 in ras.*; *fuit* is *P*[1] hiis *B* his *R*[1]*D* prohis *P*[2] *hos *R*[2] (*supra erasum* p *esse potest*) || amantis *D* amantes (a *alt. in ras. m. 2*) *R* 11 ex natura (x *in ras.*) *P* 12 so[l]liciti *P* sollicìti (c *in ras. m. 1*) *D* || misticu *D* || sacramenta *P*[a] sacramentu *D* 13 inuangelus *P*[a] || qđ*edant (đ *ex* u *corr.*, *deinceps* d *eras.*; a *ex* ic *corr.*) *P* || mesa *P*[a] || dominorum suorum *R*[2]*B* (suorum *interpol. est ex S. S. interpr. Vulgata*) 14 cananea *PR* channanea *B* chananea *D* || ⟨non eru⟩buit *B* non erupuit *D* || dominus] dn̄s**** (n̄s *in ras.*, *deinde 4 uel 5 litt. erasae*) *R* 15 tubias *D* || agelum *B*[a]

comitem habere non spreuit. igitur generali amori tuo speciali amore conexus uoluntati tuae uolens parui. nam cum subiectio mea praecepto paternitatis tuae factum ¦debeat totum- p. 3
que tuum sit, quod ex te ad te redit, opus meum, hoc solo meo cumulatius reddidi, quod libens feci. 8

Praeceperas mihi, uti aduersus uaniloquam prauitatem eorum, 9
qui alieni a ciuitate Dei ex locorum agrestium conpitis et pagis pagani uocantur siue gentiles quia terrena sapiunt, qui cum futura non quaerant, praeterita autem aut obliuiscantur aut nesciant, praesentia tamen tempora ueluti malis extra solitum infestatissima ¦ob hoc solum quod creditur Christus et p. 4
colitur Deus, idola autem minus coluntur, infamant: — prae- 10
ceperas ergo, ut ex omnibus qui haberi ad praesens possunt historiarum atque annalium fastis, quaecumque aut bellis grauia aut corrupta morbis aut fame tristia aut terrarum motibus terribilia aut inundationibus aquarum insolita aut eruptionibus ignium metuenda aut ictibus fulminum plagisque grandinum saeua uel etiam parricidiis flagitiisque misera per

EXPILATORES 7 ex locorum — gentiles *cf. Isidor. Orig. 8, 10, 1*

1 habire *D* || spraeuit *B* •praeuit *m. 1 D* || generali amore *D* || speciali amore conexus] et speciali conexus *ϛh* 2 parue (e *in* i *corr. al. m.*) *R* 3 factum] pactum *B*[1] 4 tuum *om. B* 5 eo *R* meo *om. BD* || comulatius *P et ante corr. ut uid. R* || quo* *R* || *Post* feci (fici *D*) *nigris rubrisque litteris:* EXPLICIT PROLOGVS INCIP̅ (INCIPIT *R*) PAVLI HOROSI P̅R̅B̅ (HOROSII P̅R̅B̅T̅I̅ *R*) HISTORIAR. (HISTORIARV̅ *R*) ADVERSVM (-SV̅ *R*) PAGANOS LIB. PRIMVS *PR* 6 Praeceperas — 8 vocant[2] *litt. maiusculis R* || praeciperas *D* || uti] ut scriberem *ex ϛ* („*Lugdd. 1. 2. 4, Periz., Vlt.*“) *h perperam* || ⟨a⟩duersus *B* || uaniloqua *D* 7 a⟨lieni a⟩ *B* || ⟨ex lo⟩corum *B* || conp⟨itis et pagi⟩s *B* || conpetis (e *ex* i *corr. P*) *PR*[1] competis *R*[2]*D* 8 ter⟨rena sa⟩piunt *B* 9 q:rant *D* || obliuiscuntur *B* 10 nesciunt *B* || tamen] tantum *ϛv* || tempora (m *in ras.*) *P* || uelud *B* 11 infes**tissima *R* imfestatissima *B* infestissima *fh* 12 a[u]tem *P* || colantur *PR* || imfamant *B* 13 qui*(a *eras*) *P* 14 adque *P*[a]*B* || an**nalium (*fuit* animalium) *R* 15 tristi**a *R* tristicia *D* 17 plaque *P*[a] 18 grandin⟨um sa⟩eua *B* grandinem (v *s.* e *s. m. 1*) seu *D* || flagitiis parricidiisque *B* -que] qu*e *R* || missera *B*

transacta retro saecula repperissem, ordinato breuiter uoluminis
11 textu explicarem. maxime cum reuerentiam tuam perficiendo
aduersum hos ipsos paganos undecimo libro insistentem —
quorum iam decem orientes radii mox ut de specula ecclesia-
12 sticae claritatis elati sunt toto orbe fulserunt — leui opusculo
occupari non oporteret et sanctus filius tuus, Iulianus Cartha-
giniensis, seruus Dei, satisfieri super hac re petitioni suae
13 eadem fiducia qua poposcit exigeret: dedi operam et me ipsum
in primis confusione pressi. cui plerumque reputanti super
p. 5 modum exaestuauisse praesentium clades temporum uide|bantur.
14 nanctus sum enim praeteritos dies non solum aeque ut hos
graues, uerum etiam tanto atrocius miseros quanto longius a
remedio uerae religionis alienos: ut merito hac scrutatione
claruerit regnasse mortem auidam sanguinis, dum ignoratur
religio quae prohiberet a sanguine; ista inlucescente, illam

1 secula B^m || re^p^perissem P reperisse B^t repperisse B^m 3 adversus B || insistentem] R^2B existent*e (*una littera erasa et e fin. ex parte in ras.; corr. 1 m.*) P existentem R^1D 4 iam (i *in ras.*) P || decim B || orientis D || radii* (s *eras.*) P || ut (t *in ras. m. 2*) R || *e^c^lesiasticæ (a *eras.;* c *m. ut uid. 1*) P ecclesiasticę (l *in ras. m. 2*) R aeclesiasticae B ecclisiastici D 5 sunt *om.* B 6 occupare D || ⟨et sanctus⟩ B || karthaginiensis P karthaginⁱnsis (e 2) R chartaginiensis B cartaginiensis D 7 seru⟨us dei satis⟩fieri B || pe*titioni (p *post* pe *eras.*) P petitiones (e *altera in* i *corr. m. 2*) R petitionis B pitioni (*coniunctum cum* re) D 8 eade⟨m fid⟩ucia B || popiscit D poposci^et^* P^2 (*sic*) 9 imprimis R^2 || confussione B || pr*essi R praesi B || supra *v* 10 modo D || exęstuabisse (*corr. 1 uel 2 m.*) P exaestuabisse (b *in* u *corr. 2*) R || uidebantur (n *eras.*) P 11 na*ctus (*eras.* n) PR || enim sum *h* || enim] autem B || praeteritus D || deque (d *eras.*) P eque R^1 || hoc (*corr. 1 aut 2 m.*) P 12 grauis R^1 || misseros B 13 uere D || relegionis P^a || scratatione D 14 regnassæ (a *altera eras.*) P || a^ui^dam (ui *m. 1 aut 2*) P pauidam B^t || ignorator D 15 rel^i^egio P || q: D || prohiberit D || istā *a. ras.* R || inlucescente] B inlu^ci^scente (*m. 1*) D conlucescente P c^i^onlucescente* (e *prima ex* i *corr.; eras.* m) R || illa D

constupuisse; illam concludi, cum ista iam praeualet; illam
penitus nullam futuram, cum haec sola regnabit: exceptis 15
uidelicet semotisque illis diebus nouissimis sub fine saeculi
et sub apparitione Antichristi uel etiam sub conclusione iudicii,
quibus futuras angustias, quales ante non fuerint, dominus
Christus per scripturas sanctas sua etiam contestatione prae-
dixit, cum secundum ipsum quidem qui et nunc et semper est 16
modum uerum apertiore ac grauiore discrimine, per intolera-
biles tribulationes temporum illorum sanctos probatio, impios
perditio consequetur. ¹et quoniam omnes propemodum tam p. 6 1
apud Graecos quam apud Latinos studiosi ad scribendum uiri,
qui res gestas regum populorumque ob diuturnam memoriam
uerbis propagauerunt, initium scribendi a Nino Beli filio, rege
Assyriorum, fecere — qui cum opinione caeca mundi originem 2
creaturamque hominum sine initio credi uelint, coepisse tamen
ab hoc regna bellaque definiunt, quasi uero eatenus humanum 3
genus ritu pecudum uixerit et tunc primum ueluti ad nouam

AVCTORES 6 script. sanctas] *euang. Matth. 24, Marc. 13*
cap. 1 § 1.2 *cf. Tertullianus de pallio 2*

1 constupu'sse *P* constipuisse *R¹B* (u *supra* i *priorem erasa in R* || illa *D* || praeuale^re^t (re *2*) Illam *R* praeualit illam *D* 2 p⟨eni⟩tus *B* paenitus *PR¹* || futura *D* || regnauit *B* 3 uidellicet *D* 4 apa-ritione *P^a^* || antechristi *BD* 5 qualis *D* || fuerunt *B* 6 scrib-turas *PB* || sancta^s^ (*corr. m. 1 aut 2*) *P* || sua* (m *ut uid. er.*) *D* 7 cum secundum (non *post* cum *s. s. 1 aut 2 m.*) *P* || secumdum *B* || quide^m^ (m *m. 1 aut 2*) *P* || qui et] qui *D* || est *om. B* 8 modum] munus *D* || uerõm *D* || ac] et *B^t^* || intollerabiles (l *prima erasa*) *R* intolerabilis *D* 9 tribulationis *D* || sanctus *D* || impius *D* 10 per⟨ditio co⟩nsequatur *B* || consequetur (quetur *paene euanuerunt*) *P* consequitur *D* || prope⟨modum t⟩am *B* propemodo tam *D* 11 apud graecos quam *om. D* || grécos quam apud *in marg. add. m. 1 R* || gre-cos *B* || latinus *D* || stu⟨diosi a⟩d *B* 12 regestas *D^a^* || diuturna *D* 13 propagarunt *B* 14 as^s^yriorum (*corr. m. 1 aut 2*) *P* asyriorum *B* assiriorum *D* || facere *R¹* fecire *D* || ceca *B* 15 creaturamque (*fuit* cræat. *ante ras.*) *P* || initiũ *D* || uelint coepisse] uel | incoepisse *D* || uellint *R ante ras.*, *B* 16 hac *B^m^* || diffiniunt *B* || eatinus *BD* 17 pecodum *BD* || uixerit (i *ex corr.*) *P* || et nunc *R¹* et tunc *om. B*

4 prouidentiam concussum suscitatumque uigilarit —: ego initium miseriae hominum ab initio peccati hominis ducere institui, p. 7 5 paucis dumtaxat isdemque breuiter delibatis. Sunt autem ab Adam primo homine usque ad Ninum 'magnum' ut dicunt regem, quando natus est Abraham, anni III·CLXXXIIII, qui ab omnibus historiographis uel omissi uel ignorati sunt. 6 a Nino autem uel Abraham usque ad Caesarem Augustum id est usque ad natiuitatem Christi, quae fuit anno imperii Caesaris quadragesimo secundo, cum facta pace cum Parthis Iani portae clausae sunt et bella toto orbe cessarunt, colliguntur anni II·XV in quibus se inter actores scriptoresque omnium 7 otia negotiaque triuerunt. quapropter res ipsa exigit ex his libris quam breuissime uel pauca contingere, qui originem

AVCTORES 4 magnum *cf. Iustin. 1, 1 § 7* 5 *Hier. chron. Eus. II p. 8. 149. 199 (cf. I p. 90) ed. Schoene* 7 a Nino — 11 II·XV *Hier. a. Abr. 2016, cf. Oros. 6, 21. 22; 7, 2* 11 actores scriptoresque *Sallust. Cat. 3, 2*

EXPILATORES 3 Sunt autem ab Adam — 6 quattuor, 7 a Nino autem — 9 secundo, 10 colliguntur — 11 quindecim *laudant Annales Laureshamenses saec. VIII in.* (*Monumenta Germ. Scriptores I 20*)

1 prudentiam *B* prudentiiā *D* || suscitumque (*emend. m. 2*) *B* || uigilaret *RD*, euigilauerit *Vallic. R 33* (*a. 1464*) euigilarit *v*; *h. l.*: EXPL PFATIO SEQVENTIS OPERIS *G* 2 misseriae *B* || peccati (*s. s.* primi, *m. 1 ?*) *R* peccantis *v* || docere *B* 3 isdemque] *PR* hiisdemque *B*ᵗ isdemquibus *B*ᵐ hisdemque *D* 4 primum hominem *D* 5 abrahaam *B* || III·CLXXXVIIII· *et in mg. litt. rubris* tria mil centū octoginta quatt *m. coaeua R* tria milia centum octuaginta quattuor *D* 6 onibus *P*ᵃ || historio grafis *P* istoriografis *R* hystoriographis *B* || omisi *B* || sunt *in fine uersus, fort. a m. recentiore B* 7 a nino] Anno *D* || abrahaam *B* ᵃᵇabraham (*corr. m. 1 aut 2*) *P* ab abraham *R* || agustum *D* 9 quadragensimo (d *add. marg.*) *B* quadragi*simo (*er.* s) *D* || parthis *P* (*m. saec. X–XI in marg. not.*: in VI libro) 10 su⟨nt et⟩ *B* 11 ⟨anni⟩ *B* || *in mg.* duo mil (*litt. rubr.*) decus quinquies (*nigris*) *m. coaeua R* ⟨I⟩I·XU *B* duo milia quindecim *D* || inter se *B* || auctores *R*²*B* || scribtoresque *PR*¹ scribto⟨resque⟩ *B* 12 negotiaq: treuerunt *D* || exegit *D* || hiis *B* 13 breuissimae *D* || adtingere *h* || qui] eorum qui *R*² || origine *D*

mundi loquentes praeteritorum fidem adnuntiatione futurorum
et post subsequa probatione fecerunt: non quo auctoritatem 8
eorum cuiquam uideamur ingerere, sed quo operae pretium sit
de opinione uul|gata quae nobis cum omnibus communis est p. 8
commonere. primum quia si diuina prouidentia, quae sicut 9
bona ita et iusta est, agitur mundus et homo, hominem autem,
qui conuertibilitate naturae et libertate licentiae et infirmus
et contumax est, sicut pie gubernari egenum opis oportet ita
iuste corripi inmoderatum libertatis necesse est, iure ab initio 10
hominis per bona malaque alternantia, exerceri hunc mundum
sentit quisquis per se atque in se humanum genus uidet;
deinde cum ab ipso primo homine peccatum punitionemque 11
peccati coepisse doceamur; porro autem cum etiam isti de
mediis temporibus inchoantes, quamuis superiorum nusquam
meminerint, nihil nisi bella cladesque descripserint — quae 12
bella quid aliud dicenda sunt, nisi uergentia in alterutrum
mala; mala autem huiusmodi quae tunc |erant, sicut et nunc p. 9
sunt in quantum sunt, sine dubio aut manifesta peccata sunt

1 loquentis *D* linquentes *R*² linquentes *B* || annuntiatione *PR* 2 sequa *R*¹ || fecirunt *D* || quod *R*² || au^c^toritatem (u *e* li *ut uid. ras. corr.;* c *s. s. a m. 1 aut 2*) *P* auctoritate *BD* 3 uidiamur *D* || sed (d *m. 2 in ras.*) *P* || quod (d *2 in ras.; ex* t *?*) *R* || opere *P* (*ubi fuerat* õpere), *RBD* || praetium *R ante ras.*, *B* praecium *D* || *ante* De *interpunctio ut uid. erasa R* 4 q; *D* 5 Commouere (*sic*) primum *D* || quia si] quasi pa *B* || *prouidentia *R* 6 bona *om. B*, *ad* bona *in marg.* ł pia *m. ant. R* || ita] pia ita *B* ita pia *h* || autem *om. B* 7 licentiæ (æ *m. 2 in ras.*) *P* licenciae *D* || imfirmus *B* 8 gubernare *D* || aeginum *B* || opis] copiis *P* **opi*s (*ex* chopiis*?*) *R* || ita] ita et *R*² 9 corripe *D* || imm. *R*² inmoderatę (ę *m. 2 in ras.*) *P* moderatum *B* || ab initium *D* 10 bon*a *P* || alternantia *D* || exer⟨ceri⟩ *P* exercire *D* 11 per ⟨se⟩ *P* || adque *P*¹*B* 13 doceamus *R*²*B*^m^ || ⟨etiam⟩ *B* || iste *D* || dimediis *R*¹ 14 inchoante⟨s quam⟩uis *B* || superiorem *D* 15 mimenerunt *D* || ⟨nihil⟩ *B* || discriberит (*sic*) *P*¹ describserint *P*²*B* discripserunt *D* || que (-ę 2) *P*¹ 17 autem (au *m. 2 in ras.*) *P* || huius mumdi *in* huius modi *corr. P* || quae***tunc (e *et* t *in ras. m. 2*) *P* || et *om. D* || nuc *P*^a^ 18 quantum sunt] quantum *D* || dubium *D* || manefesta *D*

13 aut occultae punitiones peccatorum —: quid impedimenti est
nos eius rei caput pandere, cuius illi corpus expresserint, et
priora illa saecula, quae multo numerosiora monstramus, uel
tenuissimo testari relatu similes miserias pertulisse?
14 Dicturus igitur ab orbe condito usque ad Vrbem conditam,
dehinc usque ad Caesaris principatum natiuitatemque Christi
ex quo sub potestate Vrbis orbis mansit imperium, uel etiam
usque ad dies nostros, in quantum ad cognitionem uocare
15 suffecero, conflictationes generis humani et ueluti per diuersas
partes ardentem malis mundum face cupiditatis incensum e
16 specula ostentaturus necessarium reor, ut primum ipsum ter-
rarum orbem quem inhabitat humanum genus, sicut est a
maioribus trifariam distributus deinde regionibus prouinciisque
17 determinatus, expediam; quo facilius, cum locales bellorum
morborumque clades ostentabuntur, studiosi quique non solum
rerum ac temporum sed etiam locorum scientiam consequantur.

§ 14 *cf. Oros. 1, 21 § 20*

1 punitionis *D* || inpedimeti (n *s. s.*) *P* inpedimenti R^1 impidimenti *D* impedimento B^1 2 nus *D* || caput (t *ex* d *corr. 2*) *R* capud *B* || expraeserint *B* 3 multo (o *ex* a *corr. 2*) *R* || numorosiora *D* || mons·trams (*compend.*) P^1 monstrams P^2 monstramus R^1 monstrauimus R^2B monstrabimus *Dv* 4 tenu's simo *P* tinuissimo *B* || relatu (r *m. 2*) *P* || similis (e *s. s.*) *P* || misserias *B* || *Post* pertulisse *titulus rubris litteris exaratus hic* ORMESTAE INCP UOLUMEN PRIUM DE TRIUM PARTIUM TERRAE INDICIO *sequitur in B* *Nouo uersu pergit P* (*cuius in marg. m. fort. 1:* usque huc prologus), *in marg.* Incipit lib primus R^2 5 orbe] urbe *D* || condito] condita *D* || urbe *D* 6 pricipatum (n *m. 2*) *P* || natiuitateq; *D* 7 orbis] urbis *D* || permansit *v* 8 uocare] P^1R^1D *s. s.* l uacare *m. 3 P* uacare R^2Bv 9 sufficero *P, B ante corr.*, *BD* || conflictationis *D* || et *s. s. P* 10 mali(s) (s *m. 2*) *P* malis *om. B* || m⟨und⟩um *B* || e *om. B* 11 ⟨ostent⟩aturus *B* || primo *B* 12 orbem] urbem *D* 13 trifaria *D* trifarie P^bR (*an* æ?), *B* || distributus] ς*v*, distributum *PRBD* 14 determinatus] ς*v* determinatum *PBD* (de *s. s.*) terminatum *R* 16 tempo*rum (o *eras.*) *P* || se*d *P* || scientia *D*

[1]Maiores nostri orbem totius terrae, oceani limbo circumsaep- p. 10
tum, triquetrum statuere eiusque tres partes ASIAM EVROPAM 2
ET AFRICAM uocauerunt, quamuis aliqui duas hoc est Asiam
ac deinde Africam in Europam accipiendam putarint.
ASIA tribus partibus oceano circumcincta per totam trans- 2
uersi plagam orientis extenditur. haec occasum uersus a dextra 3
sui sub axe septentrionis incipientem contingit Europam, a

AVCTORES *cf. de hac chorographia Muellenhoff, Weltkarte des Augustus, Kiel 1856 p. 13 sqq.; Partsch, die Darstellung Europa's in dem geogr. Werke des Agrippa, Breslau 1875, p. 10—17*

EXPILATORES *Totum fere capitulum* (§ 1 — 105) *repetiuit 'Descriptio orbis tripertiti' ed. in I. Gronouii Mela a. 1696 p. 50—67, cuius usus sum codice Vindob. Lat. 181* (𝔅) 1—4 Maiores—putarint] *pro his habet Descriptionis auctor ea quae secuntur:* Hanc quadripertitam totius terrae continentiam hii qui dimensi sunt longe citroque maiorês nostri tripertitam reputari definierunt inuestigantes uniuersum orbem oceani maris lymbo circundatum easque tres partes Asiam Europam et Africam reputarunt. Quamuis non defuerunt qui duas partes, sicut diximus, perhiberent Asiam et Europam; Africam uero in Europa adiciendam definierunt, quia et spatio latitudinis ęget et caeli male subiacet clymati, laborans aëribus suis, uenenis fucisque repleta inmanium et incognitarum humano generi innumerabilium bestiarum. Sed ad propositum remeantes, absque ullorum praeiudicio qui hoc omne totum duas partes esse uoluerunt tripertitam diuisionem dicere incipiam 𝔅 1 Maiores —3 uocauerunt *compilauit additis* ut refert Orosius *Iordanis Get. 1* 7 a sinistra — p. 10, 2 habet *uidetur adhibuisse Isidorus Orig. 14, 3, 1*

1 *nulla rubrica in PRBD maiore littera incipiunt PR* || maioris *D* || urbem *D* || totus *P*ᵃ tutius *D* || oceano *B*ᵗ || circumsęptum *A* circumseptum (tu̇m *B*) *RBD* circumseptem *P* 2 triquetrum] *A* tri que drum *P*¹ triquatrum 𝔓¹ triquadrum *P*²*RB*ᵗ*D*𝔓²*v* tridrum *B*ᵐ || statu*ere (*eras.* a) *P* statuerunt 𝔓 || ASIAM] *quae huiusmodi characteribus expressi in hoc cap.* (*exceptis §§ 15—50 ubi ipse suppleui*) *omnia litteris maiusculis rubris scripta sunt in P* || eurupam *D* 3 affricam *B* africa *D* 4 affricam *B* || in europa adiciendam 𝔅 || europa *R*² eurupa *D* || accipienda *D* || putauerint *B* 5 oceano *om.* 𝔅 || cir**cumcincta (*fuitne* cim- ?) *D* || transuersi] tyrani 𝔅 6 plagam *corr. ex* plagā̃ *P* || *uerba* a dextra — p. 10, 1 autem *om.* 𝔅 || ad *D* || dextera *BD* 7 axe (e *in ras.*) *R* || septentrionis] *D*, *R*² (en *ex* ēp *corr.* ? *R*) septentrionis (*prior* n *euanida sed certa uisa est Mauio*) *P* septemtrionis *B* || contigit (-tin- *3*) *P*¹ || eurupā (˜ *m. 2*) *D*

p. 11 sinistra autem Africam |dimittit, sub Aegypto uero et Syria
mare nostrum quod Magnum generaliter dicimus habet.
4 Evropa incipit ut dixi sub plaga septentrionis, a flumine
Tanai, qua Riphaei montes Sarmatico auersi oceano Tanaim
5 fluuium fundunt, qui praeteriens aras ac terminos Alexandri
Magni in Rhobascorum finibus sitos Maeotidas auget paludes,
quarum inmensa exundatio iuxta Theodosiam urbem Euxinum
6 Pontum late ingreditur. inde iuxta Constantinopolim longae
mittuntur angustiae, donec eas mare hoc quod dicimus Nostrum
7 accipiat. Europae in Hispania occidentalis oceanus termino est,
maxime ubi apud Gades insulas Herculis columnae uisuntur et
Tyrrheni maris faucibus oceani aestus inmittitur.

auctores § 4 sq. *cf. Muellenhoff p. 15, Partsch p. 17* § 5 aras.. Alex. *cf. Oros. 7, 2*

expilatores 3 Europa — 6 paludes *uidetur adhibuisse Isidorus Orig. 14, 3, 1* 10 Europae — 12 inmittitur *adhibuit Isidorus Orig. 14, 4, 2* 11 Herc. — 12 inmittitur *compilauit Isidorus Orig. 14, 6, 7*

1 sinestra *B* || affricam *R ante ras., B* || demittit *BD* || egypto *P* || uero *om.* 𝔅 || syriam| (m *eras.*) *P* sina 𝔅 2 |mare (m *m. 2*) *P* || nostro *D* || habet *om.* 𝔅 3 Europae incipit initium 𝔅 || eurupa *D* || incepit *D* || ut dixi *om. D*𝔅 || d⟨ixi su⟩b *B* || plaga* (*er.* s *ut uid.*) *D* || septemtrionis (-ẽ- *P*) *PR*^{1}*B* septemtrionali 𝔅 || fluuio 𝔅 4 tana⟨i qua ri⟩ffei *B* || rifei *PR* riphei (t *m. 2*) *D* riphei 𝔅 || montis ardua saromatico aduersu 𝔅 || ta⟨nai⟩m *B* tanain 𝔅 5 infundunt *B* 6 magni macedonis 𝔅 || rhobascorum] *PR*^{2}*D* (h *expunxit D*^{1}) rhoboschorum (-corum *R*) *R*^{1}*B* robascorum 𝔅; roxolanorum *v* || sitos] *P*^{1}*D* situs *P*^{2}*R*^{a}*B*𝔅 sitas *R*^{b} *male probatum a Grubitzio p. 12* || meotidas *PRBD*𝔅 7 inmensa] *PR*^{1}*BD*𝔅 imm- *R*^{2} || exunducio (-utio *m. 2*) *D* inundatio 𝔅 || theosiam *P*^{a} theodisiam *D* || euxenum *B* etsinum 𝔅 8 pontus 𝔅 || ingeditur (r) *P* || inde] *om. B*, hinc 𝔅 || constant inupolim *in* constanti*nopolim *corr. m. 2 P* || longe *PD*𝔅 **** | longe (e *in* ę) *R* inde longe *B* 9 mittuntur] *P*^{2}*R*^{1}*D* (*puncto intra* n *posito, m. 1? R*) mittutur *P*^{1} emittuntur *R*^{2}*B* mittunt 𝔅 || doneceas *in* donec eas *corr. m. 2 P* 10 eurupae (a *in ras. m. ut uid. 2*) *D* cui europae 𝔅 || oceanos *P*^{a} || termino] *PR*^{1}*BA*𝔅 terminos *D* terminus *R*^{2}*,fh* 11 maxime—uisuntur] aput gades insulam ubi herculis uisuntur columnae 𝔅 || maximę *ante ras. R* Maximae *D* || hercule**s (i *ut uid. er.*) *D* || columnę *ante ras. R* columpnae *B* columnęa (*corr. m. 2*) *D* 12 tyrrae (h ni) (*corr. m. 2*) *P* tyrrhęni *ante ras. R* tyrreni *D*^{1} terreni *D*^{2} || oceania estus (-ia ęs- *corr. m. 2*; *cetera id genus deinceps non adnotabo*) *D* || ocæani *P* ocęani *ante ras. R* || immittitur *R*^{2}

AFRICAE principium est a finibus Aegypti urbisque Ale- 8
xandriae ubi Parethonio ciuitas sita |est, super mare hoc p. 12
Magnum, quod omnes plagas terrasque medias interluit. unde 9
per loca quae accolae Catabathmon uocant haud procul a castris Alexandri Magni et super lacum Chalearzum, deinde iuxta superiorum fines Auasitarum missa in transuersum per
Aethiopica deserta meridianum contingit oceanum. termini 10
Africae ad occidentem idem sunt qui et Europae, id est fauces
Gaditani freti. ultimus autem finis eius est mons Athlans et 11
insulae quas Fortunatas uocant.

Et quia breuiter generales tripertiti orbis diuisiones dedi, 12

EXPILATORES 1 Africae — Aegypti *compilauit Isidorus Orig. 14, 5, 3* 6 missa—7 oceanum *adhibuit Isidorus Orig. 14, 5, 3* 9 ultimus —Athlans *adhibuit Isidorus Orig. 14, 5, 3* 11 et quia—p. 12, 2 curabo] Breuiter trium inter se partium diuisiones diximus. Sed ne quid ad plenissimam instructionem desit, ipsarum quoque partium regiones situs et prouinciarum terminos demonstrabo, ut absque fastidio uniuersa lector agnuscat (*sic*), uel numerum gentium commanentium. Incipit situs Asiae prouinciae cum limitibus et populis suis 𝔅

1 affricae *B* || aegypti · urbis (i *et* u *m. 2 in ras.*) quae (a *eras.*) *P* || urbisque] urbis 𝔅 2 parethonio] *R*¹*DA* paret|honio *P*¹ pare∗|thonio (*sic saepe*) *P*² ∗parethonio̅ (*ante* p *eras.* f *itemque ante s. scriptam* h) *R*² parethonium *B* partheno 𝔅; *fort.* paraetonion *scripsit;* paraetonium *v* || hoc·mare *BD*𝔅 3 -que] *ex* quae *corr. P* || Inde *R*²; unde *et in marg.* u, *littera cui corrigendae adscripta sit non indicata B* 4 per] et per *D* || quae] q: *D* || acole *R*¹, *om.* 𝔅 || catabathmon] *R*¹*BD*𝔅 (catabath mon *R*¹) cathabathmon *PR*² || haut *PR*²*BD* iam 𝔅 || a castris (a c *m. 2 in ras.*) *P* 5 alexandri (exandri *in ras.*) *P* || et] ei 𝔅 || chalearzum] *PRBD* chalearsum *A* galearum 𝔅 caleartium *h* (Κλέαρτος *Ptol. 4, 5, 20*) 6 superiorum (um *in* es *m. 1*) 𝔅 || finis (*corr. m. 2*) *D* || abasitarum *R*² auasitor (*sic*) *B* || missam (s *altera e corr.*) *B* || transuersum (transu *in ras.*) *P* 7 æ thiopica *P* aethyopica *B*ᵐ aethiopia 𝔅 || oc∗eanum (*er.* a) *R* || terminus africae ipse est qui et europae 𝔅 8 affricae *B* || idem] *PRBD* 9 freti *om.* 𝔅 *ad* freti *adscripsit* ti *clarius ut uidetur has litteras indicaturus B*ᵐ || mons (⁝ *erasa*, ns *ex corr. m. 2*) *P* || athlans] *P*, *R* (*sed* n *eras.*), *B*𝔅 athans *D*¹ atlans *A* 10 insulas *PR*¹ || quas (a *ex* o *corr. m. 2*) *R* || furtunatas *BD*²𝔅 furtunatus *D*¹ 11 et quia — p. 12, 2 curabo] *de* 𝔅 *uide supra* || generalis breuiter (*transposuit m. 2*) *D* || diuisionis *D*¹

ipsarum quoque partium regiones, sicut pollicitus sum, significare curabo.

13 Asia ad mediam frontem orientis habet in oceano Eoo ostia p. 13 fluminis Gangis, a sinistra promunturium Caligar|damana, cui subiacet ad Eurum insula Taprobane, ex qua oceanus Indicus 14 uocari incipit; a dextra habet Imaui montis — ubi Caucasus deficit — promunturium Samarae, cui ad aquilonem subiacent ostia fluminis Ottorogorrae, ex quo oceanus Sericus appellatur.

15 In his finibus India est, quae habet ab occidente flumen Indum, quod Rubro mari accipitur, a septentrione montem

EXPILATORES 9 India — p. 13, 3 plurimis *adhibuit Isidorus Orig. 14, 3, 5* 10 Indum — accipitur] 'Indus, qui, ut dicit Paulus Orosius, in mare Rubrum ingreditur' *Anon. Rauennas p. 50, 16 Parthey*

unum regiorum equorum candore formaque ¹excellentem, trans- p. 101
meandi fiducia persuasum, qua per rapacem alueum offensi
uado uertices attollebantur, abreptum praecipitatumque mer-
serunt. rex iratus ulcisci in amnem statuit, contestans eum, 4
qui nunc praeclarum equ*um* uorauisset, feminis uix genua tin-
guentibus permeabilem relinquendum. nec peragendo segnior
totis copiis perpeti anno Gynden fluuium per magnas concisum
deductumque fossas in quadringentos sexaginta alueos com-

AVCTORES § 2—10 *ignotus*, *certe non ipse Herodotus* (*1, 178. 189. 190. 202; 5, 52; 1, 180. 191. 178—180*) *adhibitus; illorum* u. 6 Gyndes — 7 magnitudinis, § 5 eo — fossoribus *totiusque* § 7 *ne fons quidem Herodotus*

1 qui] quia *D* 2 asyam *B* || scytiam *L* scythiamque *B* || et totum *B* 3 urbem|****** uel rex (*rasura m. 1*) *R* || uel hostis (el host *in ras.*) *P* 4 praemebat $P^{a}R^{a}B$ || aduersus (a *in ras.*) *B* 5 asyrios *B* asirius *D* || babylonam] LR^{a} babyllonam *B* babilonam *P* babyloniam $R^{b}v$ abilonam *D* 6 gyndes] LPR^{a} gyndis *B* gendes *D* ganges R^{b} 7 euphraten] *R* eufraten *LPD* eufratem *B* || nam cum unum *RB* (*sed s. s.* cū *in R*) 8 equorum] *LPD* *equorum *sed* equitē *s. s. R* aequitum *B* || candore formaque] re f *in ras. m. 1 D* 9 fiduciam *L* || quo *B* quā *P* 10 uortices *B* || adtollebantur $PR^{a}BD$ || merserunt] *LPRBD* merserat ς*h* (mersisset *et supra* nam cum *edd. quaedam uelut Colon. 1542*) 11 amne PR^{1} con*testans (t *prior in ras. m. 1 ex* st) *D* 12 nunc *om. R* || praeclarum] *LPBD* tam praeclarum (ā *in ras. m. 1 R*) *Rh* || equum] *h* equitem $LR^{b}D$ aequitem $PR^{a}B$ || uorauisset (ui *ex* bi) *R* || **feminis (f *in ras. al. ?*) *R* || genuAt|ting*entibus (t *alt. ex corr. add.*, in *atr. obscuriore*) *R* genuactinguentibus *D* || tinguentibus] *LB* tingentibus *PRD* 13 segnior fuit *R* 14 anno *s. lin. add. m. 1 P* || gyndem (m *in* n *corr.*) *P* ginden *D* gangen R^{b} 15 fosas *B* || CCCCLX *PRB* || alueo* *P*

5 minuit. eo opere praedoctis fossoribus, etiam Euphraten longe
ualidissimum et mediam Babyloniam interfluentem deriuauit.
6 ac sic meabilibus uadis siccum etiam patentibus aluei partibus
p. 102 iter fecit, cepitque urbem, quam uel humano opere exstrui
potuisse uel humana uirtute destrui posse utrumque paene
7 incredibile apud mortales erat. namque Babylonam a Nebrot
gigante fundatam, a Nino uel Samiramide reparatam multi
8 prodidere. haec campi planitie undique conspicua, natura loci
laetissima, castrorum facie moenibus paribus per quadrum
disposita. murorum eius uix credibilis relatu firmitas et magni-
tudo, id est latitudine cubitorum quinquaginta, altitudine quater
9 tanta. Ceterum ambitus eius quadringentis octoginta stadiis
circumuenitur. murus coctili latere atque interfuso bitumine
conpactus, fossa extrinsecus late patens uice amnis circumfluit.
10 a fronte murorum centum portae aereae. ipsa autem latitudo
in consummatione pinnarum utroque latere habitaculis defen-

AVCTORES § 7 Nebrot gig. *cf. Genes. 10, 9 sq.* || fundatam—prodidere *cf. ad Oros. 2, 3 § 1* (*et Syncell. p. 66 sq. Bonn*)

EXPILATORES 6 Babyl.—7 rep., 13 murus—bitumine *fort. adhibuit Isidorus Orig. 15, 1, 4* 8 campi — p. 97, 5 subuersa est *adhibuit laudato Orosio* (*ubi* Horos. *Naz.*) *Gregorius Turon. 1, 6* 9 castrorum—10 disposita, 11 latitud.—12 stadiis . . centum . . aereae, p. 97, 2 domus . . quatergeminae *compilauit Seuerus Chron. p. 453*

1 eufraten *LPRB* eufratin *D* 2 mediam] edi *in ras. m. 1 D* || babyloniam] *L*R^{b}*BD* (-yllo- *B* -ilo- *D*) babylonam *P*R^{a} || diriuauit *P*R^{1}*B* 3 sicū *P* 4 i*ter (*er.* n) *R* || coepitque (oe *in* ae *al. m.*) *R* || extrui *PD* 5 **pene (p *in ras.*) *R* 6 babylonam *LP*R^{a} babyllonam *B* babilonam *D* babyllonem 𝔎 babillonem 𝔏 babylonem 𝔐 || nebrot] *L* nebroth *PRBD*𝔐 nebrod 𝔎 nembroth 𝔏 7 gygante *B* || ue^l (1 *m. 1*) *D* || samiramide] *L*R^{2}*B* samiramidae *D* simiramide *P*R^{1} || paratam *L* 8 planiciae (c *ex* t) *R* 10 dispossita *B* 11 L *PRB* || altidudine (e *ex* ē) *R* || quater] XL B^{m} 12 tantum *L* || cęterum R^{a} || quadringentis octoginta] *LD* CCCCLXXX *PRB* CCCCLXX *Gregor. cuius inspexi codicem Naz. Pal. 864 saec. 8—9;* CCCLX *Herodot. 1, 189 sq.* 13 coctili] cocto *D* || adque $P^{a}R^{a}B$ || interfuso] infuso *Gregor.* 14 cō*pactus (*ex* con-) R^{b} 15 c *PR* || aer**eae *P* aureae *B* 16 consumatione *LD*

sorum aeque dispositis, media intercapedine sui citas quadrigas
capit. domus intrinsecus |quatergeminae habitationis minaci p. 103
proceritate mirabiles. et tamen magna illa Babylon, illa prima 11
post reparationem humani generis condita, nunc paene etiam
minima mora uicta capta subuersa est. ibi tunc Croesus rex 12
Lydorum famosus opibus cum ad auxiliandum Babyloniis
uenisset, uictus sollicite in regnum refugit. Cyrus autem postea-
quam Babylonam ut hostis inuasit ut uictor euertit ut rex
disposuit, bellum transtulit in Lydiam; ubi conterritum supe-
riore iam proelio exercitum nullo negotio superauit. ipsum
etiam Croesum cepit captumque et uita et patrimonio donauit.

Exaggerare hoc loco mutabilium rerum instabiles status non 13
opus est: quidquid enim est opere et manu factum, labi et
consumi uetustate, Babylon capta con|firmat; cuius ut primum p. 104
imperium ac potentissimum exstitit ita et primum cessit, ut

AVCTORES § 10 citas quadrigas *Vergil. Aen. 8, 642* || § 11 *Orosius ?* || § 12 *Iustin. 1, 7 § 3—5. 7* || § 13 quidquid—uetustate *Cicero pro Marcello 4 § 11*

EXPILATORES 3 Babylon . . 5 capta *adhibuit Seuerus Chron. p. 453, 3* || 7 Cyrus . . 11 Croesum cepit *uidetur adhibuisse Seuerus Chron. p. 436 sub fin.*

1 dispositis *B* || intercapidine *R*[1]*B* intercapitine *D* || sui citas] *LPR*[1] uicenas *B* sui citas (uicenas *s. s.*; *corr. al. m.*) *R* seiunctas *D* 2 quater geminae (erant *s. s. m. 2*) *PR* || habitationes (i *s. s.*) *P* || minaci proceritate *om. m. 1 in mg. add. al. m. R* 3 t..am *R* || babyllon *B* babilon *D* 4 pęne (ę *radendo in* e) *R* poenae *D* 5 muro *B* || capta (atq; *s. s. al. m.*) *R* || est *om. D* || chroesus *LD* 6 lidorum *D* || babiloniis *D* babyllonis *B* 8 babylonam] *L* babyllonam *B* babilonam *D* babylonem *P* babylonē (is *s. s.*) *R* || ut hostis (ut *s. lin. add. m. 2*) *P* || ut uic^tor^ (*in ras. angust.; fuit* uictor *sine* ut) *P* 9 in] ut in *B* || lidiam *D* || conte^r^ritum *R* || superiore (u *ex* o *ut uid. corr.; itemque* u *in marg.*) *B* 10 proelium *D* 11 chroesum *LD* || coepit *P* caepit *sed* a *in ras. R* 13 quicquid (c *ex* d) *R* quitquit *B* 14 babyllon *B* babilon *D* 15 extitit *PR* || ut] *PR*[1]*B* et *LR*[2]*D*

ueluti quodam iure succedentis aetatis debita posteris trade-
retur hereditas, ipsis quoque eandem tradendi formulam ser-
14 uaturis. ita ad proxima aduentantis Cyri temptamenta succu-
buit magna Babylon et ingens Lydia, amplissima Orientis cum
capite suo bracchia unius proelii expeditione ceciderunt: et
nostri incircumspecta anxietate causantur, si potentissimae
illae quondam Romanae reipublicae moles nunc magis in-
becillitate propriae senectutis quam alienis concussae uiribus
contremescunt.

7 Igitur idem Cyrus proximi temporis successu Scythis bellum
intulit. quem Thamyris regina quae tunc genti praeerat cum
prohibere transitu Araxis fluminis posset, transire permisit,
primum propter fiduciam sui, dehinc propter opportunitatem
2 ex obiectu fluminis hostis inclusi. Cyrus itaque Scythiam in-
p. 105 gressus, procul a transmisso flumine castra metatus, insuper
astu eadem instructa uino epulisque deseruit, quasi territus
refugisset. hoc conperto regina tertiam partem copiarum et

AVCTORES cap. 7 *Iustinus 1, 8*

EXPILATORES 10 Cyrus — 11 regina . . p. 99, 8 cum — deleuit *excerpsit Seuerus Chron. p. 453*

1 uelut PR^{b} *om.* R^{a} || hereditas traderetur *BD* 2 eamdem *B* || famulam *B* 3 temtamenti (a *s. i*) *P* timtamenta *D* || succubuit (c *pr. in ras.*) *R* 4 babyllon *B* babilon *D* || ingens (ng *in ras. al. m.*) *R* || oriente (is *s. e*) *P* 5 brachia *PR* || expedione *B* || caeciderunt *P* ciciderunt *B* 6 anxiaetate *P* ancxietate *RB* (*sed* c *er. in R*) 7 romae *B* || reip· *L* || inbicillitate *B* imbecillitate $R^{b}D$ 9 cotremescunt (n *s. o*) *R* 10 successus] *sed* s *finalis a 1 m. del. L* successu* (*eras.* s *in P certe et ut uid. in R*) *PR* || schytis *L* sc*ythis (*eras. ut uid.* h) *R* 11 intulit***| *R* || quem] quam *D* || thamyris] *LPB* thamiris *RD* 12 proibere* (*er.* t) *D* || transitum (-ū *R*) *RB* || axaris *D* || posse^t (t *al.*) *R* 13 propter] *sic* p̄p̄ *R* || oportunitatem *LPRB* opurtunetatem *D* 14 cirus *D* || ingresus *B* 15 a *om. D* || metatus] metatus ^est^ *R* 16 astu] astu ^castra^ *R* castra *B* || ^in^structa *R* structa *P* || aepulisque *P* *epulisque *R* 17 conperto $LPR^{a}B$ cō*perto R^{b} || reginam *D*

filium adulescentulum ad persequendum Cyrum mittit. barbari 3
ueluti ad epulas inuitati ebrietate uincuntur, mox reuertente
Cyro uniuersi cum adulescente obtruncantur. Thamyris exer- 4
citu ac filio amisso uel matris uel reginae dolorem sanguine
hostium diluere potius quam suis lacrimis parat. simulat
diffidentiam desperatione cladis inlatae, paulatimque cedendo
superbum hostem in insidias uocat. ibi quippe conpositis inter 5
montes insidiis ducenta milia Persarum cum ipso rege deleuit,
adjecta super omnia illius rei admiratione, quod ne nuntius
quidem tantae cladis superfuit. regina caput Cyri amputari 6
atque in utrem humano sanguine oppletum coici iubet non
muliebriter increpitans: Satia te, inquit, sanguine quem
sitisti, cuius per annos triginta insatiabilis perse-
uerasti.
p. 106
[1]Anno ab Vrbe condita CCXLV Darius Cyro apud Scythas 8
interfecto post aliquantum interuallum sorte regnum adeptus
est. regnauit enim medius eorum Cambyses Cyri filius; qui 2

AVCTORES § 1 anno — CCXLV *ignotus* (*cf. Eus. 1495*) || Darius — adeptus est *et* § 4 Darius — recuperauit *adhibitus ut uid. Iustinus 1, 10* || § 2 *adhib. ut uid. Iustinus 1, 9*

1 adolescentulum *B* 2 uelut *PR* || *epulas *R* || primum (primo *B*) *ante* ebriet. *add. PRBDv* || aebrietate *B* *ebr. *R* 3 cyro** (*2 uel 3 litt. erasae*) *P* ciro *D* || aduliscente *D* adolesc. *B* || obtruncantur (n *m. 2*) *P* || thamyris] *LPRB* tamiris *D* 4 amiso *B* 5 potius] promptius *BD* || simulad *P*[a] 6 disperatione *PR*[1] || claudis (u *eras.*) *P* || illatae (l *pr. in ras. ut uid.*) *R* inlatim (--- *m. 1*) *D* paullatim|que *D* || decedendo *PR* 7 superbo *P* || insidiis *B* || conpossitis *B* compositis *PR* conpositis interpositis *D* 8 docenta *D* cc *PRB* 9 rei *om. B* || nuncius *D* 10 superf*uit (1 *er.*) *R* || capud *R*[a]*B* || ampotari *R*[1]*D* 11 adque *P*[a]*BD* || utre *L* utrum *D* || coici] *PB* coIci *D* conici (n *m. fort. 1*[a]) *L* conici *R* 12 muliebribus (ter *m. 1*[b] *aut m. 1*[a]) *L* mulieriter *P*[1] || satieta·te *L* || inquid *LP*[a]*R*[a]*D* 13 tregenta *D* XXX *PR* || perserasti *B* 15 ANNO (A *in* A *mut.*) — DARIUS *litteris maiusculis R* || · cc · mo XL · quinto *L* ducentisemo quadraginsemo quinto *D* || ciro *D* || aput *P*[a] || scythas *R* schytas *L* 16 aliquantulum *B* || sorte] *LPRBD* forte (*errore typogr. ut uid.*) *s*, *indeque h* || adēptus *R*[a] 17 est *om. B*

deuicta Aegypto cunctam Aegypti religionem abominatus
3 caerimonias eius et templa deposuit. post hunc etiam magi
sub nomine quem occiderant regis regno obrepere ausi; qui
p. 107 4 quidem mox deprehensi et op|pressi sunt. Darius itaque, unus ex his qui magorum audaciam ferro coercuerant, consensu omnium rex creatus est. qui postquam Assyrios ac Babylonam a Persarum regno deficientem bello recuperauit, Antyro, regi Scytharum, hac uel maxime causa bellum intulit,
5 quod filiae eius petitas sibi nuptias non obtinuisset. magna scilicet necessitas, pro unius libidine hominis septingenta milia uirorum periculo mortis exponi. incredibili quippe apparatu cum septingentis milibus armatorum Scythiam ingressus, non facientibus hostibus iustae pugnae potestatem, insuper repen-
6 tinis incursibus extrema copiarum dilacerantibus, metuens ne sibi reditus interrupto ponte Histri fluminis negaretur, amissis

AVCTORES § 4 Antyro — § 7 *Iustin. 2, 5 § 8—13 exceptis illis* § 5 insuper — dilacerantibus *et* § 6 et quem — sensit *quae uidentur esse Orosiana*

1 aegipto *D* || cunctam aegypti *om. m. 1 add. s. l. m. 2 L* || aegipti *D* || abhominatus *RB* (bh *al. m. ut uid. R*) 2 caeremonias *PB* || eius *et (*er.* s) *D* || depossuit *B* || post *s. l. add. m. 2 L* 3 regnū (*sed* ū *in ras.*) *PR* || obripere *R* obrebere *D* || ausi qui] *PB* ausi; qui *om. m. 1 sed s. s. m. 1 uel 2* (si; *in ras.*) *R* ausi si *L* ausi| *D* 4 mox quidem *B* || depraehensi *LPRBD* || oppraessi *D* obpraesi *B* 5 his (h *in ras.*) *P* hiis *B* || cohercuerant *PR*[1] coexercuerant *R*[2] caercuerat *D* conhercuerat *D* 6 asyrios *B* assirius *D* 7 babylonam] *LPR*[a] babyllonam *B* babilonam *D* babyloniam *R*[b] || a *om. LBD* || defeciente (*cum ras. supra* e *fin.*) *P* || recuperauit] recupe| (*pag. extr.*) *L* 8 antyro] *LPR*[a]; *sic haud dubie Orosius, qui apud Iust. fort.* Idantyrus *legens* id *ut ab nomine alienum omisit;* anthyro *R*[b] antiro *D* ancyro *B* || schytarum *L* 9 magacilicet (n *et* s *add. m. 2*) *P* 10 libin ne *D* || unis *P* || homines *R* || ɔcc *PR* *sic* acc *B* || mIL· *P* mıł· *R* 11 apparatu ******** (*rasura m. 1*) *R* 12 ɔcc *PRB* || schytiam *L* || non *om. D* 13 hostibus *om. B*[1] || punge *D* || potestatē (˜ *al. m. s. s. ?*) *R* 14 extrena *D* 15 histri] *LPRBD* || amissio *L* amisis *B*

octoginta milibus bellatorum trepidus refugit, quamuis hunc amis-
sorum numerum inter damna non duxerit, et, quem habendum
uix quisquam ambire ausus esset, perditum ille non sensit. inde 7
Asiam Macedoniamque adgressus perdomuit. Ionas quoque
nauali congressione superauit. deinde in Athenienses, cur Ionas
aduersum se auxilio iuuissent, impetum fecit atque arma dire-
xit. porro autem Athenienses ubi aduentare Darium conpere- 8
runt, quamuis auxilium a Lacedaemoniis poposcissent, tamen,
cum detineri Persas quadriduanae re'ligionis otio conpertum p. 108
haberent, spem occasione sumentes instructis tantum decem
milibus ciuium et Plataeensibus auxiliaribus mille aduersum
sescenta milia hostium campis Marathoniis proruperunt. Mil- 9
tiades ei tunc bello praefuit, qui celeritate magis quam uirtute
fretus alacri satis expeditione prius hosti comminus inhaesit
quam posset expedito sagittarum iactu propulsari. tanta in 10

AVCTORES § 8—10 *Iustin. 2, 9 § 8—12*

1 LXXX *PRB* || trepidus (u *ex* o *?*) *R* || amisorum *B* admissorum *D* 2 dampna *B* 3 sensit *R* sensit (s *alt. in ras. m. 1*) *D* 4 asyam *B* || machedoniamque *L* machedoniam *P* ma*cedoniā *R* || adgresus *B* aggr. (g *pr. ex* d) *R* 5 congresione *B* || in *s. lin. add. m. 2 P* || cur] *LPRBD* quod *v* 6 aduersū (sū *add. m. 2*) *P* || adque *LP*D* 7 autem *om. PR* || ****** ubi (*5 uel 6 litt. eras.;* et plate *?*) *D* || aduentaræ *R*ᵃ || compererunt *R*ᵇ*D* 8 lacedemoniis *BD* lachedemonis *P* la*cedemoniis (c *al. m. ex* ch) *R* || poposcissent *in ras. m. 1 D* || tunc *R* 9 deteneri (detin. *R*ᵇ) persas *LPR*ᵃ*B* detinire persas *D*, persas (*quod pro* lacedaemonios *male posuit Orosius*) *del. fh* || quatriduanae *R*ᵇ quadriduae *B*ᵐ || compertum *R*ᵇ cum pertum *D* 10 occassione *B* || decim *B* x *PR* 11 plateensibus *LPD* placentibus *B*ᵗ (t, *omissa litterae corrigendae nota, B*ᵐ *qui uoluit fortasse* platentibus) plateensibus (e *prior in ras. et* c *s. s.*) *R* || auxiliaribus *R* 12 sescenta] *L*¹*D* sexcenta *L*³ DC *PRB* || hostium *R* || proruperunt *B*ᵗ inruunt *B*ᵐ || militiades *B* miliciades *D* 13 caeleritate *RB* (cae *in* ce *R*) 14 alacri satis] alacritatis (i *altera ex* e *corr.*) *P* alacritatis *R* || hosti *R* hostis *D* 15 possit *BD* || expedit*o (*er.* i) *R* || tanto *B*

eo bello diuersitas certandi fuit, ut ex alia parte uiri ad occi-
p. 109 dendum parati, ex alia pecudes ad moriendum praeparatae
11 putarentur. ducenta milia Per'sarum apud campos Maratho-
12 nios ea tempestate ceciderunt. sensit Darius hoc damnum:
nam uictus fugatusque arreptis nauibus refugit in Persas.
13 cum autem instauraret bellum et ulcisci in uictores moliretur, in
ipso apparatu concidit olympiade LXXIIII, hoc est post Vrbem
conditam anno CCLXXV, quo tempore Romae Popilia uirgo ob
crimen stupri uiua defossa est.

9 Xerxes Dario patri in regnum succedens bellum aduersus
Graeciam a patre susceptum per quinquennium instruxit; quod
Demaratus Lacedaemonius, qui tunc forte apud Xerxen exula-
bat, per tabellas primum scriptas deinde ceratas suis prodidit.
2 igitur Xerxes septingenta milia armatorum de regno et tre-
p. 110 centa de auxiliis, 'rostratas etiam naues mille ducentas,

AVCTORES § 11 *Iustin. 2, 9 § 20* § 12 *Iustin. 2, 9 § 13* § 13 cum — concidit *Iustin. 2, 10 § 1* || olymp. — defossa est *cf. Eus. 1531* (ol. LXXIIII *Arm.*) cap. 9 § 1 et 2 *Iustin. 2, 10 § 12.13.18—20.22, sed illa* § 2 uix maria ad cursum *secundum Iustin. 2, 13 § 10*

1 ut alia ex *h* || parte (e *ex* ę *uel* æ) *R* 2 peccudes (c *linea quoque deletum*) *P* 3 putarentur (a *ex* u *al. m.*) *R* || cc *PRB* || apud] *LPRBD* ad *h* 4 caeciderunt *P* ciciderunt *B* || dampnum *RB* (*sed* p *al. m. in ras. in R*) 5 uictus] motus *B* || arreptus *D* || retugit *D* 7 Olympiade *capituli principum est in P* (*non in R*) *D itemque h. l. interpunctum et maiori illud uerbum prima littera scriptum in B* || ^{olim}piade (*s. s. al., pone* m *erasa* p) *R* olimpiade *D* || LXXIIII] *PRB* septuagensima quarta *LD* 8 CCLXXV] *PRB* ducentesimo septuagesimo quinto *L* ducentisemo septuaginsemo quinto *D* || romę (o *ex* e ?) *R* || popilia] *L*R^b*BD* propilia *P*R^a 10 *nullo spatio ante* xerxes *PD* Xerxes *RD* xerses *L* || regno *B* regnom *D* 11 greciam *RB* (*sed* c *al. in ras. in R*) || a• *R* || quod demarathus *LBD* quod demarathos (os *in* vs, *deinde in* is *corr.*) *P* qđ ^{d}emarathos *R* 12 lacedemonius P^b*R* lacedemonios P^a lacedaemonibus *D* lacedemonibus *B* || forte *s. l. add. m.* 1^a *aut* 1^b *L om. B* || xerxen] *LPRD* xerxem *B* || exulabat] $P^b R^2$*D* exsolabat *L* exolabat $P^a R^1$ 14 xerxes] xerxen *B* || DCC *PRB* (*in ras. P*) || trecenta] *LD* ccc *P* ·ccc· *R* $\overline{ccc}$ *B*, trecenta milia *v* 15 auxiliis (atorib; *s. l.*) (*sic*) *R* || &^{i}am *R* || mille docentas *D* ī cc tas *B* ·ī·cc· *PR*

onerarias autem tria milia numero habuisse narratur; ut merito inopinato exercitu inmensaeque classi uix ad potum flumina, uix terras ad ingressum, uix maria ad cursum suffecisse memoratum sit. huic tam incredibili temporibus nostris 3
agmini, cuius numerum nunc difficilius est adstrui quam tunc fuit uinci, Leonida rex Spartanorum cum quattuor milibus hominum in angustiis Thermopylarum obstitit. Xerxes autem 4
contemptu paucitatis obiectae iniri pugnam, conseri manum imperat. porro illi, quorum cognati et commanipulares in campis Marathoniis occubuerant, et certaminis simul et cladis exstitere principium. deinde succedens sibi turba maior ac 5
segnior, cum iam neque ad procurrendum libera neque ad pugnandum expedita neque ad fugiendum prompta solis mortibus subrigeretur, triduo continuo non duorum pugna, sed caedes unius populi fuit. quarto autem die cum uideret Leonida 6
p. 111

AVCTORES § 2 uix ad potum flumina *fort. adhibitus Iuuenalis 10, 177* § 3 huic—agmini *Iustin. 2, 10 § 21* || cuius numerum—uinci *Orosius* || Leonid.—obstitit *Iustin. 2, 11 § 2* § 4—§ 10 *Iustin. 2, 11 § 2—6.11.18 exceptis maxime his, quae Orosio debentur:* § 4 et commanipulares, § 5 cum iam—subrigeretur, § 7 de gloria—nihil sperandum, § 8 tamquam ipsi—uindicarent, § 9 Persae quoque—caedibus suis (*cf. Herodot. 7, 223, Diodor. 11, 10*), § 10 *extr.* campumque—mortuus est

1 tria milia] *L* trea milia *D* III milia *PR* III *B*ᵗ milia *add. B*ᵐ 2 inopinatu *L* || exercitu] *L*¹*PR* exercitui *L*²*BDv* || immensaeque *R*ᵇ*D* || classę *P* || *p°tum (o *eras. et a m. 1*ᵃ *aut 1*ᵇ o *s. l. scr.*) *L* pontum *B* tum *D* || uix (x *in ras. m. 1*) *D* 3 ingresum *B* || sufficisse *B* 4 incredibile *PR*ᵃ 5 est *om. B* || a*strui *R* 6 fuic (c *in* t *al. m.*) *R* || sparthanorum *PRB* || quattuor] *LD* IIII *PRB* 7 angustis *B* || termopylarum *PRB* 8 contemtu (contē *in ras. P*) *PD* || paucitatisubiectae *L* || inire (e *in ras.*) *P* 9 porro] pro *D* || cōmanipulares (*i. e.* com-) *P* cummanipulares *B* c̃man- (*i. e.* con-) *R* 10 marothoniis *B* || obcubuerant *P* occubuerant (*sed pr.* c *in ras. in R*) *RBD* occubuerunt *L* 11 exstitere (-êre *L*³ *ut uid.*) *LB* extitere *PD* extere (u *s. l.*) *R* || turba sibi *PR* 12 senior *D* || ᶜum *L* || nec *B* 13 expetita (a *s. l.*) *P* || prumpta *R*ᵃ*D* prūta *P* 14 subrigeretur *R* subigeretur *B* || tridio *P* || sed *s. l. add. m. 2 in L* || caedis *LBD* 15 unîus (^ *a m. 3*) *L* || quarto] *LPRD* quarta *B et ex Iustini edd. h* || uiderit *B*

undique hostem circumfundi hortatur auxiliares socios, ut subtrahentes se pugnae in cacumen montis euadant ac se ad meliora tempora reseruent; sibi uero cum Spartanis suis aliam sortem esse subeundam: plus se patriae debere quam uitae.
7 dimissis sociis Spartanos admonet, de gloria plurimum, de uita nihil sperandum; neque exspectandum uel hostem uel diem, sed occasione noctis perrumpenda castra, conmiscenda arma, conturbanda agmina fore; nusquam uictores honestius
8 quam in castris hostium esse perituros. persuasi igitur mori malle, in ultionem futurae mortis armantur tamquam ipsi interitum suum et exigerent et uindicarent. mirum dictu ses-
9 centi uiri castra sescentorum milium inrumpunt. tumultus totis castris oritur. Persae quoque ipsi Spartanos adiuuant mutuis caedibus suis. Spartani quaerentes regem nec inuenientes caedunt sternuntque omnia, castra peruagantur uniuersa et inter densas strues corporum raros homines uix sequuntur:
10 uictores sine dubio, nisi mori elegissent. proelium a principio noctis in maiorem diei partem tractum: ad postremum uincendo fatigati, ubi quisque eorum deficientibus membris uisus est sibi mortis suae ultione satiatus, ibi inter impedimenta

AVCTORES sescenti *cf. Oros. 2, 11 § 9*

1 auxili[to]ares *R* 2 subtraherent *B*[4] || pugna *B* || ac se ad se *P* 3 sparthanis *PRB* 5 demisis *B* || sparthanos *RB* 6 expectandum *PRD* || [h]ostem *R* 7 occansione *D* || conmiscenda] *LPR*[a]*B* cõmisc. *R*[b] 8 fore] pore *D* 9 esse perituros] *LPRBD* (-rus *D*) esse *del. fh* 10 male *B* 11 sescenti] *L*[1]*D* sexcenti *L*[3]*B* DC *PR* 12 sescentorum] *L*[1]*PD* sexcentorum *L*[3]*R* (*sed* x *in ras. R*) DC *B* || irrumpunt (*pr.* r *in ras.*) *R* || tumultis *P* 13 perse *D* || sparthanos *R* 14 sparthani *PRB* 15 cadunt *D* 16 densastrues *D* || den*sas (s *prioris pars superior al. m.*) *R* || hominũ *PR*[a] homines *R*[b] || uic (c *linea deletum*) *L* || sequntur *PD* seq[u]ntur *B* seq[vn]itur *R* 17 eligissent *LB* || inproelium *B* || a] in *D* 18 tractum[est] *R* || ad] *LBDv Iustini codices* ac *PR*, *cf. 1, 21 § 11* 19 difficientibus *B* 20 est *in ras. ampl. P* || inter (r *add. m. 2*) *P* || impedimenta] *LB* impidimenta *D* inpaedimenta *P* ĩp*edımñta (ĩ *s. s. al. m.*) *R*

cadauerum ¹campumque crasso et semigelato sanguine palpi- p. 112
tantem lassus lapsus et mortuus est.

Xerxes bis uictus in terra nauale proelium parat. sed 10
Themistocles dux Atheniensium cum intellexisset Ionas — quibus dum auxilium superiore bello praebet, in se Persarum impetum uerterat — in auxilium Xerxis instructam classem deducere, sollicitare eos parti suae hostique subtrahere statuit. et quia con- 2
loquendi facultas negabatur, locis quibus Iones accessuri nauibus uidebantur proponi symbolos saxisque adfigi iubet, socios quondam et participes periculorum, nunc autem iniuste desides apta increpatione corripiens atque ad an¹tiquorum iura foe- p. 113
derum religiosa adhortatione persuadens praecipueque admonens, uti commisso proelio cedentium uice inhibeant remos seseque bello auferant. igitur rex, partem nauium sibi detinens, spec- 3
tator pugnae in litore manet. contra autem Artemidora, regina Halycarnasi, quae in auxilium Xerxi uenerat, inter primos duces acerrime bello inmiscetur, ita ut uersa uice in uiro

AVCTORES § 1—2 adfigi iubet *Iustin. 2, 11 § 19; 2, 12 § 8; 2, 12 § 1 et 2* § 2 socios quondam—auferant **Iustin. 2, 12 § 3—7* § 3—5 *Iustin. 2, 12 § 22—27*

1 semigälato *P* || palpitantẽ *P* 2 lassus lapsus] *LR*ᵇ lasus lapsus *B* lassus labsus *PR*ᵃ*D*, lapsus *h* 3 proilium *D* proelium *B*ᵗ *sed* o *in* e *corr. a B*ᵐ (*sic!*) 4 themisthocles *D* 5 superiori (ī *al. m.*, i *fin. in ras.*) *R* superiori *D* || praebebat *P*²*R*ᵇ 6 xerxis (i *ex ras.*) *R* xersis *LB* || sollicitareq. (q. *add. m. 2*) *P* 7 suae (e *linea deletum*) *P* || colloquendi (l *prior in ras.*) *R* 8 nagabatur *P* nega^ba^tur (ba *statim s. s. m. 1*) *D* 9 symbulos *B*ᵗ simbolus *D* || 9 adfligi (l *linea quoque deletum*) *L* affigi (f *pr. in ras.*) *R* 10 desides] *LP*¹*R*ᵗ*D deletum a m. 1 aut 2 in P* agentes (*sic* ł agentes *R*ᵐ) *R*ᵐ*Bh* (*ex Iust.*) 11 adque *LP*ᵃ*BD* || foedarum *L*¹ 12 exortatione *B* || precipueque *L* 13 conmisso *B* || caedentium *B* cedentium (n *ex* m *corr.*) *P* c*edentium *R* || *ad uers.* inhibeant—igitur *in marg.* i *B* || inhibeant** *P* 14 rex *om. BD* || sibi] ibi *B* || exspectator (-tur *D*) *BD* 15 econtra *R*ᵇ || arte^m^idora (m *al. m.*) *R* 16 halycarnasi] *LPRBD* || xersi *D* 17 ut *om. D* || in uiro *in ras. P*

4 feminea cautela, in femina uirilis audacia spectaretur. cum
autem anceps pugna esset, Iones iuxta praeceptum Themi-
stoclis paulatim se certamini subtrahere coeperunt: quorum
defectio Persas iam fugam circumspicientes aperte fugere per-
5 suasit. in qua trepidatione multae naues mersae captaeque
sunt, plures tamen saeuitiam regis uelut immanitatem hostis
6 timentes domos dilabuntur. anxium tot malis regem Mar-
donius adgreditur suadens, regem in regnum redire oportere
7 prius quam aduersa fama nouas res domi moliretur; se autem,
si residuae sibi copiae traderentur, et ultionem ab hoste exac-
turum et ignominiam domesticam propulsaturum, aut, si ad-
uersa belli perseuerassent, cessurum se quidem hosti, sed
8 tamen sine regis infamia. probato consilio exercitus Mardonio
traditur. rex Abydum, ubi pontem ueluti uictor maris con-
seruerat, cum paucis proficiscitur. sed cum pontem hibernis
p. 114 tempestatibus dissolutum offen|disset, piscatoria scapha trepi-
9 dus transiit. erat sane quod spectare humanum genus et
dolere debuerit mutationes rerum hac uel maxime uarietate

AVCTORES § 6—§ 10 ministerio *Iustin. 2, 13 § 1—5. 8—10*

1 faęminea *P* (*sic*) fęminea (ę *in* e *corr.*) *R* || cautella (l, *pro* l *altera ?*, *margo*) *B* || faemina *P* || speccaretur *D* expecretur (ta) *B* 2 anceps (nceps *in ras.*) *P* || esset Iones] esseciones *D* || esset et *L* || iuxta (s *m. 2*) *L* || themisthoclis *B* themistocles *P*a*D* themestocles *R*a 4 deffectio *B* || peras (s *m. 2*) *L* 5 ceptaeque (a) *P* 6 immanitatem] *L* immanetatem *D* inmanit. *PB* inma*nitatem (an *ex* am ?) *R* 7 (ti)mentes *L* || domos] *LPB* dom *R* domum *Dv* || dılabāntur *P* delabuntur *L* || ancxium *R*a*B* || tod *B* 8 aggreditur *R*b || oportere *in mg. m. 1 statim add. D* 9 *uerba* se autem si residuae sibi copiae traderentur *om. m. 1*, *in summo marg. add. m. 2 P* 10 traderetur *B*t 12 bella *D* || perseuerasset (n *m. 2*) *P* 14 tradetur (e *in* i *corr.*) *P* || abidum *D* 15 hybernis *B* 16 piscatoria (ia *in ras.*) *P* || scafa *PRD* || trepidum *D* 17 transiit] *LPR* transit *BDh* || expectare *PR*a*D* 18 dolere (e *pr. ex* o ?) *R* || debuerit (a) *R* || (h)ac *P* || maxima *B*

permetiens: exiguo contentum latere nauigio, sub quo ipsum
pelagus ante latuisset et iugum captiuitatis suae iuncto ponte
portasset; uilissimo unius seruuli egere ministerio, cuius poten- 10
tiae, dum montes exciduntur, ualles replentur, amnes exhau-
riuntur, ipsa etiam rerum natura cessisset. pedestres quoque 11
copiae, quae ducibus commissae fuerant, labore fame ac metu
ita distabuerunt et crudescente morbo tanta pestis tantaque
foeditas morientium exorta est, ut uiae cadaueribus replerentur,
dirae etiam alites atque improbae bestiae escarum inlecebris
sollicitatae moribundum sequerentur exercitum.

p. 115
[1]At uero Mardonius, cui reliqua belli Xerxes commiserat, 11
adflatus primum successu breui mox in extrema deiectus est. p. 116
Olyn|thum siquidem Graeciae oppidum expugnauit. Atheni- 2
enses uaria sollicitatione adducere in spem pacis adgressus,

AVCTORES § 10 cuius *sqq.* **Iustin. 2, 10 § 22 et 24* § 11 *Iustin. 2, 13 § 11 et 12* cap. 11 § 1—5 *Iustin. 2, 14 § 1—9, exceptis his Orosianis* § 3 non paruo — damno, § 4 urget — perditio nam, § 5 mira — ordinatio

1 permeciens R^1 || contemtum *L* || sub quo — latuisset *om. B* 2 ciuitati^s *P* || iuncto] *GV_2KX_2E, ed. Col. 1542 et f,* iuncto *an* uincto (*illud probabilius in A*) *AN* uincto LP^a ui*cto P^b uicto R^aD uecto R^bB uinctum *h; cf. ad 3, 2 § 2* || ponte] LR^bBDfh ponto PR^a 3 portasse et PR^a || potentia (ia *in ras.*) *P* 4 montis (e *m. 1 ut uid.*) *D* || uallis D^a || amnexeshauriuntur D^a || exauriuntur *R* 6 ducebus *D* || commisae *B* || fame ac metu ita] fame·a et uita (*punctum ex corr. m. 1*) *D* || famae *L* 7 orbo (m *m. 2*) *P* 8 exota (r *m. 2*) *P* 9 aliaes (a *alt. corr. in litt. nunc euanidam*) *D* || adque P^aBD || improbae] *LD* inprobae *PRB* || bistiae scarum D^a || ęscarum (ę *ex* e) *R* || illecebris R^b 10 sollicitae (ta *m. 2*) *L* || sequerentur (tur *in ras., fort. soluto compendio*) *P* 11 ad P^aR^a || xerses *B* 12 afflatus (f *pr. in ras.*) *R* || primo R^bBD *om.* R^a 13 olyntum *PRB* || siquidem siquidem *L* || graetiae *P* græciae *ex gratiae al. m. R* greciae *B* || athemensis (*cetera id genus non adnotabo omnia*) *D* 14 sollicita| (*fol. 18*^{a}) tatione *L* || adgresus *B* aggressus R^b

ubi inexpugnabilem eorum libertatem uidet, incensa urbis parte
3 in Boeotiam omnem belli apparatum deducit. illuc quoque
eum centum milia Graecorum insecuta sunt et commisso sine
mora proelio Mardonium deletis copiis ipsius uelut e naufragio
nudum cum paucis fugere conpulerunt; castra regiis opibus
referta ceperunt, non paruo quidem antiquae industriae damno:
nam post huius praedae diuisionem aurum Persicum prima
4 Graeciae uirtutis corruptio fuit. urguet igitur inceptus miseros
extrema perditio. nam forte eodem die, quo in Boeotia Mardonii copiae deletae sunt, pars Persici exercitus in Asia sub
5 monte Mycale nauali proelio dimicabat. ibi nouus repente
p. 117 ru|mor utriusque classis et populi inpleuit aures, Mardonii
exstinctas copias, Graecos exstitisse uictores. mira diuini iudicii
ordinatio, in Boeotia oriente sole bellum fuisse commissum,
in Asia meridianis horis sub eadem die tantis spatiis maris
6 terraeque interiacentibus nuntiatum! qui rumor ei uel maxime

AVCTORES § 6 *ignotus; cf. Ruehl Iahrb. f. Phil. Suppl. 6 p. 157*

1 inpugnabilem (ex s. s.) *L* || uidet (i s. s.) *RD* boetiam (o *m. 2*) *L* boe*tiam *P* boeo etiam *D* beoetiam *B* boetiam *R* 3 eum *om. BD* || c *PRB* || grecorum *RBD* || commiso *B* 5 cum] con B^m || conpulerunt] *LBD* conpelerunt *P* cō*pulerunt (*er.* n) *R* || regiis*** (opi *uel* qu *er.*) *D* regis *B* || opus R^a 6 refferta *B* || coeperunt *PRB* || dampno *B* 7 nam post (nam *m. 2*) *L* nā p: (*i. e.* nam post) P^1 nam post P^2 8 greciae *B* graecae *P* grece *R; cf. Grubitz p. 28* || urget *PRBD* || inceptos *PR* incertos *B* || misseros *B* 9 boetia *R* boetiam (o *m. 2*) *L* boe o·etiam *D* boetiam *B* 10 asiam *L* 11 mone *B* || nauali *om. B* || demicabat *B* 12 rumor utriusque (mor utrius *in ras.*) *P* || classis] cladis *B* || impleuit *R* conpleuit *B* 13 extinctas *LPRBD* || grecós *RB* || ex*titisse (*er.* s) *R* extitisse *P* extetisse (e *alt. in* i *m. ut uid. 1*) *D* || diuino (i s. s. *m. 2*) *L* 14 fuit in *R* || boetia (o *m. 2*) *L* boetia *RB* boeo·etiā *D* || commisum *B* 15 oris *B* || eadem] L^1 (â L^3 *ut uid.*) *PRBD*, eodem *h* (*ex* § 4) || spaciis (c *ex* t) *R* 16 terrae q: (q: *m. ant.*) *D* || nuntiatum est (est *m. 1 uel 2*) *R* || qui rumor ei] *LB* Qui rumur ei *D* qui rumor ei (mor ei *in ras.*) *P* qui rumores (s *in* i *corr.*) *R* cui rumori $Z_1 h$

rei adstipulatus est, quod Persas, audita clade sociorum pri-
mum dolore dehinc desperatione correptos, nec bello expeditos
nec fugae habiles reddidit. atque ita consternatos profligatosque
constantior factus hostis successu felicitatis inuasit. Xerxes, 7
bello in Graecia infeliciter gesto contemptibilis suis factus, per
Artabanum praefectum suum in regia circumuentus occiditur.

O tempora desiderio et recordatione dignissima! o dies 8
illos inoffensae serenitatis, qui nobis ueluti e tenebris respici-
endi proponuntur! quibus breuissimo interuallo de uisceribus
unius regni decies nouies centena milia uirorum tribus pro-
ximis regibus tria bella rapuerunt; ut taceam de infelicissima
tunc Graecia, quae totum hunc, de quo |nunc hebescimus, p. 118
numerum moriendo superauit. Leonida ille clarissimus Lace- 9
daemoniorum in bello isto aduersus Xerxen, quod supremum
ipsi atque hostibus fuit, cum sescentis suis famosissima illa
incitamenta dixisset: Prandete, tamquam apud inferos

AVCTORES § 7 *Iustin. 3, 1 § 1 et 2* § 8 *numerus 1900000 ex his 700000 (2, 8 § 5), 200000 (2, 8 § 11), 1000000 (2, 9 § 2) ab Orosio uidetur confectus esse; huc respicit 3, 17 § 8* § 9 sescentis *cf. Oros. 2, 9 § 8* || prandete — p. 110, 1 cenaturi *iisdem uerbis ap. Valer. Max. 3, 2 ext. 3 (cf. Sen. ep. 82 § 21 et Cic. Tusc. 1, 42 § 101)*

1 rei adstipulatus] *LPBD* (-po- *D*) rei a**stipulatus *R* rei *om.* Z_1h || clade] *LPRBD* clades *h* || sotiorum *R** 2 expiditos *R*¹ 3 adque *PR*B* utque *D* 4 xerses *B* 5 grecia *RB* || infeliciter (cit *in ras.*) *P* infeli^ci^ter *R* || contemtibilis *PD* 6 suum *om. B* || regio *PR* 7 dissiderio *B* || dignisima *B* 8 e*tenebris *R* 10 nouie**s (*eras.* n) *P* nouies* (s *in ras. al. m.*) *R* 11 trea *B* tria (i *radendo ex* e *ut uid.*) *R* 12 grecia *RB* graecea (e *linea quoque deletum*) *P* || hu^N^c (N *m. 2*) *P* || nunc *om. PR* || hebescimus (e *pr. in ras. ex* a *m. 1*) *R* 13 *uerba* leonida ille cl. lac. *om. m. 1 sed eadem add. in imo marg. P* || ill*e (e *ex* æ) *R* || clarisimus *B* || lacaedemoniorum *B* lacaedaemoniorum *D* lachedemoniorum *P* lacedem. (c *ex* ch *al.*) *R* 14 aduersum *BD* || xersen *B* || supraemum *BD* 15 adque *P*B* adquae *D* || sescentis] *LD* sexcentis *B* DC *PR* || illa incitamenta] |incitamenta (*fol. princ.* incitamen *statim in ras. m. 1*) *D* 16 dixiset *B* || prande*te (*er.* r) *P* prandite *B* || aput *P** || imferos *B*

cenaturi, auxiliaribus tamen, quos excedere bello iubebat, misericorditer suasit, ut se ad meliora tempora reseruarent.
10 ecce cum ille promisit futura meliora, isti adserunt meliora praeterita, quid aliud colligi datur utroque in suis detestante praesentia, nisi aut semper bona esse sed ingrata aut numquam omnino meliora?

12 At Romae — ut ad id tempus redeam unde digressus sum: neque enim interuallo miseriarum ad alios transire conpellor, sed, sicuti se quondam efferuescentia ubique mala ipsis actibus conligarunt, ita etiam permixta referuntur: nobis quippe con-
p. 119 ferre inter se tempora [1]Orbis, non cuiusquam partis eius la-
2 boribus insultare propositum est — Romae ergo post Vrbem conditam anno CCLXL suspenso ad modicum bello grauis pestilentia, quae semper ibi raras indutias aut factas intercepit aut ut fierent coegit, per uniuersam ciuitatem uiolenter incanduit, ut merito praecedente prodigio caelum ardere uisum sit, quando

AVCTORES § 2 CCLXL *numerus Liuianus* || grauis pest. — incanduit *Liuius 3, 6* || praecedente *sqq. Liu. 3, 5 § 14*

1 cęnaturi *R* || auxiliaribus (to *al.*) *R* || tamen] tunc *R* || iubeb'at·| (*sic m. 1;* at *certum est statim additum esse*) *R* 2 meliora tēpora (a tē *in ras.*) *D* || seruarent *B* 3 **ecce (*duar. litt. ras.*) *P* || asserunt (s *pr. in ras.*) *R* 4 aliut (t *in* d *corr.*) *P* || utro*que (*er.* s *?*) *R* 6 omino (n *s. s. m. 2*) *P* 7 Atronie *D* || at] ad *P* || ut *om. LB* || unde] un B^1 || digressus sum] *LD* degresus sum *B* digressus PR^a su digressus R^b 8 alius *D* alias *P* || compellor R^b 9 sicuti] *L* sicut *PRBD* || se quondam] secundam *D* 10 colligarunt R^bBD || referuntur] *LPRBD* referantur *cum* Y_6h || nobis ***** quippe (*rasura m. 1*) *R* || cffere (*sic*) *P* 11 eius laboribus insul|tare (eius laboribus insul *in folii fine in ras.*) *P* 12 propossitum *B* || *uerba* romae ergo post urbem conditam *om. B* *eadem ac praeterea* anno *et numerus litt. maiusculis rubris scr. sunt in P* ROMĘ (E *in* E *mut.*) — ANNO *litt. mai. R* 13 CCLXL (X *in ras. m. 1*) *B* CCLX*** (L *nigro colore*) *P* ·CC·LXI·· *R* ·CC mo·nońgmo· *L* docentisemo nonaginsemo *D* 14 indutias] *LPB* inducias *RD* 15 figerent P^a || cogit *L* 16 praecidente *L* || prodigio] signo B^1 || sit] est *B*

caput gentium tanto morborum igne flagrauit. nam eo anno 3
Aebutium et Seruilium ambo consules pestilentia consumpsit,
militares copias plurima ex parte confecit, multos nobiles
praecipueque plebem foeda tabe deleuit; quamuis iam etiam 4
superiore quarto anno oborta lues eundem populum depopulata sit.

Proximo dehinc anno ciues exules seruique fugitiui duce 5
Herbonio, uiro Sabino, inuaserunt incenderuntque Capitolium.
ubi fortissime quidem Valerio consule et imperatore obstitere 6
iuniores; sed adeo atrox et graue discrimen proelii fuit, ut
ipse quoque consul Valerius ibi fuerit occisus et indignam de
seruis uictoriam insuper etiam sua morte foedarit.

Sequitur annus, in quo cum uicto exercitu consul obsessus 7
est. nam Minucium consulem congressum proelio Aequi Vulscique superarunt et fugientem in Algido fame ferroque cinxerunt, actumque infeliciter |foret, ni Quintius Cincinnatus, p. 120
praecipuus ille dictator, artatam obsidionem oppresso hoste

AVCTORES § 3 *Liu. 3, 6 § 1.2.5.8; 7 § 6 et 7* § 4 *Liu. 3, 2 § 1* (*cf. Mommsen, Chronolog. p. 175*) § 5 et § 6 *Liu. 3, 15 § 5; 18 § 8 et Augustin. Ciu. D. 3, 17* § 7 *Liu. 3, 25—28 et Florus 1, 11 § 11—13*

EXPILATORES 14 Minucium — p. 112, 4 egit *compilauit Lucani comm. Bern. 10, 153*

1 capud *R^aBD* 2 ebutium *LPRD* butium *B* || ambo] *L* ambos *PRBD* || consumsit *PD* 3 conficit *B* 4 praecipuaeque *LP* (*sed altero* a *expuncto in P*) || faeda *R* || iam etiam] *LPRBD* iam *om.* ς (*OT*) *fh* 5 superiori *R^b* || aborta *B* oborta iam *h* || eumdem *B* 6 sit] est *B^t* 7 de^{h}inc *P* || exsules *LB* 8 herbonio] *LPRBD;* herdonio *corr. v* || incenderuntque] *LPRBD* incensum *Augustini codices;* inscend. *Fabricius legi perperam iussit, ut* inscensum *apud. Aug. L. Viues*) || capitulium *D* 9 obsedere *D* 11 ualerius (u *m. 2 ex* o ?) *R* || occissus *B* || indignum *L* 12 foedarit] *LPR* foedauerit *BDv* 13 cum] con *B* || consuobsessus *D* 14 congresum *B* || aequi (*sed* a *uid. erasum*) *P* equi *D* || uulscique] *LPR* uulsi| (*pag. princ.*) que *D* ulciscique *B* 15 superauerunt *B* || algedo *B* || cincxerunt *R^aBD* 16 quintius] *LPR^2B* quincius *R^1D* || cincinatus *RD* 17 artatam *LPRD* ortam *B* artam ς (*T*) *h* || oppraeso *B*

8 soluisset. qui repertus in rure, ab aratro arcessitus ad fasces,
sumpto honore instructoque exercitu, mox uictor effectus, iugum
boum Aequis inposuit uictoriamque quasi stiuam tenens sub-
iugatos hostes prae se primus egit.
13 Anno qui proximus trecentesimo ab Vrbe condita fuit, dum
legati ad Athenienses propter Solonis leges transferendas missi
exspectantur, arma Romana fames pestilentiaque compescuit.
2 Ipso autem trecentesimo anno, hoc est olympiade nonagen-
p. 121 sima quinta, potestas |consulum decemuiris tradita constituen-
darum legum Atticarum gratia magnam perniciem reipublicae
3 inuexit. nam primus ex decemuiris cedentibus ceteris solus
Appius Claudius sibi continuauit imperium, statimque aliorum
coniuratio subsecuta est, ut more contempto, quo insigne im-
perii penes unum potestas autem communis erat, omnes omnia
4 propriis libidinibus agitarent. itaque inter cetera, quae inso-

AVCTORES § 1 dum legati *sqq. Liu. 3, 31 § 8; 32 § 1 et 2; cf. Eus. 1566, Augustin. Ciu. D. 3, 17* § 2 ccc *cf. Eus. 1564 Arm.* || olympiade xcv *?* || potestas *sqq. Liu. 3, 33 cf. Eus. 1565* § 3—5 *Liu. 3, 35—38*

EXPILATORES 2 iugum—4 egit *exscripsit Paulus pag. 15, 10—12*

1 in rure] *LPRBD* ruri *v* || arces*situs (s *pr. obscurior et cum ras.*) *R* || faces *D* 2 sumto *PD* || honere *B*[1] || instructuque *R*[1] 3 bonum *L*[a] || aequis] *LB Pauli cod. Vind. 583* equis *PD*𝔄𝔅 *eqs (i *al. m.; - eras.*) *R* 4 perse *L*[a] prae se (*sed* a *eras.*) *P* 5 proximus] primus *BD* || tracentissimo *B* ·ccc mo· *L* ·ccc· *PR* 6 [ad]athenienses (ad *m. 2*) *P* ad[a]thenienses *R* || solonis (s *fin. in ras.*) *R* || transferendas] *L* deferendas *PRBDv* || misi *B* 7 expectantur *PDB* expectatur (n *supra*) *R* || famis *B* || conpescuit] *PRB* (c̃p- *R*) conspescuit *L* conpiscuit *D* 8 trecentesemo *D* ccc *PRB* || hoc est *om. m. 1, s. l. m. 2 add. L* || olympiades (s *del. m. 1 aut 2*) *L* olympiadae *D* olimpiadę *PR* || nonagensima quinta] *LD* (-gins- *D*) nonagensima quinquies (siue quinque *margo*) *B* LXLV *P* *XCV (c *ex* L *corr.*) *R* 9 decimuiris *B* 10 graciam *D* || pernicem *D* || reip̄. *L* 11 decimuiris *B* cidemuiris *D* || cędentibus *R* 13 subsequta *P* subsequuta *R*[a] || contemto *PD* || imperii (i *fin. in ras.*) *R* 14 potestas] |quia potestas (*pag. princ.*) *P* (*non R*) || Omnis (i *in* e *corr. al. m.*) *R* omnis *D* 15 propria *D* || caera *D*

lentissime cuncti praesumebant, repente singuli cum duodenis
fascibus ceterisque imperatoriis insignibus processerunt: et 5
nouo improbae ordinationis incepto, ablegata religione con-
sulum emicuit agmen tyrannorum, duabus tabulis legum ad
decem priores additis, agentes insolentissimo fastu plurima,
die, quo deponere magistratus mos erat, cum isdem insignibus
processerunt. maximam etiam Appii Claudii libido auxit inui- 6
diam, qui ut Verginiae uirgini stuprum inferret, prius serui-
tutis causam intulit; quamobrem adactus Verginius pater dolore
libertatis et pudore dedecoris protractam ad seruitutem filiam in
conspectu populi pius parricida prostrauit. qua populus necessi- 7
tatis atrocitate ¦permotus et periculo libertatis admonitus p. 122
montem Auentinum occupauit armatus. nec tueri libertatem
armis destitit, nisi postquam se coniuratorum conspiratio ipsis
quoque honoribus abdicauit.

Tertia et quinta post centesimam olympiade per totum fere 8
annum tam crebri tamque etiam graues in Italia terrae motus

AVCTORES § 6 *Liu. 3, 44.48.50 § 5* § 7 *Liu. 3, 49 § 1; 50 § 11—13; 54 § 6* § 8 tertia—olympiade *?* || crebri *sqq.*] *Liu. 4, 21 § 5 exceptis illis* ut de inn.—adsiduis Roma . . fatigaretur *Orosianis*

1 praes[m]uebant *P* praesu*|mebant *R* || repente*singuli (s *al. fort. m.*) *R* 2 cęterisque R^{a} || imperatoriis] $LPRB^{m}D$ (-tur- *D*) imperatoris B^{t} imperii *v* 3 improbae] *LD* inprobae *PRB* || incoepto *PR* || ablegata] *LP* oblegata R^{a} obligata $R^{b}B$ 5 decim *B* || *gentes (*er.* e) *R* || prima *B* 6 quoddeponere *R* || isdem] *LPR* hiisdem *B* hisdem *D* 7 maximam] *LPRBD* maxima *v* || appi *P* (*non R*) apii *D* || claudi PR^{1} 8 uerginiae] *R* (ue *in* ui *corr.*) uerginii** *P* uirgineae *L* uirgeniae *B* || uirgini* *R* 9 causam] curam *P* curam[causam] *R* || uerginius] PR^{2} uirgenius B^{m} uirginius LR^{1} uirgeniae B^{t} 10 et *om. B* || d[de]ecoris (de *s. s. m. 2*) *L* 11 perstrauit *D* || qua] quia (ı *expunctum m.* 1^{a} *aut* 1^{b}, *deinde a m. 2 linea traiectum et* q *in* Q *mut.*) *L* 13 occupauit (it *in ras.*) *P* occupaui[t] (t *m. 1*) *D* || *in uerbum* armatus *desinit B* || tueri] uiri *D* 16 tertia] $LPRDG^{1}$ Decima G^{3} || centensimam *P* || olympiadem *PD* olimpiadem *R* 17 etiam *om. L*

fuerunt, ut de innumeris quassationibus ac ruinis uillarum
9 oppidorumque adsiduis Roma nuntiis fatigaretur, deinde ita
iugis et torrida siccitas fuit, ut praesentis tunc futurique anni
10 spem gignendis terrae fructibus abnegarit, isdemque tempori-
p. 123 bus cum Fidenates hostes maximorum 'auxiliorum manu stipante
terribiles Romanis arcibus imminerent, Aemilius tertium dic-
tator magnam mali molem ipsis Fidenis uix captis depulit et
11 sanauit. tanta in ipsis erat malorum animorumque contentio,
ut uel domesticas clades superfusa forinsecus bella oblittera-
rent uel post damna bellorum indutias relaxatas diuersae pestes
caelo terraque excandescentes incessabili infestatione corrum-
perent.

14 Sicilia ab initio patria Cyclopum et post eos semper nutrix
tyrannorum fuit, saepe etiam captiua seruorum, quorum
primi carnibus hominum, medii cruciatibus, postremi mortibus
pascebantur, excepto eo, quod externis bellis aut praeda habe-
2 batur aut praemium. haec, ut quam breuissime absoluam,
requiem malorum nisi nunc nescit, immo, ut euidentius diuer-
sitates temporum declarentur, sicut antea uel intestinos uel
externos tumultus perpessa est inter omnes sola semper, ita
3 nunc ex omnibus sola numquam. nam etiam — 'ut sileam de
p. 124

AVCTORES § 9 *Liu. 4, 30 § 7 sqq., exceptis* ut praesentis—abnegarit *Orosianis* § 10 *Liu. 4, 31—34* cap. 14 § 1 Sicilia—seruorum *Iustin. 4, 2 § 2.3.5* || quorum primi—§ 3 *Orosius*

EXPILATORES 13 patria—tyrannorum *compilauit Isidorus Orig. 14, 6, 33*

1 ut de] *ex* unde *corr. P,* t *fort. in ras. in R* || ac] a *D* 2 -que (e *in ras.*) *R* || assiduis (*pr.* s *in ras.*) *R* 4 fructib; (b; *in ras. ?*) *R* || hisdemque *PRD* hisdem *L* 5 stipante] *LPRD* stipantes *h* 6 imminerent] *D* imminèrent (*s.* e *fort. accentus*) *L* inminerent *PR* || tertium] *P*[a] (*sic* -iũ) tertius *LP*[b]*R* tercius *D, fort.* tertius *scripsit Orosius, male interpretatus auctoris sui uerba* (dictatorem tertium *Liu. 4, 32 § 7*) 8 animorumque *sed s. s.* armorum *R* 9 forensecus *L* 10 dā*na (*er.* p) *R* || pestis *L* 11 terraeque *D* || infestinatione *L* 17 premio *P* (*sed* praemium *R*) || breuissimę *R* 20 solo *P*[a]*R*[1] 21 ex] et *L* || numquam] *LPR*[1]*D* numquam patitur *R*[2]*v*

diuturnitate uel illius calamitatis, qua pressa est, uel istius e
contrario, qua fruitur, pacis — Aethna ipsa, quae tunc cum exci-
dio urbium atque agrorum crebris eruptionibus aestuabat, nunc
tantum innoxia specie ad praeteritorum fidem fumat. igitur — ut 4
praetermittam interim de tyrannis, quorum mox qui fuit ultor
successor effectus est — medio tempore, hoc est anno ab Vrbe
condita CCCXXXV, cum Regini apud Siciliam discordia labo-
rarent ciuitasque per dissensionem diuisa in duas partes esset,
pars una ueteranos ab Himera urbe Siciliae in auxilium
uocauit. porro illi, pulsis ciuitate primum his contra quos 5
inplorabantur, deinde mox caesis etiam illis quibus ad auxi-
liandum conuenerant, urbem cum coniugibus ac liberis sociorum
occupauere, ausi facinus nulli tyranno comparandum: quippe 6
cum Reginis quiduis perpeti satius fuerit, quam ut ultro inui-
tarent, quibus patriam coniuges liberos ac penates ipsi extorres
ad praedam relinquerent.
At etiam Catinienses cum Syracusanos graues infestosque 7

AVCTORES § 4 de tyrannis *cf. Iustin. 4, 2 § 6* || medio tempore ...cum Regini—§ 6 *Iustin. 4, 3 § 1—3* § 4 hoc est—cccxxxv *cf. Eus. 1597 (1598 cod. F)* § 7—§ 9 *Iustinus 4, 3 § 4—7*

2 aethna] *LPR* ethna *D* || quae] qui* *P* 3 adque *LP*a*R*a*D* 4 speci''e *R* speciae *D* 5 quorum] *R*2*Dv* quo *LPR*1 || qui fuit *om. sed in mg. add. m. 1 D* 6 anno *s. s. m. 1 D* 7 ccc·mo·xxx·quinto· *L* trecentesi|mo trice***simo quinto (*er.* nti) *D* ccc*xxv (*er.* x *esse potest*) *P* ·ccc·xxv (x *s. s. m. 1*) *R* || regini] *LPD* regni *R* || aput *P*a 8 -que] q; *in* qu, *deinde in* qu *corr. R* || dissensionem (s *alt. in ras. al. m.*) *R* || dıuısas *L* || in] ınter *L* 10 illi* (s *m. 2*) *P* illis *D* || ciuitate pulsis *D* 11 inplorabuntur *L* || caecis *D* || auxilium *PR* 12 cum *om. D* || ac] *L* et *PRD* || sociorum (c *ex* t) *R* 13 cumparandum *D* 14 regnis *R* || quid-uis] *Gf et in uno ex meis exempll. ed. 1738 h* quıdquıduıs *L* quid-quid uis (*prima* i *in ras.*) *P* quicquid uis (c *ex corr.*) *R* quidquid uis *D et ed. 1738* (*in plerisque exempll.*) *et 1767 h*, *haud dubie ditto-graphia natum ut permulta apud Orosium, quare nolim* quidquid a suis *corrigere* || ut *om. D* 15 extorres (o *ex* u *corr.*) *L* 17 at] ad *P*1 || catinienses (e *altera ex* i *corr. m. 1 aut 2*) *L* catinenses *PR* catenenses *D* || syracosanos *P* siracosanos *D*

paterentur, ab Atheniensibus auxilia poposcerunt. sed Athe-
nienses suo magis quam sociorum studio instructam classem
in Siciliam misere, cum et sibi propagare molirentur im-
perium et Syracusanam classem nuper instructam Lacedae-
8 moniis proficere uererentur. et quo|niam Athenienses qui
p. 125 missi erant caesis hostibus prospera initia sumpserant, mai-
ores copias robustioremque exercitum cum Lachete et Cha-
9 riade ducibus in Siciliam reduxerunt. sed Catinienses, belli
taedio permoti, cum Syracusanis foedus ineunt, auxilia Atheni-
10 ensium spernunt; post autem, Syracusanis condiciones pacis
meditatione dominationis transgredientibus, denuo legatos
Athenas mittunt, qui capillo barbaque squalidi et lugubribus
induti misericordiam atque auxilium et sermone et habitu pre-
11 carentur. igitur magna classis instruitur ducibus Nicia et
Lamacho, tantisque uiribus Sicilia repetitur, ut suffragia sua
12 et hi timerent, qui impetrauissent. Athenienses duas ilico pe-
p. 126 destres pugnas secundis successibus faciunt, confectos in |urbe
hostes et obiecta classe circumdatos terra marique concludunt.
13 at Syracusani fractis fessisque rebus auxilium a Lacedaemoniis
petunt. a quibus mox mittitur Gylippus, solus quidem sed in

AVCTORES § 10—17 *Iustin. 4, 4 exceptis* § 17 ita sub—exsequuntur *Orosianis*

1 centum *s. lin. add. m. 2 P* || triremis *L* tri***eres (*fort. eras.* m; *in marg.* tri[re]mes *m. 1*) *R* || sescenta] *L* sexcenta *D* DC·ta *P* ·DC·* *R* || m[il]· *P* m̄ *R* || modium frumenti acceperunt] *D* frumenti modiorum acceperunt (or *del. m. 1*) *L* modium frumenti *P*[1] modiorum frumenti acceperunt *P*[2] modium (*in* modiorum *corr.*) acceperunt frumenti *R* 2 sociis *in ras. m. 1? R* || magna* (m *eras.*) *P* || contraxerxe (*altero* x *eraso*) *L* || subsidia* (m *eras.*) *P* 3 cui] cum *D* || agesilaum (i *ex* e *corr.*, um *in ras.*) *P* 4 difficili[l] morerum *R* || statum| *in* statu *corr. L* statu *om. D* 5 q *P*[1] q[ua]̃ *P*[2] || umq̧ (*sed* q̧ *in* q[ua]̃ *mut. P*) *PR* 6 coi**ere (i *in ras. al. m.*) *R* coire *L* cohebere *P*[1] co*epere P[2] || aceruissimis *P* 7 p̃liis *P* || mo̊lto *P* uelut (t *ex* d *corr.*) *PR* ueluti *D* 8 con[on] (on *s. s. al. m.*) *R* 9 per] *RD* a[per] (a *del.*) *L* pre *P*[1] p** *P*[2] || magno (a *in ras.*) *P* || stipendium *L* 10 clasem *P*[a] || hostilis *L* 11 effussa (*priore* s *del.*) *P* || quecumquae *D* 12 lacedemonii *PR* lacedemoniáe *D* || uero *al. m. s. s. R* 14 ageselaum *P* (um *in ras.*), *R* (se *in* si *corr.*), agesilaum autem *ed. 1510 sh* || cum *s. lin. add. L* cum** *R* 15 assiam (*priore* s *del.*) *PR* asia *D* || patrie *P*[1] patrię *P*[2]

Pisander, dux apud Spartam per Agesilaum regem relictus, maximam munitissimamque tunc classem instruxerat, motus aemulatione uirtutis Agesilai, ut, illo pedestrem expeditionem agitante, ipse quoque nauali discursu oram maritimam perua-
garetur. Conon uero suscepto negotio duplicem curam inpende- 13
bat debens sociis sollicitudinem, patriae fidem, ut huic exhiberet naturam, illis praeberet industriam: in hoc propensior ciuibus, quod quieti libertatique eorum alieni sanguinis discrimen inpenderet et pugnaret aduersus insolentissimos hostes
periculo regis, praemio patriae. conserunt itaque nauale cer- 14
tamen Persae Conone, Spartani Pisandro duce; milites remiges ipsique ductores uno pariter in mutuam caedem ardore
rapiuntur. magnitudinem atque atrocitatem belli 'istius incli- 15
natus ex hoc semper in posterum Lacedaemoniorum status p. 150

1 pisander] *L ed. 1542 in mg., Fabr., h* pissander *P* pinsander (*corr. al. m.*) *R* lisandar *D* lisander *K* pysander *G*[1] *s. s.* alibi · lysander *G*[3] Lysander *ed. 1510 et* (*in textu*) *1542* || apud (pud *in ras. ampl.*) *P* || agesilaum (i *ex* e *corr.*) *P* 2 minutissimamque (minu *in* muni *corr. m. 2*) *PR* || clasem *P* 3 aemulatione] *LPR* (aemula *in ras. P, in marg.* ł admiratione *m. 1 R*) aemulationis *D* || ag[si]elai *P* 4 agitamte *P*[a] || ora *PR* || maritima *PR* 5 suscepto] *PRD* susceptum *Lh* || negotio] *PR* negucio *D* negotium *Lh* || duplicem] *PRD* duplici *Lh* || curam] *PRD* cura *Lh* || inpendebat] *LPRD* intendebat *h ex coni. ut 4, 23 § 9* 6 sociis (cii *in ras.*) *P* sotiis *R* || solicitudinem *P*[a] || ex[h]iberet *P* 7 ac[i]llis *P* 8 quod] q[uod] *P* || liber[t]atque *P* 9 et *om. LD* || aduersum *D* || insoli[enti]tissimos (*corr. m. 2*) *P* 10 premio *P* || con***serunt (*in ras.* ser *fuit*) *P* 11 persi (i *in ras.*) *P* || et spartani *P* **spartani *R* || pissandro *PRD* [ly]pysandro (*corr. m. 2*[b]) *G* lysandro *Patauinus s. XI, ed. 1510 et 1542* 12 mŏtuam (*in marg.* pacē) *P*) || cedem *P* 13 magnitudine *PR, edd. 1510 . 1542 Fabr.* || atrocitate *PR, edd. 1510 . 1542 Fabr.* || ipsius *D* 14 lacedemoniorum *PRD*

prodit: namque ex illo fluere ac sublapsa retro referri Spar-
tanorum spes uisa, donec adsurgendo aegre ac misere reci-
16 dendo confecta et potestate careret et nomine. Atheniensibus
uero haec eadem pugna initium recuperandae potentiae sicut
Lacedaemoniis amittendae fuit. primi igitur Thebani, auxilio
Atheniensium fulti, superiore clade saucios ac trepidos adgre-
diuntur, multa animati fiducia propter uirtutem atque indus-
triam Epaminondae ducis sui, cum quo sibi facile obtinere
17 posse imperium totius Graeciae uidebantur. fit itaque terrestre
proelium, Thebanis minimo negotio uincentibus. uincitur enim
etiam hoc conflictu Lysander et occiditur; Pausanias quoque
p. 151 dux alter Lacedae|moniorum insimulatus proditioni sin exilium
18 truditur; Thebani autem uictoria potiti, collecta uniuersi exer-
citus manu, Spartam contendunt, putantes se uacuam prae-

AVCTORES § 15 ex illo — spes *sec. Vergil. Aen. 2, 169 sq.* § 16—§ 20 *Iustin. 6, 4 § 1—9. 11—13 exceptis inprimis* § 19 periculo—inpulsi *et* inexercitati—qualicumque, § 20 Thebanos—adgreditur *Orosianis*

1 prodit namque] *LD* prona**namque (*in ras. exceptis* amque) *P item addito* est *post* semper *ed. 1510* proruit|prona Namque (prona *add. ante uers. m. multo posterior*) *R*, (*item ed. 1542;* proruit. Namque *Fabr.*) || retro sublapsa *Fabr. h* (*uidelicet ex Vergilio*) || refferri (*priore* f *del.*) *P* ferri *L* || spartanorum spes] *LPRD* (sparthanorum *PR*) spes Spart. *v* 2 uisa est *R* || adsurgendo aegre ac (o aegre a *in ras.*) *P* adsurgendu,megro (*uirgula, inserta et* megro *statim in* aegre *corr.*) *D* || recedendo *P*ᵃ*R*ᵃ reccidendo *LD* 4 uero *s. lin. add. m. fort. 1 L* || haec] *sic* h' *P* h̄ *R* || initium (in *ex* m *corr.*) *P* || recuperandę (ę *ex* e *corr.*) *P* 5 lacedemoniis *PR* || amittendę (ę *ex* e *corr.*) *P* || primum *PR* || auxilio* (*1 litt. eras.*) *P* 6 athenensium *P* || clade (c *in ras.*) *P* || sacios (u *s. lin.*) *R* || adgrediuntur (ad *in* ag *corr.*) *R* 7 adque *LR*ᵃ ad *D* 8 epominonde *L* epaminonde *D* epaminundae (epa *in* ępa *corr. m. 2*) *P* aphaminunde *R* || d*ucis (a *eras. ?*) *R* || sui *om. m. 1 P* || q; (uo *s. lin.*) *R* || obtenere *P* 9 greciae *R* creciae *D* 10 pręlium *P* || enim etiam] *LD* etiam *PRfh* 11 hcc̄flictu *in* hoc flictu (con *s. lin.*) *corr. m. 2 P* || lisander (li *in ras.*) *P* pisander (p *non sine ras.*) *R* 12 lacedemoniorum *R* || insimulatus (tus *in ras.*) *P* || proditionis**** (nis *in ras.*) *P* 13 traditur (a *s. lin.*) *L* || autem] aū *in ras. m. 2 P, m. 1 R* || uictoria (u *in ras.*) *P* || collecta (*alt.* l *ex* b *ut uid.*) *D* 14 sparthani *PR* || potantes *L* || sese (*alterum* se *del. m. 1*) *P*

sidio ciuitatem nullo intraturos negotio, cuius iam omnes paene
copias cum ipso rege delessent atque ab omnibus sociis desti-
tutos uiderent. Lacedaemonii periculo ciuitatis inpulsi habito 19
inexercitati militis qualicumque dilectu obuiam hosti proce-
dunt. sed uictis semel aduersum uictores obsistendi nec uir-
tus nec animus erat. cum igitur caedes tantum unius paene 20
partis ageretur, repente rex Agesilaus arcessitus ex Asia in-
prouisus bello superuenit; Thebanos iam successu duplicis
uictoriae laetiores segnioresque adgreditur nec difficile superat,
maxime cum adhuc apud ipsum paene integrae uires
haberentur. ipse tamen Agesilaus grauiter uulneratur.
at uero Athenienses cum conperissent insperata Lacedaemonios 21
uictoria subleuatos, pristinae seruitutis, de qua tunc respirare
uix coeperant, trepidi metu exercitum contrahunt eumque Boeo-
tiis in auxilium adiungunt, commissum Iphicrati duci, qui adu-
lescens admodum, uixdum annos uiginti natus, infirmitatem
aetatis maturitate animi muniebat. Conon quoque, uir quidem 22

AVCTORES § 21—§ 24 *Iustin. 6, 5 § 1—4.6—10*

1 ciuitatem (ciu *in ras. 1*) *D* || intraturos] intramuros (*uidelicet* ~ *i. e.* m *et* r *confusis*) *L* || omnes] cum omnes *P* || paenae *D* pene *R* 3 lacedemonii *PRD* || habitu *L* ʰabeto (e *in* i *corr.*) *P* 4 inexercitati] $P^b R$ inexercitato *L* inexercitatu *D* inexercitate P^a || qualicumque *LPR* (u *prior in ras. in P*) qualecumque *D* || delectu (-to *D*) $R^b D$ 6 tantum unius] *Lh* unius tantum *PRD* || pene *R* 7 ageselaus P^a || accersitus (accer *in ras.*) *P* arcersitus *R* || assia PR^a || inprouisos *D* 8 iã* (~ *al. m.*) *R* || duplici *L* 9 laciores *D* || segnioresquæ R^a || aggreditur R^b 10 p*ene *R* penae *PR* || intoegrae *P* 11 ageselaus P^a || ad $R^a D$ 12 athenenses *P* athenen sis *D* || cõm *P* || comperissent $LR^b D$ || ˡᵃᶜᵉd*emonios (*eras.* a) *R* 13 tc̃ (*i. e.* tunc) *in ras. P* 14 cae|***perant *P* ceperant *R* ceperant memores *D* || exercitum (m *in ras. ampliore*) *P* || contraunt *P* || boeotiis *in ras. P* boe*tiis (*eras.* o) *R* berociis *D* 15 auxiliom P^a || madiungunt *D* || commisum P^a || ificrati *LPR* || *post* duci *uacat uersus dim. spatium; proximus olim sic incepit:* Miricratis ducis; *sed* M *erasa est, reliqua deleta lineis P* || adolescens (-isc- *D*) *PD* || xx *PR* 17 animae *D* || muebat P^a || quidem *in marg. add. m. 2 P*

Atheniensis, dux autem Persici exercitus, audito Agesilai
reditu ad populandos Lacedaemoniorum agros reuertitur. ita
Spartani, strepitu circumsonantium undique hostium clausi
atque exterriti, ultima propemodum desperatione tabuerunt.
23 sed Conon post|quam uasta hostilis soli populatione satiatus
p. 152 est, Athenas pergit, in maximo gaudio ciuium ipse tristis,
quippe cum uideret urbem populo quondam cultuque ornatissimam, nunc miserabili ruinarum ac desolationis squalore
24 confectam. itaque magnum pietatis miserationisque monumentum in reparatione eius operatus est. namque eam a Lacedaemoniis exinanitam Lacedaemoniorum praedis repleuit, Persis incendentibus concrematam Persis aedificantibus reformauit.
25 interea Artaxerxes rex Persarum, sicut principio dictum est, uniuersis Graeciae populis per legatos, ut ab armis discederent et paci adquiescerent, imperauit: non quia misericorditer fessis consuleret, sed ne se in Aegypto bellis occupato aliqua in regnum suum temptaretur inruptio.
2 Cunctis igitur Graecis optatissima quiete resolutis domesticoque otio torpentibus Lacedaemonii, inquieti magis quam strenui

AVCTORES § 25 *Iustin. 6, 6 § 1—4* || principio] *supra § 1*

1 athe^n^siensis *R* || persici (c *statim ex* s) *D* || exerci|tus.audo.agesilai (erci *ex corr. add. m. 1,* tus.audo.a *in ras. m. 1*) *D* || exercitos *P* || ageselai (se *in ras. P*) *PR* 2 lacedemoniorum *PR* 3 sparthani *PR* || circumsona^n^tium (sona^n^ *in ras. m. 2*) *P* || ^h^ostium *P* || clausit *L* 4 desperatio^ne^ *P* 5 postquã (quã *in ras. angust.*) *P* 6 athen^i^s (*corr. al. m.*) *R* || ipse *s. s. in P* 7 or**natissimam *P* (ordinatissimam *T*) ornatissumam (u *in* i corr.) *R* 9 monumentum (u *priore in* i *corr.*) *R* 10 reparationem (ra *s. s. R*) *PR* || lacedemoni^i^s *R* lacedemoniis *D* 11 lacedemoniorum *RD* || prę**dis (s *in ras. paullo ampliore*) *P* (praesidiis ς *uelut E*) 13 artarxerxes *L* artarxerses *PR* || princ^pi^o *P* ^in^ principio *R* 14 uniuersi^s^ (s *m. 2*) *L* || greciae *R* || disce*derent *P* 15 pa^u^ci (u *m. 1*) *D* pati *R* || quia] *LPRD* (q^uia^ *sed* uia *add. m. 2 P*) quod *v* || fes^s^is *P* 16 aegipto *P* 17 temtaretur *D* || irruptio *R*^b^ 18 grecis *R* || obtatissima *PR*^a^ || resolutis (tis *in ras.*) *P* solutis *L* 19 lacedemonii *RD*

et furore potius quam uirtute intolerabiles, post bella deposita p. 153
temptant ¹furta bellorum. nam speculati absentiam Arcadum 2
castellum eorum repentina inruptione perfringunt. Arcades
uero exciti iniuria, iuncto sibi Thebanorum auxilio amissa
furto bello repetunt. in eo proelio Archidamus dux Lacedae- 3
moniorum uulneratus cum iam caedi suos ut uictos uideret,
occisorum corpora per praeconem ad sepulturam poposcit:
quod signum uictoriae traditae inter Graecos haberi solet. The- 4
bani autem hac confessione contenti, dato parcendi signo,
finem dedere certamini. paucis deinde interuenientibus induti- 5
arum diebus, Lacedaemoniis ad alia bella conuersis, Thebani
cum Epaminonda duce de inuadenda Lacedaemona quasi secura
et destituta cepere fiduciam. taciti intempesta nocte Lacedae-
monam ueniunt; ¹sed non ita incautam uel indefensam, sicut p. 154
rebantur, offendunt: armati enim senes cum reliqua turba in- 6
bellis aetatis, praecognito aduentu hostium, in ipsis se por-
tarum angustiis obiecerunt et aduersus quindecim milia mili-

AVCTORES § 1 furta bellorum] *cf. Frontin. Strat. 2, 5 § 31* § 2—§ 4 *Iustin. 6, 6 § 6—10* § 5—§ 7 *Iustin. 6, 7 § 1.4.7.9—12*

1 quã (ã *in ras. m. 2*) *P* || intollerabiles *PR^{a}D* 2 fur*ta (r ta *in ras.*) *P* || speculanti (n *eras.*; *in marg.* speculatoris *m. 2*) *P* 3 irruptione *R^b* || perfrigunt *R* 4 extincti *P* exuti *R* || iunc tus|ibi *D* || iunto (c *al. m.*) *R* uincto *L^1* || amisa *P* 5 forto (o *fin. in* i *corr.*) *R* || arthedamus (*corr. m. 2*) *L* arcadamus *D* || lacedemoniorum *RD* 6 uulneratur *P* || cum cede suos iam et uictus *D* || iam] etiam *PR* (*sed s. s. in P*) || ut *in ras. P* iamut *R* 7 poposcit] *LP^{b}RD* poscit *P^{a}fsh*; *cf. Ruehl, Iahrb. f. Phil. Suppl. 6 p. 34* 8 grecos *RD* 10 fi*nem (i *ex* u *fort. corr.*) *P* || debere (b *in* d *corr.*) *R* || certaminis *L* || induciarum *RD* 11 lacedemoniis *PRD* 12 epaminunda *PR* || dece *R* || lacedaemona] *LR^b* lacedemonia *PR^{a}D* 13 caepere *P* coepere *R* || fiduciam (ci *in ras.*) *P* || tatiti *P* || lacedaemonam] *L* lacedemonam *PRD* 14 inCautam (C *corr. ex alia litt.*) *P* || sicut *et in marg.*: non est sensus in hoc loco *a m. 1^b aut 1^a, certe eadem quae summaria adscripsit L* 15 r^{e}bantur (e *1^a*) *L* 17 obiecerant *L* || et *om. D* || aduersum *PR* || ·xv· *R*

tum uix centum confecti aeuo homines proruperunt. his ita-
que tantam belli molem sustinentibus iuuentus superueniens
congredi aduersus Thebanos aperto certamine incunctanter de-
7 creuit. commisso proelio cum Lacedaemonii uincerentur, re-
pente Epaminondas dux Thebanorum incautius dimicans uul-
neratur. quare dum his ex dolore metus, illis ex gaudio
stupor nascitur, ueluti ex consensu tacito utrimque discessum
8 est. Epaminondas autem grauiter saucius cum de uictoria
suorum conperisset scutumque exosculatus esset, remota manu,
qua uulnus occluserat, egressum sanguinis ac mortis patefecit
introitum: cuius mortem sic Thebanorum perditio subsecuta
est, ut non perdidisse ducem sed ipsi cum eo tunc perisse
uiderentur.

9 Contexui indigestae historiae inextricabilem cratem atque
incertos bellorum orbes huc et illuc lymphatico furore gestorum
uerbis e uestigio secutus inplicui, quoniam tanto, ut uideo,
10 inordinatius scripsi, quanto magis ordinem custodiui. improba
dominandi Lacedaemoniorum cupiditas quantis populis, quali-
bus urbibus, quibus prouinciis cuiusmodi odiorum motus,
quantas causas certaminum suscitarit, quis uel numero uel

AVCTORES § 8 *Iustin. 6, 8 § 11.12.13.2 exceptis illis* remota manu — introitum *compilatis fort. ex Valer. Max. 3, 2 ext. § 5 (ubi cf.* sanguine et spiritu)

1 ·c· *R* || prorumperunt (m *eras.*) *P* 2 tantū|tam *D* || molem belli *h* 3 incunctanter *om. L* 4 commiṡo *P* || prȩlio (e *1*) *P*¹ proilio (ilio *in ras. m. 1*) *D* || lacedemonii (ii *ex* i *corr. P*) *PR* 5 epam̃inundẽs (u *in* o *corr.*) *P* epamĩndas (*i. e.* -non- *in* -nun- *mut.*) *R* || demicans *P*ᵃ 6 ex̃ hĩs (*corr. 1 aut 2 m.*) *L* || dolorẽ etus (us *eras.*) *D* 7 disces∗sum *P* 8 epaminondas (*corr. al. m.*) *R* || sauci[at]us *R* 9 comperisset *R*ᵇ*D* 10 obcluserat *PRD* || egreṡum *P* 11 secuta *P*¹ 14 indigeste (e *fin. in* ȩ *corr. m. 2*) *P* || cratem *explicat* molem *margo PR* || atque (at *in ras.*) *P* 15 orbes] *om. L* urbes *D* || *ad* lymphatico *in marg.* infinito *P* lymfatigo *D* 16 implicui *D* 17 quanto (qu *in ras. ampliore*) *P* || inproba *P* 18 lacedemoniorum *PRD* 19 prouintiis *R* || cuius modiorum mutus *D*

ordine uel ratione disponat? cum ipsi quoque non plus adflicti bellis quam bellorum confusione referantur: siquidem tracto 11
per aliquot aetates hoc continuo bello Athenienses Lacedaemonii Arcades Boeotii Thebani, [1]postremo Graecia Asia Persis p. 156
atque Aegyptos cum Libya insulisque maximis nauales simul pedestresque conflictus indiscretis egere discursibus. referre caesa hominum milia non possem, etiam si bella numerarem.

At nunc increpet haec tempora atque illa conlaudet, quicumque 12
nescit hosce omnes istarum urbium prouinciarumque populos ita nunc in solis ludis ac theatris consenescere, sicuti tunc in castris maxime proeliisque tabuisse. florentissima illa et totius 13
tunc imperium Orientis adfectans Lacedaemoniorum ciuitas uix centum habere potuit senes; ita incessabilibus circumuenta malis inmaturas misere expendebat aetates: et queruntur nunc 14
homines, quorum refertae pueris et senibus ciuitates secura iuuenum peregrinatione ditantur pacificisque exercitiis stipendia domesticae uoluptatis adquirunt? nisi forte — ut adsolent hu-

AVCTORES § 12 ita—tabuisse *sec. Iustinum 6, 9 § 3 sq.* § 13 totius — ciuitas *cf. Oros. 3, 1 § 5 sq.* || uix centum . . senes *cf. Oros. supra § 6*

1 afflicti (*prior* f *in ras.*) *R* 2 confussione *P*ª*R*ª 3 aliquas *R*² || continuo ********* (tinuo *in ras.*) *P* || lacedaemonis *L* lacedemonii (e *altera in ras. R*) *PR* 4 boʼotii *P* boeoti *L* boe*tii *R* boetii *D* || thebane *D* || grecia *RD* || assia *P* || persida (da *in ras. ampl. al. m.*) *R cf. 1, 2 § 17* 5 aegyptos] *L* aegiptos *P* || libia *PRD* || insolisque *P* 6 egere] egre *L* egere (1 egre *m. 2*) *P* 7 caessa *P*ª || munerarem *P*ª 8 hęc *in ras. al. m. R* || collaudet *sed priore* l *in ras. al. m. R* 10 aᶜ *R* || theatricis *L* 11 p̃liisque (liis *in ras.*) *P* peliisquæ (a *eras.*) *R* || tabuisset (t *fin. del.*) *PR* 12 ad|affectans (aff *in ras.*) *P* afectans *R* affectans *D* || lacedemoniorum *PR* 13 c *PR* || ita *om. D* || incensabilibus *D* 14 malis sima turas *D* || misere** (*2 litt. eras.*) *P* || aeta*tes *P* || quaeruntur *L* 15 reffertae *P* || securae (a *del.*) *P* 16 iuuentum *P*ª || pacificisquę *R*ª || exercitis *P*¹ 17 uoluptates *R*ª || nisi *in ras. al. m. R* || assolent *R*²

manae mutabilitati omnia sordere praesentia — nouitates rerum actu audituque prurientibus ipsa etiam uita fastidio est.

3 Anno ab Vrbe condita CCCLXXVI saeuissimo terrae motu Achaia uniuersa concussa est et duae tunc ciuitates, id est Ebora et Helice, abruptis locorum hiatibus deuoratae.

2 At ego nunc e contrario poteram similia in diebus nostris
p. 156 apud Constantinopolim, aeque |modo principem gentium, praedicta et facta sed non perfecta narrare, cum post terribilem denuntiationem conscientiamque mali sui praesciam subter commota funditus terra tremeret et desuper fusa caelitus flamma penderet, donec orationibus Arcadii principis et populi Christiani praesentem perditionem Deus exoratus auerteret,
3 probans se solum esse et conseruatorem humilium et punitorem malorum. sed haec ut commemorata sint magis quam explicita uerecundiae concesserim ut et qui scit recolat et qui nescit inquirat.

AVCTORES § 1 *Africanus ap. Syncell. p. 490, 17 Bonn* (*cf. Eus. 1637 a quo ut ab Hier. abest Achaiae mentio*) § 2 *de iisdem referunt Augustinus De excidio urbis Romae 7* (*uol. 6, 627 Ben.*), *qui tamen de terrae motu tacet, et Marcellin. Comes ad a. 396* (*p. 272, 29 Ronc.*)

1 *in marg.* omnia sordescere praesentia *m. recentiore P* 2 audituque (e *in ras.*) *P* || etiam] enim *D* || fastidiosa est *L* fastidium (*om.* est) *P*[1] 3 Anñ (n *in ras.*) *R* || ·ccc mo·lxx·sexto *L* trecentesemo septua|ginsimo sexto *D* || terrae (ae *ex* i *corr.*) *P* 4 concusa *P* || id est (t *in ras.*) *P* 5 ebora] *LD* aebora *P* ębora *R*, Bura *fh* || nelice *PR* elice *D* || deuoratae (ae *ex* e *corr.*) *P* deuorare *D*, deuoratae sunt *fh* 6 ad (d *in* t *corr.*) *R* || nunc e] nun est *D* 7 aput *P*ª*D* 8 set *P*ª 9 presciam *P* consciam *L* 10 fundatus *L*ª funditus (fund *in ras.*) *P* || et *om. LD* 11 orationibus (r *in ras.*) *P* || arcadi *PR* || et| (*f. 37*ʳ) et *L* 12 presentem *P* || auerteret (t *priore ex corr.*) *P* 13 solũm (*sic*) *L* || conuersatorem (*sed corr. 1 aut 2 m.*) *L* 14 haec *supra add. m. 2 P* || commemorata (m *prima in ras.*) *P* || explicita] *LP* (*sed* ta *in ras. P*) explicata *RDv* 15 uerecondiae *P* || conceũserim *P* cocesserim *R* || et qui scit *in ras. angustiore P* qui scit *D* 16 requirat *P*

Interea Romani, qui per septuaginta annos ab urbe Vul- 4
scorum, praeterea Faliscorum Aequorum et Sutrinorum subacti
et adtriti adsiduis bellis conficiebantur, tandem in supra scriptis
diebus Camillo duce easdem cepere ciuitates et rediuiuo finem
dedere certamini. Praenestinos etiam eodem tempore, qui 5
usque ad portam Romae bellando et caedendo peruenerant, ad
flumen Haliam T. Quintio pugnante uicerunt. p. 157
[1]Anno ab Vrbe condita CCCLXXXIIII L. Genucio et Q. Ser- 4
uilio consulibus ingens uniuersam Romam pestilentia corripuit:
non ut adsolet plus minusue solito temporum turbata tem- 2
peries, hoc est aut intempestiua siccitas hiemis aut repentinus
calor aeris aut incongruus umor aestatis uel autumni diuitis

AVCTORES § 4 et § 5 *Eutrop. 2, 1 et 2 excepto illo* § 4 Faliscorum (*cf. Liu. 5, 26 sq.*) || § 4 in supra scriptis diebus] *i. e. anno supra § 1 scripto* (*cf. 6 § 4, 7 § 5*), *fort. ex chronographo suo: a quo ut in uers. Arm. Eusebii et in codice A Hieronymi quae h l. de Quintio narrantur eidem anno uidentur adscripta fuisse atque terrae motus ille; Eutropius res a Camillo et Quintio gestas tribuit anno u. c. 365* cap. 4 § 1 L. Genucio *sqq. et* § 3 cunctos—confecit] **Liuius 7, 1 et 2* § 2 *ignotus*

EXPILATORES 9 ingens—corripuit *et* p. 148, 4 per biennium iugiter *expressit Paulus p. 19, 25 not.* § 2 siccitas hiemis—aura corrumpens *adhibuit Isidorus De nat. rer. 39, 1*

1 LXX *PR* 2 praeter** *P* praeter" *R* || *in marg.* ciu~ (*i. e.* ciuitates) *P* || phaliscorum *L* 3 triti *D* || assi*duis (*prima* s *in ras.; eras.* ı) *R* || conficiębantur (ι *eras.*) *R* || supra scribtis *L* 4 caepere *PR* 5 certamine *P* || *in marg.* pneste ciū· *P* 6 rumae *D* || baellando *L*ᵃ || cedendo *P* cędendo *R* 7 halim *LD* halio (io *in ras. P*) *PR* Aliam *uel* Alliam *v* || tito *LPRD* || quintio] *LPRD* 8 ·ccc·mo·LXXX mo·quarto· *L* trecentissemo octogesimo·quarto *D* || l*ucio *P* l*utio (*eras.* ı) *R* lucio *D* || genutio *R* || quinto *PRD* 9 c̄s̄s̄ *PR* || conrripuit *L*ᵃ 10 ut *s. s. in R in ras. m. 1, ex* ad *? D* || **solet *P* assolet *R* || plus* *P* || minusue* (*er.* s) *D* || turbata (r *in ras.*) *P* 11 aut *s. s. in P* || *ad* intempestiua *in marg.* intemperata *P* 12 INCONGRUIS (I *in* u *corr. m. 1*ᵃ *aut 1*ᵇ) *L; post hoc uerbum deest in L fol. unum* (*id quod manus s.* XVI–XVII *adnotauit his uerbis:* deest pagina subsequens); *fol. proximum* (*38*) *incipit a u.* confecit (*p. 150, 2*) || incongruosum mora estatis *D* || humor *PR* || diuitis (tis *in ras.*) *P* diuitiis (is *ex* s *corr. al. m.*) *R* diuiciis *D*

indigesta inlecebra, insuper etiam exspirata de Calabris salti-
bus aura corrumpens, repentinos acutarum infirmitatum adferre
3 transcursus; sed grauis diuturnaque in nullo dispar sexu, in
nulla aetate dissimilis generali cunctos per biennium iugiter
tabe confecit, ut etiam quos non egit in mortem, turpi macie
4 exinanitos adflictosque dimiserit. conquererentur hoc, ut arbi-
tror, loco obtrectatores temporis Christiani, si forte silentio
praeterierim, quibus tunc caerimoniis Romani placauerint deos
5 et sedauerint morbos. cum pestilentia in dies crudesceret,
auctores suasere pontifices, ut ludi scaenici diis expetentibus
ederentur. ita pro depellenda temporali peste corporum arces-
6 situs est perpetuus morbus animorum. uber nunc quidem
p. 158 mihi iste doloris atque increpationis locus est, sed, in quo iam
reuerentia tua studium sapientiae et ueritatis exercuit, mihi
super eo audere fas non est. commonuisse me satis sit et ex
qualibet intentione lectorem ad illius lectionis plenitudinem
remisisse.

AVCTORES § 5 cum pest. — ederentur **Liu.* 7, 2* || § 5 ita pro dep. — § 6 *adhibitus Augustinus Ciu. D. 1, 32; 3, 17* (*quem laudat* § 6)

1 illecebra *ex* incelebra *corr.* *R* || inspirata (ex *superscr.*) *P* inex*pirata *R* expirata *D* || de Calabris (de *extra u. scr.*, Ca *in ras.*) *P* 2 infirmitatum (n *ex* m *corr.*) *P* infirmitatium *D* || afferre (*priore* f *in ras. al. m.*) *R* adferit *D* 3 diuturnaque (tu *add. m. 2*) *P* diuturnaquæ *R* || in nulla] **nulla *R* 4 biennium (bi *in ras.*) *P* 5 turpi** *P* || maci*e *R* 6 afflictosque (*priore* f *in ras.*) *R* afflictusque *D* || demiserit *P* demiserit (i *superscr.*) *R* || conquererentur] *PR* conqueruntur *D* conquerentur *v* || *** hoc *R* 7 obstrectatores (*priore* s *del.*) *P* 8 preteriarim *R* || tunc *in ras. ang.* *P* || cęrimoniis *R* ceremonis (i *superscr.*) *P* caeremoniis *D* || placauerint (i *ex* u *radendo corr.*) *P* placuerunt *R* 9 sedauerint (i *ex* u *corr.*) *P* sędauer̄ (*i. e.* -runt) *R* || crudesceret (c *superscr.*) *R* crudisceret|et *D* 10 autores *D* || suasere (sua *in ras. ampl.*) *P* || ludi scaenici] *in marg.* ł ludis scenicis *al. m.* *R* || scęnici (scę *in ras. ang.; fort. fuit* se) *P* || dis *D* 11 ederentur] *PR*[1] *in marg.* ł sedarentur *al. m.* *R* sederentur *D* || debelenda *D* || temporalim *D* || accersitus *P*[b]*R* 12 morbis (u *m. 1*) *D* || animorum (o *in* a *corr.*) *R* 13 est *m. 2, sed uid. soluisse manus primae compendium* ÷ *P* 15 est] ÷ *in* est *mut. m. 2* *P* || satis] factis *P*[2]

Sequitur hanc miseram luem miserioremque eius expiationem 5
proximo anno satis triste prodigium. repente siquidem medio
Vrbis terra dissiluit, uastoque praeruptu hiantia subito inferna
patuerunt. manebat diu ad spectaculum terroremque cunctorum 2
patenti uoragine inpudens specus nefariamque uiui hominis p. 159
sepulturam diis interpreti'bus expetebat. satisfecit inprobis 3
faucibus praecipitio sui M. Curtius, uir eques armatus, iniecitque crudeli terrae inopimam satietatem, cui parum esset, quod ex tanta pestilentia mortuos per sepulchra susciperet, nisi etiam uiuos scissa sorberet.

Anno ab urbe condita CCCLXXXVIII iterum terribilis Gallorum 6
inundatio iuxta Anienem fluuium ad quartum ab Vrbe lapidem consedit, facile sine dubio pondere multitudinis et alacritate uirtutis perturbatam occupatura ciuitatem, nisi otio et lentitudine torpuisset. ubi atrocissimam pugnam Manlius Torquatus 2

AVCTORES cap. 5 § 1—§ 3 satietatem **Liu. 7, 6* || 3 terra dissiluit —4 patuerunt *cf. Vergil. Aen. 8, 243—246, Ouid. Met. 2, 260 sq.* cap. 6 § 1 iterum *sqq.* — § 3 *Eutrop. 2, 5 exceptis* § 1 facile sine — torpuisset *et* § 2 cruentissima — confecit *Orosianis*

EXPILATORES 1 sequitur—8 satietatem *excerpsit Paulus p. 20, 9 sqq.*

1 miseram *ex* miseriam *corr.* P' || luem (em *in ras.*) *P* 2 medio] in medio G^2𝔓 3 disiluit *PR* || praerupto *DG*𝔓 || hianua *D* 4 expectaculum *D* 6 dissenter·praedib: *D* || expetebat (*sed* te *corr. m. 1 ex* ta) *P* expectabat *R* || inpb̄^{is} *R* inpropis *D* 7 praecipitio (ti *add. m. 2*) *P* || marcus *PRD* || curcius *P* cursius *R* curcius (ius *in ras. m. 1*) *D* curcius *D* || uir eques] *KMHTOEv* uir aeques *P* uir *D* *eques (a *ut uid. eras. R*) *R,h* uir nobilis eques *GZ* eques romanos (*sic*) 𝔓 8 crudili *PR* (*sed* i *priore ex* e *mut. R*) || inopimam] P^1RD (mam *m. 1, sed ut uid. in ras. R*) inopinam P^2 inopinatam *v* || parum *ex* paruum *corr. P* || quod (od *in ras.*) *P* 9 susciperet (i *ex* e *corr.*) *R* 10 scissas or**biret (*er.* re) *D* || scisa *P* 11 trecentesimo·octogensimo octauo *D* 12 anien*em *R* anienim *D* || fluuium (uuium *in ras. al. m.*) *R* || quartam *P* 13 multitudinis (ti *add. m. 2*) *P* 14 lentitudine (di *ex* do *corr.*) *P* 15 torpuisset (isset *euanuere*) *P* turpuesset *D* || manlius] P^bR^bD mallius P^a man*lius (i *ut uid. eras.*) *R* || turquatus *D*

p. 160 singulariter in'choauit, T. Quintius dictator cruentissima congressione confecit. fugati ex hoc proelio plurimi Galli, instauratis iterum copiis in bellum ruentes a C. Sulpicio dictatore
3 superati sunt. post paululum quoque Tuscorum pugna sub C. Marcio consecuta est: ubi conici datur quantum hominum caesum sit, quando octo milia sunt capta Tuscorum.

4 Tertio autem in isdem diebus Galli se in praedam per maritima loca subiectosque campos ab Albanis montibus diffuderunt; aduersum quos, nouo militum dilectu habito conscriptisque legionibus decem, LX milia Romanorum,
5 negatis sibi Latinorum auxiliis, processerunt. confecit hanc pugnam M. Valerius, auxiliante coruo alite, unde postea Coruinus est dictus. occiso enim prouocatore Gallo, hostes territi sparsimque fugientes grauiter trucidati sunt.

p. 161
7 'Numerandum etiam inter mala censeo primum illud ictum cum Carthaginiensibus foedus, quod isdem temporibus fuit; praesertim ex quo tam grauia orta sunt mala, ut exim coepisse uide-

AVCTORES § 4 et § 5 *Liu. 7, 25 sq. et Eutrop. 2, 6* cap. 7 § 1 *et* § 2 *Liu. 7, 27* (*exceptis* anno—ccccII)

1 titus *PRD* || quintius] *PRD* 2 confecit *hinc denuo superstes* *L* || p̄lio *P* 3 ḡ· *L* gaio *PR* gio *D* || sul*p*icio (*fuit* subplicio) *R* 4 thuscorum *L* || ḡ· *L* gaio *PRD* 5 martio *PR* || con- (sub *supra*) secuta (*corr. m. 1*) *P* subsecuta *R* || co*nici *P* 6 octo* *P* || mil· *L* || sunt *in ras. angust.* *P* || tuscorum *P* (tuscorum *h. l.* *L*) 7 *isdem *R* hisdem *LPD* 8 *haec* -que campos ab *add. in marg. m. 1* *P* || diffuderunt (fu *ex* fun *corr.*) *P* 9 aduersum] ut aduersum L^a || dilectu LP^b dilecto (i *in* e *corr.*) *R* || habeto (e *in* i *corr.*) *P* 10 decim *P* || sexaginta *D* 11 negatis (g *ex* c *corr. m. 2*) *L* 12 m̄ *L* (*sic ubique*) marcus *PRD* || coruinus (cor *in ras.*) *P* 13 occisso (*priore* s *del.*) *P* || prouocato[re] *L* || [h]ostes (h *m. 2*) *P* 14 *parsimque *L* sparsimque (i *ex* e *corr.*) *P* sparsimquae *R* || grauiter (ui *in ras.*) *P* 16 [c]arthagin,ensibus (c *s. s. et* n *in* ni *corr. al. m.*) *R* || quod (od *ex* e *corr.*) *P* || isdem] *L* hisdem *PRD* 17 exim] LP^aD exin P^bR || uideatur *L*

antur. anno siquidem ab Vrbe condita CCCCII legati a Carthagine 2
Romam missi sunt foedusque pepigerunt. quem ingressum 3
Carthaginiensium in Italiam malorum grandinem secuturam continuarumque miseriarum tenebras iuges historiarum fides locorumque infamia et abominatio dierum, quibus ea gesta sunt, protestantur.

Tunc etiam nox usque ad plurimam diei partem tendi uisa 4
est et saxea de nubibus grando descendens ueris terram lapidibus uerberauit.

Quibus diebus etiam Alexander Magnus, uere ille gurges 5
miseriarum atque atrocissimus turbo totius Orientis, est natus.

Tunc etiam Ochus, qui et Artaxerxes, post transactum in 6
Aegypto maximum diuturnumque bellum plurimos Iudaeorum p. 162
in transmigrationem egit atque in Hyrcania ad Caspium mare habitare praecepit: quos ibi usque in hodiernum diem am- 7

AVCTORES § 4 *Liu. 7, 28* § 5 *cf. Eus. 1661* § 6 *non ex Eus. 1658; illa enim quae de bello in Aegypto gesto narrantur absunt a uers. Arm. et ab Hier.; sed memorantur a Syncello p. 486, 10* (*εἰς Αἴγυπτον στρατεύων*) § 7 *non ex Eus. 1658, nam absunt a uers. Arm. et Hier.; sed, exceptis iis quibus* exim quandoque erupturos *dicit Orosius, habentur apud Sync. p. 486, 12*

EXPILATORES 1 anno — CCCCII, 10 Alexander Magnus, 12 tunc etiam . . Artaxerxes . . 13 plurimos—15 praecepit *compilauit Seuerus Chron. p. 453* (*idem tamen de iisdem rettulit ex Hier. p. 437, lin. 10 a fine, ed. 2; cf. Rhein. Museum 1878 p. 324*) § 4 et § 5 *excerpsit Paulus 21, 26 sqq.*

1 Anñ (N *ex corr. insert.*) *R* || · ccccmo · secundo *L* quadringentesimo secundo *D* || cartagine *R* 2 roma^m (m *m. 2*) *R* || missi (ssi *in corr.*) *P* || sunt *in ras. P* || quem] *Pfh* quam *LD* quē ex *R* || ingressum] *Rfh* ingresum (s *s. s. m. 1 aut 2*) *P* ingressu *LD* 3 cartaginiensium *R* 5 abhominatio *P* **abominatio *R* 7 tendi** *R* 8 grando de nubibus *PR* || discendens *PR** 9 uerberauit (uit *in ras. ampliore*) *P* 10 magnus] *LP*¹*D* magnus magnus *P*²*Rv* || gurgis *PR** 11 atque *om.** *m. 1* adque (*sic*) *s. l. add. m. 2 L* || est *om. R* 12 ochus] *D* *ocus (h *s. l.*) *R* othus *L* hochus *P* || artaxersxes *L** artarxersis *PR* 13 aegipto *P* 14 adque *L* || hircania *PRD* 15 in *om. R*

plissimis generis sui incrementis consistere atque exim quando-
8 que erupturos opinio est. cuius etiam belli tempestate trans-
currens et Sidonam opulentissimam Phoenicis prouinciae urbem
deleuit et Aegyptum, quamuis prius uictus, tunc tamen sub-
actam comminutamque ferro Persarum subiecit imperio.
8 Iam hinc statim a Romanis aduersum Samnitas, gentem
opibus armisque ualidam, pro Campanis et Sedicinis bella
suscepta sunt; Samniticum bellum ancipiti statu gestum Pyr-
rhus uel maximus Romani nominis hostis excepit; Pyrrhi bel-
2 lum mox Punicum consecutum est: et quamuis numquam
p. 163 post mortem Numae a bellorum cla|dibus fuisse cessa-
tum patentes semper Iani portae indicent, ex eo tamen ueluti
per meridiem toto inpressus caelo malorum feruor incanduit.
3 porro autem, incohato semel bello Punico utrum aliquando
bella caedes ruinae atque omnia infandarum mortium genera
nisi Caesare Augusto imperante cessauerint, inquirat inueniat
4 prodat quisquis infamanda Christiana tempora putat. absque

AVCTORES § 8 *non ex Eus. 1670 (a quo aliena sunt illa* quamuis prius uictus; *cf. Diodor. 16, 40 et 48:* τὸ προσνενικῆσθαι τοὺς Πέρσας) cap. 8 § 3 *cf. Oros. 6, 22 § 1* § 4 *cf. Oros. 4, 12 § 4*

EXPILATORES 6 a Romanis — 8 suscepta sunt *compilauit Paulus 23, 10 sq.*

1 exim] LP^aR^aD exin P^b exiñ R^b 2 erupturos (o *m. 2 ex* u *corr.*) *L* eruptos P^1 erup*os (tur *s. l.*) P^2 ‖ est] onest L^a 3 sidonam] *LPRD* ‖ prouintiae *R* ‖ orbem *P* 4 aegiptum *P* egyptum *D* ‖ quãuis (ã *in ras.*) *P* ‖ uictus] ***uictã (ã *in ras.*) *R* 6 hic (n *s. l.*) *R* ‖ aduersus *LR* ‖ gentem (m *in ras.*) *P* 7 sedicinis] L^b sedecinis L^aR sedecenis *P* sedicenis *D* 8 pyrrus *LD* phirrus *P* (*ubique*) phyrrus *R* 9 excaepit *P* ‖ pyrri *L* phirri *PR* pirri *D* 10 punicum] LR^1v punicum (pon. *D*) bellum PR^2D 12 patentes (es *add. al. m. sed ead. ut uid. expunxit R* 13 merediem (e *sec. in* i *corr.*) *P* meridiem (i *prior ex corr.*) *R* 16 ceśsare *P* cęssare (*priore* s *deleta*) *P* ‖ agusto *D* ‖ cesari*nt (*corr. m. 2*) *P* c*essauerint (*erasa* a) *R* 17 prodat *s. l. add. m. 2 L* ‖ infammanda *P* ‖ tempora christiana *PRDh*

illo tamen inter bella Punica unius anni ueluti auis praeter-
uolantis excursu Romani propter clausas Iani portas inter fe-
bres morbosque reipublicae, ad hoc breuissimo pacis signo
uelut tenuissimo aquae gelidae haustu inlecti sunt, ut in peius
recalescentes multo grauius uehementiusque adflictarentur.

At uero, si indubitatissime constat sub Augusto primum Cae- 5
sare post Parthicam pacem uniuersum terrarum orbem positis
armis abolitisque discordiis generali pace et noua quiete conpo-
situm Romanis paruisse legibus, Romana iura quam propria arma
maluisse spretisque ducibus suis iudices elegisse Romanos, po- 6
stremo omnibus gentibus, cunctis prouinciis, innumeris
ciuitatibus, infinitis populis, totis terris unam fuisse uolun-
tatem libero honestoque stu|dio inseruire paci atque in p. 164
commune consulere — quod prius ne una quidem ciuitas
unusue populus ciuium uel, quod maius est, una domus fratrum
iugiter habere potuisset —; quodsi etiam, cum imperante 7
Caesare ista prouenerint, in ipso imperio Caesaris inluxisse ortum
in hoc mundo Domini nostri Iesu Christi liquidissima pro-
batione manifestum est: inuiti licet illi, quos in blasphemiam 8

Auctores § 5 orbem — conpositum . . § 6 omnibus gentibus *ex imitatione Lucani 1, 60—62*

1 auis *in ras. P* || praeteruolantis] *PD* (pre- *P*) praeteruolAntis (A *ex* u *corr.*) *R* praeteruoluntatis *L* 2 ^{quo} romani *R* 3 reīp. *L* reip*** *P* || ad *in* ab *corr. R* || *uerba* pacis signo uelut tenuissimo *add. m. 2 in marg. infer. praescipto hoc signo* ÷ *L* || signo pacis *PR* 4 ad quae *D* || gelidae (e *prior ex* a *corr.*) *R* geliti *D* || illecti (l *pr. in ras.*) *R* 5 uehementiusquae *R* || afflictarentur (*priore* f *in ras.*) *R* 6 si *om. m. 1 P* || agusto P^1D 7 uniuersum] L^2P^2RD uniuersam L^1P^1 uniuersarum *Fabr. h* 8 abholitisque (h *del.*) *PR* || compositum LR^b 9 ar^{ma} (ma *m. 2*) *L* arma *om. m. 1 P* 10 suis *om. m. 1 P* 12 uoluptatem *L* 14 commone P^aR^1 16 cum *s. l. add. m. 2 in L* || imperanti R^a 17 caessare P^aR^a || proue|uenerint *L* || in ipso] ipso *L* || caessaris *P* || inluxisse] *LD* natum inluxisse *P* illuxisse (*pr.* l *in ras.*) *R* 18 dn̄i · n̄ · ihū x̄p̄i · *L* dmnī nī ihm̄ xpī *D* || *ad uers.* |dissima — inui| *sed ad praecedentem uersum haud dubie pertinens in marg. crucis signum* † *adscripsit m. 1 L*

urguebat inuidia, cognoscere faterique cogentur, pacem istam totius mundi et tranquillissimam serenitatem non magnitudine Caesaris sed potestate filii Dei, qui in diebus Caesaris apparuit, exstitisse nec unius urbis imperatori sed creatori orbis uniuersi orbem ipsum generali cognitione paruisse, qui, sicut sol oriens diem luce perfundit, ita adueniens misericorditer extenta mundum pace uestierit. quod plenius, cum ad id ipso perficiente Domino uentum fuerit, proferetur.

9 Igitur anno ab urbe condita CCCCVIIII Romani bellum La-
tinis rebellantibus intulerunt Manlio Torquato et Decio Mure
p. 165 consuli|bus. in quo bello unus consul interfectus est, alter
2 exstitit parricida. Manlius enim Torquatus filium suum, iu-
uenem, uictorem, interfectoremque Metii Tusculani, nobilis
equitis et tum praecipue prouocantis atque insultantis hostis,
3 occidit. alius uero consul cum iterato conflictu illud cornu,
cui praeerat, caedi atque adfligi uideret, in confertissimos
4 hostes sponte prolapsus occubuit. Manlius quamuis uictor
occursum tamen nobilium iuuenum Romanorum, qui legitime
exhiberi solet, triumphans parricida non meruit.

AVCTORES § 1 Romani — § 2 *Liuius 8, 3.6.7* § 3 *Liuius 8, 9* § 4 *Liuius 8, 12*

1 cogentur] *L* cogerentur *PR* (*sed* re *expunctis in R*) coguntur *Dv* 2 et *om.* *P*¹*D* || tranquilissimam *P* 3 filiⁱ (*corr. 1ᵃ aut 1ᵇ*) *L* 4 extitisse *LR* exstetisse *P* extetisse *D* || creaturae *D* 5 cognitioni *PRᵃ* 6 perfudit (n s. s.) *L* 7 extanta (*pr.* a *in ras. ut uid.*) *R* || uesti erit *P* || ad ipsum (id *s. s. m. 1*) *P* ad id ipsum *R* ad id ipsum *D* 9 ·cccc·mo·nono· *L* quadrigentisemo nono *D* || rumani *D* 10 intulervnt (v *ex corr.*) *P* || Ma*lio (n s. s.) *R* || detio *Rᵃ* 11 css· *PR* || aliter (i *eras.*) *P* 12 extitit *PR* extetit *D* 13 metj|us culani *D* || mechii *Lᵃ* mecii *LᵇPR* || thusculani *L* 14 cum *Lᵃ* tunc *R* || praecipuae *L* precipue *P* 15 conflicto (o *radendo in* u *corr.*) *L* 16 ᵖerat (p̃ *s. s. fort. m. 1*) *P* || adque *LPᵃRᵃ* et *D* || affligi (*pr.* f *in ras.*) *R* || in infestissimos, *sed in marg.* in confertissimos *P* 17 ponte *D* 18 legitimis *L*¹ 19 exibere (e *fin. in* i *corr.*) *P* || triumfans *P*

Anno autem post hunc subsequente Minucia uirgo Vestalis 5
ob admissum incestum damnata est uiuaque obruta in campo,
qui nunc sceleratus uocatur.

At uero paruo exim tempore interiecto horresco referre quod 10
gestum est. nam Claudio Marcello et Valerio Flacco consulibus incredibili rabie et amore scelerum Romanae matronae
exarserunt. erat utique foedus ille ac pestilens annus inflic- 2
taeque iam undique cater'uatim strages egerebantur et adhuc p. 166
tamen penes omnes de corrupto aere simplex credulitas erat,
cum, exsistente quadam ancilla indice et conuincente, primum
multae matronae ut biberent quae coxerant uenena compulsae,
deinde, simul atque hausere, consumptae sunt. tanta autem 3
multitudo fuit matronarum in his facinoribus consciarum, ut
trecentae septuaginta damnatae ex illis simul fuisse referantur.

Anno ab Vrbe condita CCCCXXII Alexander rex Epirotarum, 11

AVCTORES § 5 Minucia *sqq.*] *Liu. 8, 15 (pro subsequente apud Liuium est annus quartus)* cap. 10 *Liu. 8, 18 adhibito fort. etiam Augustino Ciu. D. 3, 17* § 3 CCCLXX] CLXX *Liuius (cf. Val. Max. 2, 5, 3)*, plurimae *periocha*, supra fidem multarum *Augustinus* cap. 11 § 1 Alexander *sqq.*] *Liu. 8, 3.17.24 (!) exceptis maxime illis* circa finitimas—studens

EXPILATORES 15 Alexander—p. 156, 6 occisus est *excerpsit Paulus 23 not., 5—9*

1 minutia *R* || uestales *L* 2 amissum (d *m. 1 ut uid.*) *L* admissum *P* || dampnata *R* 4 ad *R*[a] || exin *P*[b]*Rv* || horresto *L* || reffere (r *s. s. m. 2*) *P* re*ferre (*erasa* f) *R* 5 claudo *R* || flaco *R* || c͠ss *PR* 6 iucredibili (i *fin. ut uid. ex* e *corr.*) *P* 7 annos *P* || impletaeque (impletae *in ras.*) *P* impletęque (*in marg.* inflicte) *R* 8 iam undique] iam dies..... *P*[1] iam dies ***** *P*[2] iam dies (iam *in* iā in *corr.*) *R* || caruatim (te *m. 2*) *L* || stragus *P* || gerebantur *P* 9 tamen] *sic* tn̄ *P* || pęnes (, *eras.*) *R* paenis *D* 10 existente *PRD* || ancella *P*[a] 11 cóxerint *D* || conpulsae *LPR D* (*sed* con *in* cō *corr. R*) 12 atque] ut *PR* || ausere *R*[a]*D* || consumtae *D* || autem *om. P*[1] 14 CCC LXX *P* CCC·LXX (e *et* a *al. m. s. s. ?*) *R* || dampnatae (p *in ras.*) *R* 15 ·cccc·mo·xx·secundo *L* quatrigentisemo·uincinsemo·secundo *D* CCCCXXII *P* CCCCXXXII *R* || rex *om. m. 1 P*

Alexandri illius Magni auunculus, traiectis in Italiam copiis p. 167 cum ¹bellum aduersus Romanos pararet et circa finitimas Romae urbes firmare uires exercitus sui auxiliaque uel sibi adquirere uel hostibus subtrahere studens bellis exerceretur, a Samnitibus, qui Lucanae genti suffragabantur, maximo bello in Lucania uictus atque occisus est.

2 Sed, quoniam aliquantum Romanas clades recensendo progressus sum, uel Alexandri istius mentione commonitus, de Philippo Macedonum rege, qui Olympiadem huius Alexandri Epirotae sororem uxorem habuit, ex qua Alexandrum Magnum genuit, paucissimis annis retro repetitis magna paruis in quantum potero colligam.

12 Anno ab urbe condita CCCC Philippus Amyntae filius Alexandri pater regnum Macedonum adeptus, XXV annis

AVCTORES § 1 a Samnitibus *sqq.*] *cf. Oros. 3, 14 § 4 et 18 § 3* § 2 *fort. adhib. Iustin. 8, 6 § 5; Liu. 8, 3 § 7; 8, 24 extr.; cf. Oros. 3, 14 § 4* cap. 12 § 1 cccc *cf. 3, 16 § 1* || Philippus — adeptus *Iustin. 7, 4 § 3.5* || XXV — tenuit *Iustin. 9, 8 § 1; cf. Oros. 12 § 17 et 14 § 10*

EXPILATORES 9 Olympiadem — 11 genuit *adhibuit Paulus 23 not., 6* 13 Philippus—14 pater . . p. 157, 5 Eur. matris . . p. 158, 3 Olymp.—4 uxorem . . 7 cum—8 perdidit *compilauit Seuerus Chron. p. 453*

1 alexander *D* || auunculus (*pr.* u *add. m. 2*) *P* || traiectus *L* || aetaliam *D* 2 aduersum *PRD* || finitimas circa urbes romae *L* 3 auxiliaque (lia *in ras.*) *P* 4 subtraere P^a 5 samnitibus| (*initium uersus erasum*) qui lucanę| *R* || lucaniae *D* 7 quantum *ante* quoniam *eras. P* || referendo (do *in ras.*) *P* || progressus sum uel (*haec exceptis* prog *in ras.*) *P* 8 alexandri istius illius (i istius *in ras. et ex corr.*) *P* || commonitus (o *sec. ex* u *corr.*) *R* 9 philipo (p *s. s. m. 2*) *P* filippo *D* || machedonum L^a || olimpiadem *PR* || huius *adh. m. 2 s. l. L* 10 quā· *D* 11 paucissimis (p *in ras. al. m.*) *R* || magna paruis] *cf. Grubitz p. 24* .l. bella .l. uerbis magna paruis *N;* in magnis parua X_2*Z* 12 collegam *P* (*folii finis in P*) R^a*D; in fine paginae ad extrema uerba scholium m. rec. adscripsit hoc:* SECVNDVM MAGNITVDINEM *in P* 13 ·cccc·mo· *L* quadrigentesimo *D* || philipus P^1 philyppus *D* || amintae *PR* aminte *D* 14 patri *D* || regnu (*an* regna *?*) *P* || macedonū (nū *in ras. ut ae terminatio appareat*) *P* || ademptus *L* || uiginti quinque *LD* || añ P^1 añ^nis P^2

tenuit, quibus hos omnes acerbitatum aceruos cunctasque malorum moles struxit. hic primum ab Alexandro fratre obses 2
Thebanis da'tus, per triennium apud Epaminondam strenuis- p. 166
simum imperatorem et summum philosophum eruditus est.
ipso autem Alexandro scelere Eurydices matris occiso, quam- 3
uis ea iam commisso adulterio et altero primum filio interfecto filiaque uiduata generi nuptias mariti morte pepigisset, conpulsus a populo regnum, quod paruo occisi fratris filio tuebatur, suscepit. qui cum foris concursu exsurgentium undi- 4
que hostium, domi autem deprehensarum saepe insidiarum metu fatigaretur, primum bellum cum Atheniensibus gessit. quibus 5
uictis arma ad Illyrios transtulit multisque milibus hostium trucidatis Larissam urbem nobilissimam cepit. inde Thessaliam 6
non magis amore uictoriae quam ambitione habendorum equitum Thessalorum, quorum robur ut exercitui suo admisceret, inuasit. ita Thessalis ex inprouiso praeoccupatis atque in pote- 7

AVCTORES § 2—§ 3 filio interfecto *Iustin. 7, 5 § 3–6* § 3 filiaque—pepigisset *Iustin. 7, 4 § 7* || conpulsus – suscepit *Iustin. 7, 5 § 8—10* || § 4 *et* § 5 *Iustin. 7, 6 § 3.4.6.7* || § 6—§ 9 *Iustin. 7, 6 § 8—12.14.16, ubi tamen haec* § 6 amore uictoriae *Orosiana sunt, illa* § 9 ipsam—cepit *uix ex Iustino § 16, sed fort. ex Trogi argumentis ll. 7 et 8 sumpta*

1 aceruitatum *L* acerbitatem *P* *acerbitatum *R* 3 epaminundam $P^a R^b$ 5 eurydicis *L* euridicis *P* euridices *R* euriticis *D* || occisum a *D* 6 ea iam] etiam *D* || commiso *P* || adultero $R^a D$ || primoum L^a || filio*** *P* 7 generi* (i *ex* o ?) *D* 8 compulsus R^b || fratres *P* 9 audentium P^1 (exsurgentium *s. s.* P^2) ex*urgentium (*erasa* s) *R* 10 depraehensarum *LD* || sepe *PD* 11 fitigaretur L^1 fatigatur P^1 || |primum (pr *m. 2*) *R* 12 illiricos P^1 illyri*os P^2 illyrios *R* illirios *D* || miluus (b *m. 2*) *L* 13 larissimam *L* larisam *D* || caepit *PR* (ae *ex* oe *corr.*) *R* || thesaliam *P* thesaliam *R* thessalia (*alt.* s *in ras. m. 1, ex* p *ut uid.*) *D* 14 ambicionem *D* || aequitum PR^a 15 thesalorum *P* thesalorum *R* || robor *P* rubor *D* 16 thesalis *P* thesalis *R* || occupatis *D* || adque *D*

statem redactis, iungendo equitum pedìtumque fortissimas tur-
8 mas et copias inuictissimum fecit exercitum. igitur uictis Atheniensibus subiectisque Thessalis Olympiadem Arubae regis
p. 169 Molossorum 'sororem duxit uxorem. qui Aruba cum per hoc, quod societatem Macedonum adfinitate regis paciscebatur, imperium suum se dilataturum putaret, per hoc deceptus amisit
9 priuatusque in exilio consenuit. deinde Philippus, cum Mothonam urbem oppugnaret, ictu sagittae oculum perdidit. ipsam uero urbem mox expugnauit et cepit.

10 Exim Graeciam prope totam consiliis praeuentam uiribus domuit. quippe Graeciae ciuitates dum imperare singulae cupiunt, imperium omnes perdiderunt et dum in mutuum exitium sine modo ruunt, omnibus perire quod singulae amit-
11 terent oppressae demum seruientesque senserunt. quarum dum
p. 170 insanas conuersationes Philippus ueluti e spe'cula obseruat auxiliumque semper inferioribus suggerendo contentiones, bellorum fomites, callidus doli artifex fouet, uictos sibi pariter

AVCTORES § 10 Graeciae *sqq.*—§ 13 *Iustin. 8, 1 § 1–4.7.8.11 —14 exceptis maxime his* § 11 bellorum fomites—artifex *Orosianis*

1 aequitum *PR*[a] || turmas et] *male cum Port. deleuit Grubitz p. 23* 3 thesalis *PR*[a] || olimpiadem *PR* || arubae] *LD* auruchiae *PR* (*sed prima litt. minime clara in P*) 4 malossorum *PR* malos suorum *D* || ***qui (*in ras.* qui *fuit*) *R* || aruba] *LD* auruchа *PR* 5 machedonum *L*[a]*P*[2]*R*[1] || adfinitatem *L* affinitate (*prior* f *in ras. al. m. R*) *RD* || paciscebatur (p *in ras. al. m.*) *R* 6 delatorum *P*[1] 7 priuatus-] regno .. priuatus *Iustinus* || phillyppus *D* || mothonam] *LRD* måthonam *P*, Methonam *v* 8 ipsa *D* 9 uero] autem *R* || caepit *PR* (ae *ex* oe *corr. R*) 10 exin *P*[b]*R* ex| *D* || greciam *RD* || prophe *L*[a] 11 greciae *PR* 12 mōtuum *P* 13 se dederunt *P*[1] (sine modo ruunt *s. s. P*[2]) || ********* perire (*fuit in rasura* dem ......) *P* pepire *D* 14 *ante* oppressae *inserit* non nisi *margo R* 15 conuersationes] *LPRD; male* concursationes *ed. 1510 et Fabr.*, concursiones *ed. 1542*, concertationes *Lautius* (*ex cod. Colon.*) *et h interpolarunt* || filippus *P* phillippus *D* || ueluti e] *R*[2]*D* ueluti *LR*[1] uelut in *P;* uelut e *Iustini codices* 16 inferioribus (in *ex* im *corr.*) *P* 17 doli] mali *D* || foet (v *m. 2*) *P* || uictis (o *m. 2*) *R*

uictoresque subiecit. huic autem ad obtinendam totius Grae- 12
ciae dominationem immoderata Thebanorum dominatio facultatem dedit, qui uictos Lacedaemonios ac Phocenses, caedibus etiam rapinisque confectos, cum insuper in communi Graeciae concilio tanta pecuniae multa onerauissent, quantam illi soluere nullo modo possent, ad arma confugere coegerunt. itaque 13
Phocenses Philomelo duce et auxiliis Lacedaemoniorum Atheniensiumque fulti commissa pugna fugatisque hostibus Thebanorum castra ceperunt. sequenti proelio inter inmensas utriusque populi strages Philomelus occisus est; in cuius locum Phocenses Oenomaum ducem creauerunt.

Porro autem Thebani et Thessali omisso dilectu ciuium 14
Philippum Macedoniae regem, quem hostem prius repellere laborabant, ultro sibi ducem expetiuerunt. com'misso proelio p. 171
et Phocensibus paene ad internecionem caesis uictoria ad Philippum concessit. sed Athenienses audito belli euentu, ne 15

AVCTORES § 14 *et* § 15 *Iustin. 8, 2 § 1.3.4.8*

AVCTORES 10 flentes haec dicimus *sec. Pauli Epist. ad Philipp. 3, 18*

1 compunguntur R^{b} 2 diriuatio *R* diriuacio *D* 3 quicquid R^{a} || execrabili *R* 5 execrantur *R* || nihil non subsiciuum *om. D;* nihil non turpe *post* prauum *add. Ov*, *quae haud dubie ex glossemate eorum q. secuntur* nihil non subsiciuum *nata sunt* 6 subsiciuum] *D* subsichiuum *L* subciu*um (si *post* sub *s. s. al. m.; er.* i; *in mg. al. m.* dolosum) *R;* suociuum *N* susceuum *O* obscoenum *edd. 1510 et 1542* || in uulnus suum] uulnosum *T* uulnerosum *O edd. 1510 et 1542* 7 tamen] *R* (tam̃), *v* iam *LD* || plane] R^{1} paene $LR^{2}Dv$ 10 ac *statim corr. ex 2 litteris D* 12 oculo *om. D* || dupplicia LR^{a} 13 illis* *m. 1 ex* illius *D* 14 uideant (e *ex* i *m. 1 aut 2*) *R* 15 est (*posterius*)] ·ē· *in ras. R om. D* 16 incendio *D* 18 dominAntem (A *ex* e *al. m.*) *R* || trucidantemque] que *D* || diabulum R^{1} || quanquam R^{2} 22 quanquam $R^{2}D$

con'temptus miseriarum possunt etiam a suis discere, apud p. 232
quos summa mala pro summis bonis aestimata sunt, tantum
ut gloriam famae celebrem atque inlustrem consequerentur:
per quos colligi datur, quanta nobis, quibus aeternitas beata 42
promittitur, sint toleranda pro uita, cum illi tanta potuerint
tolerare pro fama.

Anno ab Vrbe condita CCCCLXXXIII id est Appio Claudio 7
Q. Fabio consulibus Mamertinis, quorum Messana nobilis
Siciliae ciuitas erat, auxilia contra Hieronem Syracusanum
regem et Poenorum copias Hieroni iunctas et Appium Clau-
dium consulem cum exercitu misere Romani. qui tam celeriter 2
Syracusanos Poenosque superauit, ut ipse quoque rex rerum
magnitudine perterritus ante se uictum quam congressum
fuisse prodiderit; qui exim fractis uiribus amissaque fi'ducia 3
cum pacem supplex rogaret, ducentis argenti talentis iussu p. 233
consulum multatus accepit. consules Agrigentum Siciliae 4
ciuitatem ibique praesidia Poenorum operibus ualloque cin-
xerunt. cumque inclusus ea obsidione senior Hannibal imperator 5
Poenorum ad summam egestatem redactus esset, Hanno im-
perator nouus Carthaginiensium cum equitibus mille quin-

AVCTORES § 1 Appio *sqq.* — § 3 *Liuius 16* (*cf. Periocha;* § 3 CC *item Eutrop. 2, 19; ἑκατόν Polyb. 1, 16 § 9*) § 4—§ 8 *Liuius 16 uel 17* (§ 8 classem—stetit *cf. Florus 2, 2 § 7, ubi tamen est* CLX *pro* CXXX)

EXPILATORES 10 *hinc sumpta* regem Siculorum *Eutropianis inseruit Paulus 38*

1 contemptū *R* ‖ possint *R²* 3 fame *R¹D* ‖ celebr*ē (e *pr. al. m. in ras.; er.* e) *R* ‖ illustrem *sed priore* l *in ras. R* 5 sunt *D* ‖ toleranda (e *s. s. al. m.*) *R* 6 fama (a *fin. in ras. m. 1*) *D* 7 cccc · mo · LXXX · III · *L* quadringintisemo octoginsemo quarto *D* ‖ id est *om. v* 8 Q Fabio] *immo* M. Fuluio; *item* Quinto Fuluio *Cassiodor. Chron. a. 490* ‖ quinto *RD* ‖ mamertinis (s *s. s. al. m.*) *R* 9 siracusanum *D* 10 et *om. D* 11 cons· *L* ‖ celeriter (e *pr. in ras. al.*) *R* 12 siracusanus *D* ‖ |ut (u *in ras. ex* V *al. m.*) *R* 14 exin *R* ‖ amisaque *R^a* 15 cc *R* ‖ argenti* *R* 17 praesidia* (*er. ut uid.* p) *R* ‖ cincxerunt *R^a* 18 hanibal *R^a* 19 *haec* poenorum — imperator *om. L* ‖ aegestatem *R* 20 karth- *R* ‖ *equitibus *R*

gentis et triginta milibus peditum, triginta etiam elephantis
ex inprouiso intercessit expugnationemque ciuitatis paulisper
6 distulit. sed continuo ciuitas capta est. Poeni maximo bello
uicti et profligati, undecim elephanti in potestatem redacti,
Agrigentini sub corona omnes uenditi sunt; Hannibal senior
facta cum paucis eruptione diffugit.

7 Cn. Cornelio Asina C. Duilio consulibus cum Hannibal senior
oram Italiae maritimam instructa septuaginta nauium classe
uastaret, Romani et ipsi classem fabricari atque instrui prae-
8 ceperunt. quod Duilius consul celeriter inpleuit; nam intra
sexaginta dies quam arbores caesae erant centum triginta
9 nauium classis deducta in anchoris stetit. Cornelius Asina
consul alter cum sedecim nauibus Liparam insulam petiit; ubi
p. 234 ab Hannibale quasi ad conloquium pacis euocatus Punica fraude
10 captus |atque in uinculis necatus est. quod ubi Duilius alter
consul audiit, cum triginta nauibus aduersus Hannibalem pro-
fectus est. commisso nauali proelio Hannibal, amissa naui qua
uehebatur, scapha subductus aufugit; triginta et una naues
eius captae, tredecim mersae, tria milia hominum occisa, septem
milia capta referuntur.

11 Postea Carthaginienses C. Aquilio Floro L. Cornelio Scipione
consulibus Hannonem in locum Hannibalis subrogatum pro

AVCTORES § 9 *Liuius 17* (*cf. Periocha et Florus 2, 2 § 11*) § 10—§ 12 *Liuius 17* (*§ 11 cf. Periocha*)

1 trigenta *D* xxx *R* || xxx *R* || elephantes *R*ᵃ 2 ciuitas *D* 3 ***|bello (*er.* bel ?) *D* 5 hanibal *R*ᵃ 7 g̅n̅· *L* gneo *RD* || cornileo *D* || g̅ *L* gaio *RD* || co̅n̅s̅s̅· *L* || hanibal *R*ᵃ 8 aetaliae *D* || instructus *D* || LXX*nauium (*rasura post* LXX) *R* 10 diulius *L* || celeriter (e *pr. in ras., ex ae ?*) *R* || impleuit *RD* 11 ·LX· dies *R*, sexagesimum diem *v* || caese *R* || ·C·XXX· *R* 12 ancoris *D* || cornilius *D* 13 consul alter] consulariter (ariter *in* alacriter *m. 2 corr., in mg.* l alter *m. fort. 1*) *R* || lyparam *L* || petit *RD* 14 annibale *L*¹ || colloquium (l *pr. in ras.*) *R* 15 captis *D* 16 consul alter *R* || audiit] *L* audiuit *RD* || tregenta *D* XXX *R* 18 scafa *RD* || tregenta *D* XXX *R* 19 tridecim *L* XIII *R* || VII *R* 21 karthaginienses (i *alt. ex corr. add.*) *R* || g̅· *L* gaio *RD* || lucio *RD* || cornilio *D* 22 co̅n̅s̅s̅· *L*

Sardis et Corsis defensandis nauali proelio praefecerunt, qui a Scipione consule uictus, amisso exercitu ipse confertissimis hostibus se inmiscuit ibique interfectus est. eodem anno tria 12 milia seruorum et quattuor milia naualium sociorum in urbis Romae excidium coniurarunt et, nisi maturata proditio consilium praeuenisset, destituta praesidio ciuitas seruili manu perisset. p. 235

'Anno ab hoc proximo Calatinus consul Camerinam Siciliae 8 urbem petens temere in angustias deduxit exercitum, quas Poenorum copiae iam dudum praestruxerant. cui cum omnino 2 nulla uel obsistendi uel euadendi facultas esset, Calpurni Flammae uirtute et opera liberatus est, qui lecta trecentorum uirorum manu insessum ab hostibus tumulum occupauit et in se Poenos omnes pugnando conuertit, donec Romanus exercitus obsessas angustias hoste non urguente transiret. caesi sunt in 3 eo bello omnes trecenti, solus Calpurnius quamuis multis confossus uulneribus et cadaueribus obtectus euasit. Hannibal 4 senior a Carthaginiensibus iterum classi praepositus, infeliciter cum Romanis nauali proelio congressus et uictus, ab exercitu suo seditione orta lapidibus coopertus interiit. Atilius con'sul 5 Liparam Melitamque insulas Siciliae nobiles peruagatus euertit. p. 236 consules, in Africam iussi transferre bellum, cum trecentis 6

AVCTORES § 1—§ 6 *Liuius 17* (§ 2 *cf. Per., Flor. 2, 2 § 13, Liuius 22, 60 § 11*)

1 *inter* nauali *et* proelio *6—8 litt. erasae R* 2 scipione *sed* ci *s. s. L* 3 tria milia] *RD* ·III· *L* 4 *haec* seruorum et quattuor milia *om. sed ab antiqua m. in mg. add. R* || *quattuor milia] *RD* ·IIII· *L* 7 perisset] *LRD* 9 deduxit (e *ex* i *corr. a m. ut uid. 1*) *L* 10 penorum *D* || copia *D* || praestruxerat *D* 11 nulla uel] nulla *D* || resistendi R^b || esset **** (*4–5 litt. eras.*) *R* || calpurnii R^2D 12 flamae *D* || opere *R* || liberatur liberatus (*prima* r *statim corr., ex* c ?) *D* 13 incessum *R* insensum *D* 14 poenas R^1 15 urgente *R* 16 ·ccc· *R* || confossis *L* 17 et cadaueribus *om. D* || hanibal R^a 18 a *om. R* || karthaginiensiū *R* || feliciter *L* 20 interuit *D* 21 liparam *sed* li *s. s. R* || melitamqu*e (*fuit* -quae) *L* militamque *D* || sicilia *D* 22 iussi (i *fin. m. 1 in ras. ex* it ? *an* & ?) in africam *D* || iussit *L* || ccc tis·xxx· *L* cccxxx *R* quadrigentis tregenta *D*

triginta nauibus Siciliam petiuerunt: quibus Hamilcar Poenorum
imperator et Hanno classi praefectus occurrit. conserto nauali
proelio Carthaginienses in fugam uersi sexaginta et quattuor
7 naues perdiderunt. uictores consules in Africam transuecti
sunt primamque omnium Clipeam urbem in deditionem rece-
8 perunt. inde Carthaginem petentes trecenta aut eo amplius
castella populati sunt, infesta Carthagini signa circumtulerunt.
9 Manlius consul Africa cum uictrici classe decedens septem et
uiginti milia captiuorum cum ingentibus spoliis Romam reuexit.
10 Regulus, bellum Carthaginiense sortitus, iter cum exercitu
faciens haud procul a flumine Bagrada castra constituit: ubi
cum plurimos militum aquandi necessitate ad flumen descen-
dentes serpens mirae magnitudinis deuoraret, Regulus ad ex-
11 pugnandam bestiam cum exercitu profectus est. sed nihil in
tergo eius proficientibus iaculis atque omni telorum ictu inrito,
quae per horrendam squamarum cratem quasi per obliquam
scutorum testudinem labebantur mirumque in modum, ne
corpus laederent, ipso corpore pellebantur, cum insuper magnam

AVCTORES § 7 et § 8 *Liuius 17 et ut uid. 18* (*cf. Per. 17, Eutrop. 2, 21, Flor. 2, 2 § 19*) § 9—§ 15 *Liuius 18* (§ 9—§ 15 *cf. Per. et maxime Valer. Max. 1, 8 ext. 19, qui Liuium auctorem laudat; haec* § 9 serpens mirae magnitudinis *habentur etiam apud Florum 2, 2 § 20, ad illa* § 13 spinae rigorem *cf. Silius Ital. 6. 271*)

EXPILATORES 11 haud procul — 13 Regulus *excerpsit Paulus 41 not. lin. 9*

1 petierunt *RD* || quibus *om. L* || hamilchar *L* hamylcar *R* amilcar *D* 3 karth- *R* || LXIIII· *R* 4 afrigam *D* 5 clipeam] *L* clipeum *D* clupeam *Rh* 6 karth- *R* || ccc *R* 7 karth- *R* 8 ab africa *Gv* || afrigam *D* || uictrici* (*erasa ut uid.* s) *L* || septem et X̅X̅ · milia *L* ·VII· et XX milia *R* 9 *pone uers.* |cum ing. — bellū kartha! *in mg.* ⊖ *R* 10 regolus *D* || karthaginiense* sortitus (*er.* s *et* s *seq. in ras.*) *R* || iter] iterum *L* || exercitu *sed* ex *s. s. al. m. R* 11 haut *sed* h *s. s. m. 1*[b] *L* || ubi] ibi *D* 12 cum] quam *L* || plurimos] primus *D* || aquandi (an *in ras. unius litt. m. 1*) *D* || descendentis (s *fin. in ras. m. 1*) *D* 14 in tergo] *sic:* ȼ|go (*nota explicatur pone uers. al. m.* Inter) *R* 15 iaculis] telis *L* || omne *R*[1] || inritu *L* irrito *RD* 16 qu*e (*fuisse uid.* quae) *L* || horrendum *L* || scamarum *D* || carte *D* 17 habebātur (˜ *i. e.* n *ex corr. add. a m. 1 aut 2*) *L* 18 lederent *RD*

multitudinem morsu comminui, impetu proteri, halitu etiam
pestifero exanimari uideret, ballistas deferri imperauit, per
quas *molare* saxum spinae eius incussum conpagem totius cor-
poris soluit. talis siquidem est natura serpentis, ut, cum 12
pedibus carere ui|deatur, costis tamen et squamis, quas a p. 237
summo gutture usque ad imam aluum parili modo dispositas
habet, ita instruitur, ut squamis quasi unguibus, costis quasi
cruribus innitatur. non enim ut uermis, cui spinae rigor non 13
est, et in directum corpusculi sui partes gradatim porrigendo
contractas, contrahendo porrectas motum explicat, sed alternis
intenta conatibus latera sinuosa circumfert, ut per exteriorem
spinae curuaturam rigentem costarum aciem tendat, costis
autem natura ad summum rectis squamarum ungulas figat;
quod uicissim et celeriter agendo non solum plana perlabitur,
sed etiam conuexa conscendit, tot uestigiis instructa quot costis.
huius itaque rei causa est, ut, si in qualibet corporis parte 14
ab aluo usque ad caput ictu aliquo conlidatur, debilis reddita
cursum habere non possit; quia ubicumque ille ictus inciderit

EXPILATORES 4 talis—8 innitatur *compilauit Isidorus Orig. 12, 4, 45; cf. 12, 5, 19* squamarum nisibus 8 non enim — 10 explicat *et* 14 perlabitur *compilauit Isidorus Orig. 12, 5, 19* 16 ut si — p. 230, 2 agebantur *exscripsit Isidorus Orig. 12, 4, 46*

1 conminuit (*sed* t *expuncto*) *L* comminui *RD* || *ad* impetu *in mg.* terribili *al. m. R* 2 balistas *R* 3 molare] *TO item apud Senecam Epist. 82 § 24, qui eiusdem narratiunculae meminit, habetur:* molaribus . . saxis; murale *LRDv* (*cf. 4, 23 § 6* murali lapide) || compagem *R*ᵇ*D* 4 tales *L* 5 uideatur *sed* a *statim ut uid. deletum L* || scamis *D* || quas a] qua|si ad *D* 6 gottoreius quę (*corr. al. m. sed relicto* ę) *R* 7 instruitur] *L* ⁱⁿstruitur (in *al.*) *R item H* instruetur *D cf. 7, 37 § 8* instruatur *G*¹ᵃ*NO* 8 cruoribus *L*ᵃ || spinae] spae *D* 9 in *om.* ℜ || gradatim (*pro* g *fuisse uid.* c) *L* 10 po^r^rectas (r *s. s. m. 1*) *R* porrectus *L*¹ || modum (d *in* t *m. 1*) *R* || explicat] implecat ℜ 11 intentus *R*ᵇ 12 spina| *D* || curbaturam *R*ᵃ || tendit *R*ᵃ || costis autem] Co (*circ. 8 litt. spat.*) | *D* 13 naturā (ā *in* a) *R* || scamarum (*circ. 7 litt. spat. rel. m. 1, ubi* gressib' *scr. m. 2*) figat *D* 14 cæleriter (æ *in* e) *R* 15 instructus *R*ᵇ structa *L* 16 ut si] unde ℨ || in *om. R*ᵃ || quolibet *R*ᵃ 17 capud *R*ᵃ || hictu (h *er.*) *R* || collidatur *R*ᵇ || redditus *R*ᵇ

spinam soluit, per quam costarum pedes et motus corporis agebantur. unde etiam haec serpens, quae tamdiu tot iaculis inuulnerabilis obstitit, ad unius saxi ictum debilis cessit ac
15 mox circumuenta telis facile oppressa est. corium autem eius Romam deuectum — quod fuisse centum uiginti pedum spatio ferunt — aliquamdiu cunctis miraculo fuit.

16 Regulus aduersum tres imperatores, id est Hasdrubales duos et accitum ex Sicilia Hamilcarem, atrocissimum bellum gessit, in quo caesa sunt Carthaginiensium decem et septem milia, capta autem quinque milia, decem et octo elephanti abducti, oppida octoginta et duo in deditionem cessere Romanis.

p. 238
9 Carthaginienses fracti bellis et cladibus exinaniti pacem a Regulo poposcerunt. sed cum intolerabiles et duras condiciones pacis audissent, tutius rati sese armatos mori quam miseros uiuere, pretio non solum Hispanorum uel Gallorum auxilia, quae iam dudum plurima habebant, sed etiam Graecorum con-

AVCTORES § 16 *Liuius 18* (*cf. Eutr. 2, 21*) cap. 9 § 1 – § 4 *Liuius 18* (*cf. Eutr. 2, 21*), *sed haec § 4* audacis facti conscius *Vergilii sunt Aen. 11, 812*

EXPILATORES 4 oppressa est — 6 miraculo fuit *compilauit Paulus 41 not. lin. 9 — text. lin. 26*

1 costorum *R*ª corporum *L* 2 hic *R*ᵇ*h* || qui *R*ᵇ*h* 3 unus *R* || ictus *L*; silicum crebris et ponderoris uerberibus procubuisse *serpentem ex Liuio narrat Valerius Max.* 4 circumuenta *R*ᵇ*h* || opprassa *D* oppressus *R*ᵇ 5 c·xxx *R* 6 aliquandiu *RD* 7 aduersus *R* || id est *om. pag. extr. D* || hasdrybales *LR* hasdrubalis *D* 8 *inter* accitum *et* ex *octo uel nouem litt. er. R* || hamilcarem] *L* amylcharem *R* amilcarem (a *in ras. m. 1*) *D* 9 karth- *R* || decim septem *D* xvii *R* 10 capta] campa *D* || v *R* || decim et octo *D* x et octo *R* || elepanti (p *in* ph *m. 1*) *D*; elephanti *ante* decem et octo *traiecit h* || abduccionem cessere (*omissis* ti oppida *usque ad* in dedi) *D* 11 oppida (a *ex* i *al. m.*) *R* || ·lxxx· et duo *L* lxxxii *R* || dedi..tionem *R* 12 karth- *R* || belles *R*ª 13 recolo *D* || intollerabiles (*pr.* l *er.*) *R* tolerabelis *D* || condicionis *D* conditiones *R* 14 totius rati *L* adiurati (*in mg.* *l* tutius rati) *R* 15 praetio *LR*ª praecio *D* || spanorum *D* 16 grecorum *R* || comparanda *R*ᵇ

paranda duxerunt. itaque Xanthippum Lacedaemoniorum regem 2
cum auxiliis accitum, ducem bello praefecerunt. Xanthippus,
inspectis Poenorum copiis atque in campum deductis, longe in
melius mutato apparatu pugnam cum Romanis conseruit. ingens 3
ibi ruina Romanorum uirium fuit: nam triginta milia militum
Romanorum in illa tunc congressione prostrata sunt. Regulus
ille dux nobilis cum quingentis uiris captus est et in catenas
coniectus decimo demum anno Punici belli nobilem triumphum
Carthaginiensibus praebuit. Xanthippus tam audacis facti con- 4
scius re|rum instabilium mutationem timens ilico ex Africa p. 239
migrauit in Graeciam.

Igitur Aemilius Paulus et Fuluius Nobilior consules audita 5
captiuitate Reguli et clade exercitus Romani transire in Africam
cum classe trecentarum nauium iussi Clipeam petunt. eo con-
festim Carthaginienses cum pari classe uenerunt; nec differri
potuit nauale certamen. centum et quattuor naues Carthagini- 6
ensium demersae, triginta cum pugnatoribus captae, praeterea
triginta et quinque milia militum ex ipsis caesa sunt; Roma-
norum autem nouem nauibus depressis mille centum periere
milites. consules apud Clipeam castra posuerunt. duo Han- 7
nones imperatores Poenorum eo rursus cum magno exercitu

AVCTORES § 5 — § 9 *Liuius 18* (*cf. Eutr. 2, 22 et ad* § 8 *Periocha*)

1 xantippum (x *ex* c) *R* xant ipsum *D* || lacedem- (e *pr. in ras. al. m.*) *R* lacaedaem- *D* || regem] *debuit* ducem *ut est in Periocha* 2 xantippus (x *ex* c) *R* xantippis *D* 4 inseruit *L* 5 romanarum *R*[2]*Gh male* || xxx *R* || militum romanorum] *L* militum *D* romanorum *Rv* 6 in illa tunc *om. D* 7 D *R* || et *s. u. add. a m. 1*[b] *in L* 9 karth- *R* || xantippus *RD* || tam audacis facti *om. D* || conscios *L* concius *D* 10 stabilium *L* || illico *D* || afriga *D* 11 greciam *R* 12 et *om. D* || fuluius] fabius *R*[2] 13 romani] romã *D* || afrigam *D* 14 naui uium *D* || clipeam] *L* clypeam *R* clepeam *D* || eo] & *R* 15 karth- *R* || differri *in ras. m. 1 D* deferri *L* 16 c et IIII· *R* || karth- *R* 17 tregenta *D* xxx *R* || praeteria *R*[a] 18 triginta et quinque] *L* xxx & u· *R* tregenta et quinque *D* 19 VIIII *R* || nauibusl *R* || ·I·c· *R* 20 clipeam] *LD* clypeam *R* 21 ponorum *L*[a] || rursum *R*

conuenerunt proelioque commisso nouem milia militum per-
8 diderunt. sed — ut tunc apud Romanos numquam diuturna
felicitas erat et qualescumque successus magnis continuo ma-
lorum molibus obruebantur — cum Romana classis ad Italiam
praedis onusta remearet, infando naufragio euersa est: nam
de trecentis nauibus ducentae uiginti perierunt, octoginta uix
9 abiectis oneribus liberatae sunt. Hamilcar dux Poenorum cum
exercitu in Numidiam Mauretaniamque missus postquam ho-
stiliter cruenteque in uniuersos egit, cur Regulum libenter
suscepisse dicerentur, mille argenti talentis et uiginti milibus
boum reliquos condemnauit; principes autem omnium popu-
p. 240 lorum pa|tibulo suffixit.

10 Tertio anno — sicut semper indomitus furor cito periculorum
obliuiscitur — Seruilius Caepio et Sempronius Blaesus consules
ducentis sexaginta nauibus in Africam transgressi uniuersam
oram maritimam, quae circa Syrtes iacet, depopulati sunt atque
in superiora progressi captis euersisque ciuitatibus plurimis
11 ingentem praedam ad classem deuexerunt. inde cum ad Italiam
redirent, circa Palinuri promuntorium, quod a Lucanis monti-
bus in altum excurrit, inlisi scopulis centum quinquaginta

AVCTORES § 10—§ 12 *Liuius 18* (*ad* § 10 et 12 *cf. Eutr. 2, 23 et ad* § 11 *Periocha*); *illa* § 10 semper—obliuiscitur *ignoti auctoris sententia est ab Ottone Ribbeck* (*Comic. ed. 2 p. 390 u. 311 et coroll. p.* CIII) *ad metrum suum reuocata sic:* Furór indomitus címo pericli oblíscitur

1 VIIII· militum milia *R* 2 ut] *LRD* et *v* 3 et] et ad R^b 6 ducenti uiginti *D* ·CC·XX· *R* ‖ periere *D* ‖ octogenta *D* LXXX *R* 7 hamilchar *L* amilcar *D* 8 mauretaniamquæ (re *in* ri, æ *in* e) *R* mauritaniamque *D* 9 cruenteque (e *alt. in ras.*) *R* cruenterque *D* ‖ aegit (a *er.*) *R* ‖ cur] *LRD* quod *v* ‖ regolum *D* 10 XX *R* 11 bouum *D* 14 caepio] *L* (a *m.* 1^b *in ras.; fuisse uid.* o) scipio *RD* ‖ blesus $R^a D$ blessus LR^b ‖ conss· *L* ‖ cum *post* consules *add. Zh* 15 CC·LX *R* 16 ·oram (h *eras.?*) *R* ‖ sirtes *D* 17 capitis *L* 18 aduexerunt *R* ‖ etaliam *D* 19 promuntorium] LR^2 promunturium *D* promuntorum R^1 ‖ lucanis (u *in ras. al. m.*) *R* 20 inlisis *L* ‖ scopulis (u *al. m. ex* o*?*) *R* ‖ ·CL *R*

naues onerarias nobilemque praedam crudeliter adquisitam
infeliciter perdiderunt. uicit aliquando apud Romanos impro- 12
bissimam cupiditatem enormitas miseriarum: nam patres, qui-
bus iam nauticae rei pertaesum esset, decreuere ne amplius
quam sexaginta nauium classis ad subsidium haberetur Italiae;
quod quidem decretum continuo adacti indomita cupiditate
ruperunt. praeterea Cotta consul in Siciliam transgressus plu- 13
rimis proeliis aduersum Poenos et Siculos terra marique
pugnauit et per totam Siciliam partim hostium, partim etiam
sociorum inhumatas strages reliquit.

L. Caecilio Metello C. Furio Placido consulibus Hasdrubal 14
nouus Carthaginiensium imperator cum elephantis centum
triginta et equitum peditumque amplius triginta milibus Lily-
baeum uenit ex Africa et continuo cum Metello consule apud
Panormum pugnam conseruit. sed Metellus uim magnam 15
beluarum timens prius eas magno usus consilio uel in fugam
uel in mortem egit et sic facile quamuis magnam uim hostium
superauit: xx milia Carthaginiensium in eo proelio caesa sunt,
elephanti quoque sex et uiginti interfe|cti centum et quattuor p. 241
capti et per Italiam ducti maximum Italicis gentibus specta-
culum praebuerunt. Hasdrubal cum paucis Lilybaeum profugit
atque absens a Poenis capitis damnatus est.

AVCTORES § 13—§ 15 *Liuius libro ut uid. 18* (*ad* § 14 et 15 *cf. Eutrop. 2, 24, ad* § 15 *Periocha*)

2 romanos (o *alt. ex* u *?*) *R* romanus *D* || inprobissimam *R* 3 inormitas R^a inhormitas (h *rasura factum ex* b *?*) *D* 5 LX *R* || clasis R^a 8 aduersū (ū *ex* us *ut uid.*) *R* || sicolus *D* 9 patim R^a 10 sotiorum R^1 11 lucio *LDR*^{b} luceo R^a || caelo *D* || metello *om. L* ometello *D* || g̅· *L* gaio *RD* || placido] *LR* (*item Eutropius*) placito *D*, Pacilo *corr. Fabricius sh* || cons̄s̄· *L* 12 karth- *R* || inperatur *D* || elephantes R^a || centum tregenta *D* CXXX· *R* 13 equitum (*sed* e *s. s.*) *R* || trigenta *D* XXX *R* || lylybeum *R* lilibeum *D* 14 cum] cō R^a 15 phanormum *sed* h *erasa L* poenorum *D* 18 ·X̅X̅· milia *L* XX milia *R* uiginti milia *D* || karth- *R* 19 elepanti R^a || sex et XX· *R* || ·c & IIII (IIII *in ras.*) *R* 21 lylybeum *R* lilibeum *D* || confugit *L solus* profugit *ceteri, nisi quod* profuit *K* fugit *O* 22 a *in ras. m. 1 D* || capite *D* captus *LNO* || dampnatus (p *erasa*) *R*

10 Post haec fessi tot malis Carthaginienses petendam esse pacem a Romanis decreuerunt. ad quam rem Atilium Regulum antea ducem Romanum, quem iam per quinque annos captiuum detinebant, inter ceteros legatos praecipue mittendum putauerunt: quem non impetrata pace ab Italia reuersum resectis
2 palpebris inligatum in machina uigilando necauerunt. alter deinde Atilius Regulus et Manlius Vulsco, ambo bis consules, cum classe ducentarum nauium et quattuor legionibus Lily-
p. 243 baeum profecti: quod oppidum in promuntorio situm Romani obsidere conati, superueniente Hannibale qui Hamilcaris filius fuit uicti, maiore exercitus sui parte perdita ipsi aegre euase-
3 runt. post hos Claudius consul cum classe centum uiginti nauium ad Drepani portum contra hostem profectus: ubi mox

AVCTORES § 1 *Liuius 18* (*cf. Per.*), *sed illa* resectis—necauerunt *sunt Ciceronis in Pison. 19 § 43* (*cf. Val. Max. 9, 2 ext. 1*) § 2 *Liuius libro ut uid. 19* § 3—§ 8 *Liuius 19* (*cf. Per. et Eutrop. 2, 26 sq.*)

EXPILATORES 2 Regulum — 6 necauerunt] . . . sicque, ut Orosius dicit, redditus est propria uoluntate hostibus et in uincula coniectus (*cf. Oros. 4, 9 § 3*) excisis palpebris oculorum insomnis periit *Mythographus Maii Class. auct. 3 p. 77.* — *Codicis Franequerani ad Horatii Carm. 4, 5, 41 scholium ab Holdero mecum communicatum quae de Regulo narrat praescriptis his* ut enim Horosius atque historiae ferunt, *non sunt ex Orosio repetita* 5—6 *hinc* circumcisis palpebris ut (et 𝔄) usque ad mortem cruciatu intolerabili ac dolore uigilaret *Eutropianis inseruit Paulus 45, 20 sq.*

1 karthaginienses *R* carthaginenses *D* 2 pacem a romanis] *LKM* a romanis pacem (a *om. D*) *RDfsh;* pacem esse petendam a Romanis *edd. 1510 et 1542* || utilium *L* || reculum *D* 4 caeterus *D* 5 inpetrata *R* 6 palfebris *L* || illigatum *R*ᵇ || negauerunt (*sic* g *saepius*) *D* 7 a*tilius (c *uel* t *er.*) *R* || regolus *D* || uulsco] *LRD;* Vulso *corr. fsh* || bis] *LRD;* iterum *fsh* 8 IIII· *R* || LEGIONIB· (*litterae* G *uirgula inf. et* B *restauratae et* B· *in* BUS, *ligatis* us, *mutatum a m. fort. 1*ᵇ) *L* || lylybeum *R* lilibeum *D* 9 profecti sunt *Rh, in G* sunt *glossa supra scripta est a m. 2*ᵃ || promunturio *R*'*D*ᵇ promuntuo *D*ᵃ 10 hamilcharis *L* hamylcharis *R* amilcharis *D* 11 egre *L* ęg*re (ę *ex* e *al. m.*) *R* 12 |Post (st *in ras.*) *ex* post *compendio scr. R* || CXX *R* 13 drebani *D* || ubi] *LRDG*¹ ibi *post ras. G* ibique *v*

exceptus classe Poenorum superatusque est. et ipse quidem
cum triginta nauibus Lilybaeum in castra confugit, reliquae
omnes, id est nonaginta, aut captae aut demersae fuerunt;
octo milia militum caesa, uiginti milia capta referuntur. Gaius
quoque Iunius collega Claudi uniuersam classem naufragio
amisit.
Anno etiam consequenti classis Punica in Italiam transiit 4
eiusque plurimas partes longe lateque uastauit. interea Lutatius 5
cum classe trecentarum nauium in Siciliam transuectus dum
apud Drepanam ciuitatem pugnam inter primores ciet, trans-
fixo femore aegerrime, cum iam obrueretur, ereptus est. Porro 6
autem Poeni cum quadringentis nauibus magnisque copiis ad
Siciliam duce Hannone concurrunt. nec Lutatius segnior,
immo consilia Poenorum mira celeritate praeuenit. postquam p. 243
proxime sibi utrorumque classes apud Aegades insulas per
totam noctem intertextis propemodum anchoris constiterunt,
orta luce prior Lutatius signum bello dedit. crudescente pugna 7
uictus Hanno nauem auertit et dux fugae primus fuit. ali-
quanta cum eo pars exercitus sui Africam petiit, alii confugere

EXPILATORES 7 Anno—8 uastauit *exscripsit Paulus 46, 11 sq.*

1 superatus *Rv* 2 treginta *D* xxx *R* || naualibus *L* || lyly-beum *R* lilibeum *D* || reliqui omnis *D* 3 id] *L* hoc *RDv* || xc (*ante* x *numerus er.,* c *al. m. in ras.*) *R* || dimersae *LR sed* i *ex corr. m. 1 aut 2 in R* 4 xx milia *R* uiginti *D* || gaius] *LRD; immo* Lucius 5 claudii *R*[1] claudio *D* 7 sequente *D* 8 lutacius *D* 10 drepanam] *LRD,* Drepanum *v* || primores ciet] primo* re-scieret siciliae et (*er.* s; cieret *m. multo posteriore in ras.*) *R* 11 femore**| *D* || egerrime *L* aegerri*** (aegerri *linea subducta del. et* acerrime *s. s. ead. illa poster. m.*) *R* || e*reptus *R* 12 cccc *R* 13 hannona *D* || concurrerunt *R* || latutius (a *et* u *erasae et s. s.* u *et* a) *L* || senior *R*[1] 14 imo *D* || celeritate mira *v* || cæleritate *R*[a] celeri**|tate (*erasis 1 aut 2 litt.*) *D* 15 proximae *L* proximo *R* || apud aegades] *LR*[1] apud aegeades *R*[2] ad gadis *D;* ad daegates *Periochae codex Naz.* || insulas] *LR, item Periochae codex Naz.* in-sulam *Dfsh* 16 noctem (e *ex* æ *al. m.*) *R* || interextis *D* || an-choris] *LRD* 17 pugna (p *in ras.*) *R* 18 hanno nauem] hannon · autem *D* || *pone uersum* hannon—19 cum eo *m. 2 in marg. scr. est:* super *D* 19 pars] pras *D* || affricam *D* || petiit] *L* petit *RDfsh*

Lilybaeum; sexaginta et tres Punicae naues captae sunt, centum
uiginti quinque demersae, triginta duo milia hominum capta,
caesa quattuordecim milia fuere; Romanorum autem duodecim
8 naues demersae sunt. Lutatius deinde ad Erycinam ciuitatem,
quam Poeni tenebant, uenit ibique duo milia Carthaginiensium
conserta pugna interfecit.

11 Tunc Carthaginienses praecipiti festinatione ad Lutatium
consulem ac deinde Romam mittunt: orant pacem, quam
2 condicionibus ante propositis ilico consequuntur. condiciones
autem erant, ut Sicilia Sardiniaque decederent proque inpensis
p. 244 bellicis 'puri argenti tria milia talentum Euboicorum aequis
3 pensionibus per annos uiginti penderent. huius pacis condicio
habita est post annum tertium et uicensimum, ex quo bellum
Punicum primum fuerat inchoatum.

4 Quis, rogo, duarum ciuitatum unum bellum per annos tres
et uiginti gestum fando explicet, quot reges Carthaginiensium,
quot consules Romanorum, quot agmina exercituum, quantum

AVCTORES § 1—§ 3 *Liuius 19* (*cf. Per.*, *ad* § 3 *cf. Eutrop. 2, 27 et 3, 1*) § 4 *Orosius adhibito ut uid. Augustino Ciu. Dei 3, 18 princ.; illa* fando explicet *ex Vergilio Aen. 2, 361 sq. sumpta sunt*

EXPILATORES 9 condiciones — 12 penderent *excerpsit Paulus 47, 21—24*

1 lylybeum *R* lilibeum *D* || ·LX· et tres *R* || CXX·u (u *ex* II?) *R* 2 dimersae (i *in ras.*) *R* demersa&| *D* || ·XXXII· milia *L* XXXII milia *R* tregenta & duo milia *D* 3 quattuordicim *D* XIIII *R* || XII *R* 4 dimersae *R* || ericinam *D* 5 karth- *R* 7 karth- *R* 9 condicionebus *D* conditionibus *R* || consecuntur *R* || condicionis *D* conditiones *R* 10 sardiniaque (s *in ras.*) *R*; *Sardinia minus accurate ab Orosio* (*itemque ab Aurel. Vict. Vir. ill. 41*) *hic memorata: cf. Weissenborn ad Liuium 21, 1 § 5* || impensis *D* 11 talentum] *LR*[1]*D* talentorum *R*[2]𝔓*v* 12 XX *R* || conditio *R* 13 est habita *v* || post] ·đ· (*col. rubro*) Post (đ *non est pro capituli numero*) *D* || uicensimum] *L* uicensimo *D* uigensimum (n *er.*) *R* 15 tres et XX *R* 16 quot' (*apicem add. m. 1*[b] *itemque post* quot *tertium*, *post* exercituum *et* perpensa) *L* quot (t *ex* d ?) *R* || karthaginiensium *R* carthageniensium *D* 17 qui ut consules *L* || agmina (mina *atramento pallido et charact. diuersis*) *R*

numerum nauium contraxerit profligarit oppresserit? et tunc demum, si illa ad plenum perpensa uideantur, de praesentibus iudicetur.

Anno ab Vrbe condita DVII repentina subuersio ipsius Romae 5
praeuenit triumphum Romanorum; neque enim temere dixerim, quando non uel modicam laetitiam Romae superueniens repente quam grauissimus luctus oppresserit. siquidem Q. Lutatio 6
Catulo A. Manlio consulibus diuersae ignium aquarumque clades paene absumpsere Vrbem. nam Tiberis insolitis auctus imbribus et ultra opinionem uel diuturnitate uel magnitudine redundans omnia Romae aedificia in plano posita deleuit. Diuersae qua- 7
litates locorum ad unam conuenere perniciem, quoniam et, quae segnior redundatio tenuit, madefacta dissoluit et, quae cursus torrentis inuenit, inpulsa deiecit. aquarum grauissimam 8
cladem grauior ignis secuta uastatio est; qui ignis, incertum unde surrexerit, plurimas ciuitatis partes peruagatus cum hominum domorumque miserabilem stragem fecit tum etiam tantum opum uno consumpsit incendio quantum plurimae et peregrinae uictoriae conferre non possent. dehinc cum omnia 9
in circuitu fori popularetur, 'aedem Vestae corripuit, et ne p. 245
sibi quidem dis subuenientibus ignem illum, qui aeternus putabatur, temporarius ignis oppressit; unde etiam Metellus, dum arsuros deos eripit, uix bracchio semiustilatus aufugit.

AVCTORES § 5—§ 9 *Liuius 19* (*cf. Periocha et Augustin. l. c.*)

1 profligari *D* || tum *v* 4 *ab* Anno *capitulum* XVIIII *incipit in D* || anno · ∂VII ************ ab urbe condita (anno · ∂VII *in ras. al. m.; fuisse potest:* anno ab urbe condita ∂VII) *R* || quingentensimo septimo *L* quingentesimo septimo *D* 5 timere *L* 7 q̄· lutatio catulo *L* quinto lutatio catulo *R* quando lutatio catolo *D; item Catulum nominat non Cerconem Cassiodorius, commistis inter se cognominibus consulis anni 512 Varr. C. Catuli et consulis anni 513 Varr. Q. Catuli, cf. Corp. Inscr. Lat. I p. 522 sq.;* Catulo *del. fsh* 8 aulo *LRD* || conss̄· *L* 9 pene R^b || absumsere *L* 10 diuturnitatē R^a 11 deleuit] deicit *D* || qualitates] aequaletatis *D* 12 pernitiem *R* 13 madefacta* *R* 16 surrex̄ *R* 17 meseriam *D* 18 consumpsit] *LRD* (psi *in ras. m. 1, ex* to*? D*) 19 conferrae R^a*D* || non] *LD, ed. 1510* uix *R ed. 1540 fsh* 21 diis *R* 23 brachio *RD* || semiustilatus] *LD* semiustolatus (o *in* u *al. m.*) *R*

10 T. Sempronio Graccho C. Valerio Falcone consulibus cum
Faliscis bellauere Romani, eoque proelio quindecim milia Fali-
12 scorum interfecta sunt. eodem anno Galli Cisalpini noui ex-
stitere hostes. aduersum quos uaria sorte bellatum est; nam
in primo conflictu Valerio consule tria milia quingenti cecidere
Romani, secundo quattuordecim milia Gallorum caesa, duo
milia capta sunt, sed ob priorem cladem triumphus consuli
denegatus est.

2 T. Manlio Torquato C. Atilio Bubulco consulibus Sardinia
insula rebellauit auctoribus Poenis. unde mox Sardi subacti
et oppressi sunt; Carthaginiensibus autem uiolatoribus pacis,
3 quam ipsi poposcissent, inferri bellum decretum est. contra
Carthaginienses pacem suppliciter poposcerunt et cum bis
missis legatis nihil profecissent, post etiam decem principibus
p. 246 bis aeque supplicantibus nec impetrarent, nouissime Hannonis,
4 minimi hominis inter lega|tos, oratione meruerunt. hoc anno
porta Iani Gemini clausa est, quia nusquam eodem anno bellum
erat; quod sub Numa solum Pompilio rege prouenerat.

AVCTORES § 10 *Liuius 20 (cf. Periocha et Eutrop. 2, 28 qui tamen* XV *Faliscorum* *p r i o r e bello a. 513 Varr., non ut Orosius posteriore a. 516 Varr., caesa esse refert)* cap. 12 § 1—§ 4 *Liuius 20* (§ 2 *cf. Per.,* § 4 *cf. Liuius 1, 19 § 3, Eutrop. 3, 3, Orosius 3, 8 § 4)*

1 t̄· *L* tyto *R* Tito *D, item pro* Ti. *Cassiodorius a 516;* Ti. *corr. h* || simpronio *D* || gracco *R* || g̅· *L* gaio *RD*; P. *corr. fsh* || falcone] *LD, item fasti Hispani a. 516* flaccone *R;* Faltone *corr. fsh* || cons̄s· *L* 2 phaliscis *L* || XV *R* || phaliscorum *L* 3 cisalpini (cis *in ras. al. m.*) *R* || extitere *LRD* 5 ualerii *Rfsh* || consulae *D* consulis (s *in ras. al. m.*) *R* || ·III̅· mil· *L* ·III· milia *R* || D *R* 6 XIIII *R* quattuor *D* 7 ob *om. D* || consul *in fine folii 80 L* 9 t̄ *L* tito *RD* || manleo *D* || g̅· *L* gaio *RD*] || bubulco] *LD* bobulco *R;* Bulbo *corr. fsh* || cons̄s· *L* cons̃ *R* 10 insula rebellauit (r *et ut uid.* e *prior in ras. al. m.*) *R* || poenes *D* || sardi (s *in ras.*) *R* 11 karth- *R* carthagiensibus *D* 13 karth- *R* 14 proficissent *R*[1] || decim *D* X *R* 15 subplicantibus *D* || inpetrarent *D* 16 oracionẽ *D* 18 solum *om. D* || populio (po *in* põ *al. m.,* u *radendo in* i *corr.*) *R* popilio *D*

Hic demum nobis tacendum est et tempora, quibus conferri 5
nostra nullo modo possunt, silentio transmitti expedit, ne
obtrectatores dierum uitae suae ad insultandum potius sibi
hoc strepitu suscitemus. ecce portae Iani clausae fuerunt, foris 6
bellum Romanorum non fuit, omnem subolem suam in gremio
suo conquiescentem Roma continens non suspirauit. et hoc 7
quando? post primum Punicum bellum; post quantum temporis? post annos CCCCXL; quamdiu? anno uno; et quid altero
subsecutum est? ut de ceteris taceam, bellum Gallicum et
Hannibal cum bello Punico secundo. ei mihi, cognouisse haec 8
et denudasse quam etiam me pudet! pax ista unius anni uel
magis umbra pacis lenimentum miseriarum an incentiuum
malorum fuit? stilicidium istud olei in medium magnae flammae cadens extinxit fomitem tanti ignis an aluit? parum aquae
frigidae ardentissimis haustum in febribus sanauit aegrotum
an potius incendit? per annos prope septingentos, id est ab 9
Hostilio Tullo usque ad Caesarem Augustum, una tantummodo
aestate Romana sanguinem uiscera non sudarunt, et inter p. 247
plurimas magnorum saeculorum aetates misera ciuitas, uere
misera mater, uix uno tempore a timore luctuum, ut non dicam
ab ipsis luctibus, conquieuit. hoc, si quisquam hominum tam 10
parum in uita sua quietis habuisset, numquid uel uixisse
diceretur? aut, si quisquam per totum annum doloribus et
cruciatibus agatur, medio autem anni ipsius spatio unum tantum

AVCTORES § 5—§ 13 *Orosius ad exemplar Augustini* (*cf. Ciu. Dei 3, 9 et 17*)

1 hic] *LRD, ed. 1510* hinc *v* 3 dierum *om. L solus* 5 sobolem R^{b} 6 hoc *om. D* 7 bellum punicum *v* 8 CCCCXL] *Rfsh* (*a principio Tulli Hostilii i. e. a. 80 ad a. 519 Varr. computasse uidetur Orosii auctor*) quadraingentos quinquagenta *D* (*idem numerus est in AKMHNGO*) ·CCCL· *L* CCCCLX *T* || alterum *D* 9 & hannibal (& h *m. 1 in ras. min.*) *D* 10 annibal R^{1} || hei R^{2} 13 fuit (t *in ras. m. 1*) *D* || stilicidium] *L* stillicidium *RD* || istud] *LD* illud *Rh* 14 extinxit] *LD* exstincxit (c *er.*) *R* 15 haustum (*ras. ante* h) *D* 16 prope] quoque *D* || ·δcc· *R* 17 tantomodo *D* 18 estate *D* aetate R^{b} 19 uere] DR^{b} ueræ R^{a} fuere *L* 22 et numquid *L* 23 si quis·quam (si q *in ras. m. 1 ex* quis) *D* 24 agatur] *LRD* angatur *v*

diem tranquillum et sine conflictationibus transigat, numquid ex eo leuamentum malorum accipiet ac non totum annum
11 miseriis deputabit? sed illi, inquit, hunc annum pro glorioso signo infatigabilis uirtutis conlocauerunt. atque utinam pro
12 obliuione calamitatis continuae praeterissent. nam sicut in corpore hominis ita demum lepra dinoscitur, si uariatim inter sanas cutis partes color diuersus appareat, at si ita se ubique diffundat, ut omnia unius coloris quamuis adulteri faciat, perit illa discretio: ita si continuus labor aequali tolerantia sine respirandi appetitu perfluxisset, intentio uoluntatis et electio
13 consuetudinis diceretur. cum autem in hoc pausillulum otii tantopere uel maiorum gaudia uel minorum studia reclinantur, profecto discernitur, et quam iucunditatem habuerit haec breuitas et quam amaritudinem illa prolixitas, hoc est, et quies illa quam grata fuisset, si diuturna mansisset, et haec incessabilis miseria quam etiam uitanda fuerit, si uitari quacumque
p. 248 potuisset.

13 ¹Anno ab Vrbe condita DXVII Hamilcar dux Carthaginiensium ab Hispanis in bello, cum aliud bellum aduersus Romanos clam pararet, occisus est.

AVCTORES § 1 Hamilcar—§ 12 *Liuius 20, unde etiam* § 6 Fabius historicus *laudatus* (§ 1 *cf. Cassiodor. Chron. ad a. 524;* § 2.5.6.11 *cf. Periocha;* § 5.6.10 *cf. Eutrop. 3, 5*)

1 conflictatibus *L* || trans*igat (*er.* s) *R* 3 [miseriis deput]abit (*quae inclusi in ras. scr. sunt statim m. 1; antepaen. litt. fuit* g) *D* || deputauit *L* || illi qui hunc R^1 illi inquit hunc R^2 4 conlogauerunt *D* collocauerunt R^b || adque *L* || utiam R^a || propliuione *D* 5 praeterissent] *LRD* 6 dinoscitur] *LRD* || inter sanas] internas *L* 7 *cutis (*er.* s) *R* 8 quamuis] quam *D* || adulteri] *LRD* adulterini *Zh* || peri*t (*er.* i) *R* 9 *in uerba* ita si *desinit quaternio* L, *eiusque paginae* (83ᵛ) *fine quattuor uersus et prope dimidius uacui sunt relicti, uidenturque fol.* 83ᵛ, 84ʳ, 84ᵛ 85ʳ *alia sed coaeua manu scr. esse D* || labor continuus *v* 10 et *om. D* 11 disceretur R^aD || pausillulum] *RA* (s *s. s. m. 1 et* u *prima in ras. m. 2, ex* x *? R*) pauxillulum *Dv* pausillum *L* || |otii (*crasis 4 fere litteris*) R^2 12 tanto|opere *D* 13 profectu R^a 15 quam] tam *R* || si *om. L* 16 quacumque (c *m. 1 in ras. ex* m) *D* quacumque arte *Rv* 18 quingentensimo (quingentesimo, e *alt. in ras. al. m. R*) septimo decimo *LR* quingentissimo septimo decimo *D* || hamilcar] *D* hamilchar *L* hamylchar *R* || karth- *R* 19 hispaniis *L* || aduersum *R*

Sequenti anno legati Romanorum ab Illyriis interfecti sunt. 2
post cum ipsis Illyriis atrocissimum bellum gestum est: in
quo multis oppidis populisque deletis reliqui se Fuluio Postu-
mioque consulibus dediderunt.

Tertio deinceps anno miseram ciuitatem sacrilegis sacrificiis 3
male potentes funestauere pontifices; namque decemuiri con-
suetudinem priscae superstitionis egressi Gallum uirum et Gal-
lam feminam cum muliere simul Graeca in foro boario uiuos p. 249
defode|runt. sed obligamentum hoc magicum in contrarium 4
continuo uersum est; namque diras illas quas fecerant exter-
norum mortes foedissimis suorum caedibus expiauerunt. si- 5
quidem L. Aemilio Catulo C. Atilio Regulo consulibus magna
formidine consternatus est senatus defectione Cisalpinae Galliae,
cum etiam ex ulteriore Gallia ingens aduentare exercitus
nuntiaretur, maxime Gaesatorum, quod nomen non gentis sed
mercennariorum Gallorum est. itaque permoti consules totius 6
Italiae ad praesidium imperii contraxere uires. quo facto in
utriusque consulis exercitu octingenta milia armatorum fuisse
referuntur, sicut Fabius historicus, qui eidem bello interfuit,
scripsit. ex quibus Romanorum et Campanorum fuerunt 7
peditum CC*L*XLVIII*I* milia ducenti, equitum uero XXVI milia
sescenti; cetera multitudo sociorum fuit. commisso proelio 8

1 legati] *immo unus sec. Polyb. et Periocham* || yllyriis (ii *radendo ex* u; *in mg. adscr.* cc [*sic*] *m. 2*) *R* 2 cum *om.* *D* || yllyriis *R* 3 fluuio *D* || postu*mioque (*er.* u) *R* 4 conss· *L* || dederunt (*alt.* e *in ras. ex* i) *D* 6 funesta *R*[1] 7 egressi] *LRD* aggressi *v* 8 greca *R* || foro (f *ex corr.*) *R* 9 contrario *D* 12 lucio *D* lutio *R* || catulo] *LRD ceterique omnes; simili errore* Paulo *Plinius n. h. 3 § 138;* Papo *corr. fsh* || c.] g. *L* gaio *RD* || conss· *L* cons *R* 13 est *om.* *LD* 15 gesatorum *R* g*esorum (*er.* o *uel* e) *D* 17 traxere *L* || quo] qui *D* 18 con**soles (*er.* s *et inchoata* p *ut uid.*) *D* || exercitus *D* || ðcco *R* 20 scribsit *L* 21 CCLXXXXVIIII cc] *Mommsen, Hermes 11 p. 53;* CCCXLVIIII cc *T* ccc·XL·octo milia·ducenti *L* ccc·XLVIII milia cc *R* trecenta quadraginta octo milia ducenti *D* || *equitum *R* || XXUI·mil·sescenti· *L* XXVI milia ðc· *R* uiginti sex milia sescenti *D* 22 sotiorum *R*[a]

apud Arretium Atilius consul occisus est: octingenta milia
p. 250 Romanorum, nec saltem tanta quan|ta eos terrere debuit, caesa
sui parte fugerunt: nam tria milia eorum tunc interfecta
9 historici tradunt. quod ideo ignominiosius turpiusque est, tam
paucis amissis tanta agmina diffugisse, quia se in aliis uicto-
riis non uiribus animorum praeualuisse sed bellorum prouenti-
bus prodiderunt. quis enim rogo in exercitu Romanorum cre-
10 deret numerum istum fuisse saltem, non dico fugisse? post
haec secundum cum Gallis proelium gestum est, in quo plane
quadraginta milia Gallorum trucidata sunt.

11 Sequenti anno Manlius Torquatus et Fuluius Flaccus con-
sules primi trans Padum Romanas duxere legiones. pugnatum
est ibi cum Insubribus Gallis, quorum interfecta sunt uiginti
tria milia, quinque milia capta sunt.

12 Eo deinde anno, qui huic proximus fuit, dira miseram Vrbem
terruere prodigia. miseram utique, quae hinc fremitu hostium,
inde nequitia daemonum terrebatur; namque in Piceno flumen
sanguine effluxit et apud Tuscos caelum ardere uisum est et
Arimini nocte multa lucem claram obfulsisse ac tres lunas
13 distantibus caeli regionibus exortas apparuisse. tunc quoque
magno terrae motu Caria et Rhodus insulae adeo concussae
p. 251 sunt, ut labentibus uulgo tectis ingens quoque ille colos|sus

AVCTORES § 13 *Liuius 20 aut Eus. 1793*

EXPILATORES 11 Sequenti—14 capta sunt *exscripsit Paulus 49* 15 Eo—20 apparuisse *compilauit Paulus 49*

1 aput *L* || arretium] *LRD* || altilius R^a || ɔccc *R* || $\overline{\text{mil}}$· *L* 2 saltim R^1D 3 partæ *R* || eorum *om. D* 4 ignominiosuis *D* 6 uiri*us (*er. una litt., non* b) *D* 8 saltim R^1D^b salutim D^a 9 cum *om. L* 10 XL *R* || $\overline{\text{mil}}$· *L* 11 ano R^a || $\overline{\text{conss}}$· *L* 12 legionis R^a 13 subribus *R* || $\overline{\text{XXIII}}$·$\overline{\text{mil}}$· *L* XXIII milia *R* $\overline{\text{XXIII}}$ 𝔓 $\overline{\text{XXXIII}}$ *TO* 14 quinque milia] sex||milia *D* v̄ 𝔓 16 misera *D* 17 *piceno* (*bis er.* s?) *R* 18 sanguinem 𝔓 || thuscos *L* 19 noctē *R* || obfulsisse] *L* offulsisse *MNO* effulsisse *RDv* 20 extortas *L* 21 charia *LR* 22 colussus *L*

rueret. eodem anno Flaminius consul contemptis auspiciis, 14
quibus pugnare prohibebatur, aduersum Gallos conflixit et uicit.
in quo bello nouem milia Gallorum caesa, decem et septem
milia capta sunt.
Post hoc Claudius consul Gaesatorum triginta milia deleuit, 15
ubi etiam ipse Virdomarum regem in primam aciem progressus
occidit: et inter multa Insubrium, quos ad deditionem coegerat,
oppida Mediolanium quoque urbem florentissimam cepit.
Deinde Histri noui hostes excitati sunt: quos Cornelius 16
Minuciusque consules multo quidem Romanorum sanguine subegerunt. emergit hic paululum antiquus ille Romanorum im- 17
probae laudis etiam de parricidiis appetitus. nam Fabius Cen- 18
sorius Fabium Buteonem filium suum furti insimulatum interfecit: dignum scilicet facinus, quod pater uel parricidio plectendum duceret, quod ne leges quidem nisi multa pecuniae
aut summum exilii circa quemlibet hominum censuerunt. p. 252
[1]Anno ab Vrbe condita DXXXIIII Hannibal Poenorum im- 14
perator Saguntum florentissimam Hispaniae ciuitatem, amicam

AVCTORES § 14—§ 16 *Liuius 20* (*cf. Periocha et Eutrop. 3, 6*) § 18 *Liuius 20* cap. 14 § 1 Hannibal *sqq. Liuius 21, 5.7.5.7.8—11.7 § 3; 15 § 3; illud* amicam *fort. sumptum ex Eutropio 3, 7 aut Augustino C. D. 3, 20*

EXPILATORES 10 *sq. hinc* ac multo Romanorum sanguine fuso *Eutropianis inseruit Paulus 53, 1*

1 flamminius *R* || consol *D* || contemtis *D* 2 conflixit] pugnauit *D* 3 bello nouem milia gallorum] bello rum *D* || VIIII *R* || X et VII *R* 5 gesatorum (s *in* ss *corr.*) *R* || XXX· milia *L* XXX milia *R* 6 progressū R^2 8 mediolanium] *LD* mediola∗num (n *ex* m) *R* 9 histri] *LR* histrii *D* || exercitati *D* || cornilius *D* 11 emergeret *D* || imprope *D* inprobae *R* 13 puteonem *R* 14 dignum∗∗ (*er.* et) *D* 15 ne] nec R^2 || multam *L* 16 summum] *L* summū (ū *in* a *corr. al. m.*) *R* ad summum G^3 (ad *m. 2ª in principio glossae quae a m. 3 excepto* ad *erasa*) *v; summa TOE* 17 D mo·XXX mo·quarto *L* DXXXIIII *R* quingentisemo trecensemo quarto *D; fort. scripsit* DXXVIIII, *nam 4, 20 bellum Punicum secundum anno 546 finitum, gestum autem esse dicit annis* XVII 18 sag∗ntum (*er.* y ? *1 s. s.* v) *R* sacundum *D* || spaniae *D* || uiuitatem *D*

populi Romani, primum bello inpetitam, deinde obsidione cinc-
tam et fame excruciatam omniaque fortiter contemplatione
fidei, quam Romanis deuouerant, digna indignaque tolerantem
2 octauo demum mense deleuit. legatos Romanorum ad se
3 missos iniuriosissime etiam a conspectu suo abstinuit. exinde
odio Romani nominis, quod patri Hamilcari, cum esset nouem
annos natus, fidelissime alias infidelissimus ante aras iura-
uerat, P. Cornelio Scipione et P. Sempronio Longo consulibus
Pyrenaeos montes transgressus inter ferocissimas Gallorum
gentes ferro uiam aperuit et nono demum die a Pyrenaeo ad
4 Alpes peruenit; ubi dum montanos Gallos, repellere ab ascensu
obnitentes, bello superat atque inuias rupes igni ferroque
rescindit, quadriduum commoratus quinto demum die cum
5 maximo labore ad plana peruenit. fuisse tunc exercitum eius
p. 253 in centum milibus peditum et uiginti milibus equitum de-
6 finiunt. Scipio consul Hannibali primus occurrit commissoque

AVCTORES § 2—§ 5 *Liuius 21, 9.1.4 § 9; 6.24.30 § 5; 35 § 4; 32—34.37.34 § 4; 38 § 1; 37 § 6; 38 § 2;* § 3 *errauit quod* a Pyrenaeo ad Alpes *pro* a radicibus in iugum Alpium *scripsit* § 6 *Liuius 21, 39.46; sed pleraque exscripta ex Eutropio 3, 9 uidentur et illa* filium admodum praetextatum . . ab ipsa morte *ex Floro 2, 6 § 10*

EXPILATORES 6 patri—7 iurauerat *compilata Eutropianis intexuit Paulus 53, 13—15* 16 Scipio — p. 245, 8 euasit *compilauit comm. Bern. Lucani 2, 46*

1 r̄· *L* || bello *om.* R^1 3 deuouerant] LDR^2v deuorant R^1 deuouerat *TOh* 5 conspectu* *R* 6 amylchari *R* amilcari *D* 7 annis (*fort.* i *deleta et* o *ante* s *inserta, m. 1*) *D* || infelissimus *D* || ante] ad 𝔓 8 publio *R* plublio (l *del. m. 1*) *D* (*sic* porco KM^1) || cornilios|cupilione *D* || p̄· *L* publio *RD* (*sic* parco *KM*); Ti. *corr. fsh* || simpronio *D* || longio *R* || conss̄· *L* consules (*in* -libus *corr.*) *R* consule *D* 9 pyreneos *L* pireneos *D* pyreneum *R* || montem *R* 10 ſdie *R* || pyreneo *LRD* 11 ab ascensu] DR^2 ob ascensu *L* *om.* R^1 12 inuia *D* || ferroque (e *pr. ex* o) *R* 13 quadriduum] *LRD* (d *prior in* t; *al. m. supra* um *scripsit* ł o *R*) || quinta *R* || die] dei *D* 15 in centum] *LD* in·c· *R*, in *om. v* || milibus] *LR* milia *Dv* millium *v* || ·x̄x̄· milibus *L* xx milibus *R*, uiginti millium *v* || *equitum *R*

proelio apud Ticinum ipse grauiter uulneratus per Scipionem
filium admodum praetextatum, qui post Africanus cognominatus est, ab ipsa morte liberatus euasit. caesus est ibi omnis
paene Romanus exercitus. pugnatum deinde eodem consule ad 7
flumen Treuiam iterumque Romani pari clade superati sunt.
Sempronius consul cognito collegae casu a Sicilia cum exercitu
rediit; qui similiter apud eundem fluuium congressus, amisso
exercitu paene solus evasit. in eo tamen bello etiam Hannibal
sauciatus est. qui postea, cum in Etruriam primo uere trans- 8
iret, in summo Appennino tempestate correptus, biduo continuo inmobiliter cum exercitu niuibus conclusus et onustus
obriguit. ubi magnus hominum numerus, iumenta conplurima,
elephanti paene omnes frigoris acerbitate perierunt. at uero 9
alter tunc Scipio, frater consulis Scipionis, in Hispania plurima
bella gessit, Magonem quoque Poenorum ducem bello uicit
et cepit.

AVCTORES § 7 *Liuius 21, 51—57 (cf. Periocha); Eutrop. 3, 9 (quo seductus alteram apud Trebiam pugnam perperam finxit)* § 8 *Liuius 21, 58; 56 § 6 (cf. Orosius 4 pr. § 8)* § 9 *Liuius 21, 60 (ubi* Magonem *pro* Hannone *memorat eodem quo Periocha errore)*

EXPILATORES 1 apud Ticinum *Eutropianis inseruit Paulus 54, 24* 1 per Scipionem filium *et* 3 liberatus *compilauit Eutropianisque inseruit Paulus 54, 25 et 55, 2* 3 caesus — 4 exercitus *expressit inter Eutropiana Paulus 54, 25* 4 pugnatum — 5 superati sunt *exscripsit Paulus 55, 3. 4* 7 *hinc Eutropio quoque adscito* apud eundem amnem *Paulus 55, 5* 7 amisso — 13 perierunt *exscripsit Paulus 55, 5—11*

1 ticenum *D* || uulneratu* (*er.* r *? et s. s. al. m.* s) *R* 3 omnis p*ene *R*ᵇ omnes *D* paene omnis *v* 4 romanus exercitus] exercitus paenae romanus *D* || deinde est 𝔓 5 treuiam] *LR*¹𝔓 triuiam *R*² treuam *D* 6 a *s. s. in L* || siciliam *L* 7 redit *D* 8 pene *R*ᵇ 9 postea cum] posteaquam 𝔓 || etruriam] netruriam *D* 10 appennino] *LRD* 11 immobiliter *D* || cum *R* || exercitus *R*ᵇ || conclusus] inclusus est *R* 12 conplurima] *LRD*𝔄 (c̄pl- *R*) cumplurima 𝔅 13 elephanti] elephanti autem *RD* || pene *R*ᵇ || aceruitate *L* 14 alter tunc] *RDv* tunc alter *L solus* || consulis scipionis] *RDv* scipionis consulis *L solus* || spania *D* 16 coepit (o *in* a *al. m.*) *R*

p. 254
15 Diris tunc etiam Romani prodigiis territi sunt. nam et solis
orbis minui uisus est et apud Arpos parmae in caelo uisae,
sol quoque pugnasse cum luna, apud Capenas interdiu duas
lunas ortas, in Sardinia sanguine duo scuta sudasse, Faliscis
caelum scindi uelut magno hiatu uisum, apud Antium meten-
2 tibus cruentas spicas in corbem decidisse. igitur Hannibal
sciens Flaminium consulem solum in castris esse, quo celerius
imparatum obrueret primo uere progressus arripuit propiorem
sed palustrem uiam et cum forte Sarnus late redundans pen-
dulos et dissolutos campos reliquerat, de quibus dictum est:

et quae rigat aequora Sarnus.

3 in quos cum exercitu progressus Hannibal nebulis maxime,
quae de palude exhalabantur, prospectum auferentibus magnam
partem sociorum iumentorumque perdidit. ipse autem uni
elephanto, qui solus superfuerat, supersedens, uix difficultatem
p. 255 itineris euasit; sed oculum, quo iamdudum aeger erat, uio-
4 lentia frigoris uigiliarum ac laboris amisit. ubi uero proximus
castris Flaminii consulis fuit, uastatione circumiacentium lo-
5 corum Flaminium in bellum excitauit. haec pugna ad Trasu-
mennum lacum facta est. ubi exercitus Romanus infelicissime
arte circumuentus Hannibalis funditus trucidatus est; ipse

AVCTORES § 1 *Liuius 22, 1* § 2 et § 3 *usque* reliquerat *Liuius 22, 2—3 princ., ubi qui memoratur* fluuiusarnus (*22, 2 § 2*) *male confusus cum Sarno ab Orosio, erroris se coarguente insuper laudatis uerbis Vergilianis Aen. 7, 738* § 4 *Liuius 22, 3—4 princ.* § 5 *Liuius 22, 4—7 princ.* (*cf. Periocha et Eutrop. 3, 9 qui aeque atque Orosius* XXV *milia caesa esse minus accurate memorat*)

EXPILATORES 1 Diris—6 decidisse *compilauit Paulus 55*

2 minu *L*[1] 3 carpenas *fsh* (*improbante h ipso*) || interdiae *D* 4 sardina *L*[1] || phaliscis *L* 7 flamminum (n *in* ni *corr. al. m.*) *R* || quod *D* || caelerius (a *er.*) *R* 8 inparatum *RD* || propi*orem (pi *ex* pri) *R* 9 cum] *LRCHT* tu| *D* tum *Gv* 12 maximę *R*[a] 13 qu*e (*fort.* a *eras.*) *L* 14 sotiorum *R* 15 supersidens (i *in* e *corr.*) *L* || difficultatem *om. L* 16 quo* (o *al. m. ex* e *et eras.* m) *R* || dudum *D* || aeger erat] *egererat (*er.* a) *R* 18 circumlacentium *D* 19 transumennum *L* trasymennum *R* transsumen *D* 21 circumdatus *L* || funditus trucidatus *om. D*

quoque consul occisus; XXV milia Romanorum in eo proelio caesa, sex milia capta referuntur. de exercitu Hannibalis duo milia ceciderunt. famosum hoc apud Trasumennum lacum 6
certamen fuit tanta clade Romana, maxime cum ita intentus pugnantum ardor extiterit, ut grauissimum terrae motum, qui tunc forte tam uehemens factus est, ut urbes diruisse, montes transtulisse, discidisse rupes et flumina retrorsum coegisse referatur, pugnantes omnino non senserint. factam ad Trasu- 7
mennum ruinam sequitur pugna Cannensis, quamuis Fabii Maximi dictatoris tempus medium fuerit, qui impetum Hannibalis cunctando tardauit.

p. 256
[1]Anno ab Vrbe condita DXL L. Aemilius Paulus et P. 16
Terentius Varro consules contra Hannibalem missi inpatientia Varronis consulis infelicissime apud Cannas Apuliae uicum omnes paene Romanae spei uires perdiderunt. nam in ea 2

AVCTORES § 6 *Liuius 22, 7 § 1; 5 § 8; fort. etiam Cicero De diuin. 1, 35 § 78 adhibitus est, sed illa* transtulisse (*sec. S. S. uelut Iob 9, 5*), discidisse rupes *Orosio ipsi debentur* § 7 'pugna Cannensis' *Liuius 22, 50 § 1* || Fabii *sqq.*] *breuis haec commemoratio eorum quae narrantur apud Liuium 22, 9 seqq. prope accedit ad Periochae et Eutropii 3, 9 uerba; illud* cunctando *posuit memor peruulgati illius uersus Enniani Ann. 313 ed. Vahlen* cap. 16 § 1—§ 3 III D *Eutrop. 3, 10; cf. Orosius 5, 5 § 7*

EXPILATORES 12 L. Aemilius — p. 248, 1 sunt, 4 consul Aem. P., 5 interf., 7 Varro—8 fugit, 9 Hannibal—13 detraxerat *compilauit commentator Bernensis Lucani 2, 46*

1 XXU · mil· *L* uiginti quinque milia *D* 2 UI mil· *L* VI milia *R* || exercitu] exercitu uero *v* || duo mil · *L* 3 caeciderunt *LR*ᵃ || apud] *LRD* ad *fsh* || trasymennum *L* transsumennum *D* transimennum (n *prima erasa*) *R* 4 maximę *R*ᵃ maximae *D* 5 pugnantum] *LD* pugnantium *R* || ardor *om. L* || extiterit] *LR* extetiret *D* 6 tun (c *al. m. s. s.*) *R* 7 discidisse *om. D* || retrossum *D* 8 senserunt *D* || trasymennum *LR* (t *in* th *mut. L*) transsumennum *D* 9 conensis *R* canenser *D* || tabii *D* 12 cccc · mo · XL · mo (D *supra* cccc *scr. m. rec.*) *L* quingentisemo quadraginsimo *D* || lucius *RD* || p̄· *L* publius *R*ᵇ*D* pulius *R*ᵃ, *item Eutropius;* C. *corr. fsh* 13 terrentius *R* || uarro—inpatientia *om. D* || conss· *L* 15 p*ene *R*ᵇ paenae *D* *post* uicum *aut* uires *traiectum v* || romanę (̧ *fort. al. m. add.*) *R*

pugna XLIIII milia Romanorum interfecta sunt, quamquam et
de exercitu Hannibalis magna pars caesa est. nullo tamen
Punico bello Romani adeo ad extrema internecionis adducti
3 sunt. periit enim in eo consul Aemilius Paulus, consulares
aut praetorii uiri uiginti interfecti sunt, senatores uel capti
uel occisi sunt triginta, nobiles uiri trecenti, pedestrium mili-
tum XL milia, equitum tria milia quingenti. Varro consul
4 cum quinquaginta equitibus Venusium fugit. nec dubium est
ultimum illum diem Romani status futurum fuisse, si Hannibal
mox post uictoriam ad peruadendam Vrbem contendisset.
5 Hannibal in testimonium uictoriae suae tres modios anulorum
aureorum Carthaginem misit, quos ex manibus interfectorum
6 equitum Romanorum senatorumque detraxerat. usque adeo
autem ultima desperatio reipublicae apud residuos Romanos
fuit, ut senatores de relinquenda Italia sedibusque quaerendis
p. 257 consi|lium ineundum putarint. quod auctore Caecilio Metello
confirmatum fuisset, nisi Cornelius Scipio tribunus tunc mili-

AVCTORES § 3 Varro—fugit *Liuius 22, 49 § 14* (*cf. 50 § 3; 23, 11 § 9*) § 4 *Florus 2, 6 § 19* (*cf. Liuius 22, 51 et 26, 7 § 3*) § 5 *Eutrop. 3, 11* (*ad* interfectorum *cf. Valer. Max. 7, 2 ext. 16 et Periocha 23*) § 6 *Liuius 22, 53* (*cf. Periocha*)

EXPILATORES 7 Varro—10 contendisset *exscripsit Paulus 57 sq.* 15 senatores — p. 249, 3 ab inferis *expressit Paulus 63, 26 - 64 not. lin. 2*

1 XL·IIII·milia· *L* XLIIII (UII *pro* IIII *legi potest*) milia *R* quadraginta quattuor milia *D* || romanorum I| (I *linea deletum*) *L* || quanquam R^b 3 extrema (a *in* æ *al. m.*) *R* || internætionis (æ *in* e) *R* internicionis *D* || adducti (u *in* i) *R* 4 periiit (ii *ex* ui) *D* || eo] eo bello *R* || *haec* consul aemilius paulus *om. D* 5 aut] et R^1 || praeturii (r, *fort.* ae *quoque, in ras. m. 1*) *D* || XX *R* 6 trigenta *D* XXX *R* || CCC *R* 7 XL· milia *L* quadraginta milia *D* || *equitum *R* || quingenti] ∂ *R* 8 quinq; ginta (ua *supra* q; *scr. al. m.*) *R* || *equitibus *R* || uenusium] *LRD*𝔓 (uenesium 𝔅); Venusiam *corr. fsh* || fuigit *D* || ne[c] *R* 9 ultimū! (*corr. m. 1, ex* —us ?) *R* 10 post *om. L* 11 uictuae *D* || anolorum *D* 12 karth- *R* 13 *equitum *R* 14 reip̄· *L* 15 reliquenda R^a || sedibus R^a 16 putarent *D* 17 cornilius *D*

tum, idem qui post Africanus, destricto gladio deterruisset ac
potius pro patriae defensione in sua uerba iurare coegisset.
Romani ad spem uitae quasi ab inferis respirare ausi dicta- 7
torum Decimum Iunium creant: qui dilectu habito ab annis
decem et septem immaturae inordinataeque militiae quattuor
legiones undecumque contraxit. tunc etiam seruos spectati 8
roboris ac uoluntatis uel oblatos uel, si ita opus fuit, publico
pretio emptos sub titulo libertatis sacramento militiae adegit.
arma, quae deerant, templis detraxerunt, egenti aerario pri-
uatae opes refusae sunt. ita equester ordo, ita plebs trepida
oblita studiorum in commune consuluit. Iunius quoque dictator 9
antiquum Romanae miseriae factum recolens, pro supplemento
exercitus edicto uelut asylo patefacto homines quicumque sce-
leribus ac debitis obnoxii essent impunitate promissa militiae
mancipauit; quorum numerus ad sex milia uirorum fuit. Cam- 10
pania uero uel potius omnis Italia ad Hannibalem desperata
penitus Romani status reparatione defecit. post hoc L. Po- 11
stumius praetor aduersus Gallos pugnare missus cum exercitu
caesus est.

Deinde Sempronio Graccho Q. Fabio Maximo consulibus Clau- 12

AVCTORES § 7 et § 8 *Florus 2, 6 § 23—25; Liuius 22, 57; cf. Augustin. C. D. 3, 19* § 9 *Liuius 23, 14; cf. Augustin. l. c.* § 10 *Liuius 22, 61; 23, 1—10; 11 § 11* § 11 *Liuius 23, 24 § 6; cf. Periocha* § 12 *Liuius 23, 30 § 18; 31 § 15; 30 § 19; 23, 44—46 (cf. Per.)*

EXPILATORES 20 Deinde—p. 250, 3 superari *exscripsit Paulus 59*

1 post] *LD* postea *Rv* || districto *RDv* 4 decemum *D*; *immo* Marcum || dilecto *L* delectu *R* delecto *D* || ʰabito *R* 5 inmaturae *RD* || ·IIII· *R* 6 spectatio *D* 8 praetio *R*ᵃ || emtos *D* 9 aegenti *R* 10 Itę quaester (ter *in ras.*) *R* || plebi *L* 11 consiluit *R*¹ 12 factum] statum (sta *in ras.*; *s. s.* factū) *R* || colens *L* || suplemento *R* 14 esse *L* || inpunitate *RD* 15 campania* *R* 16 potius *om. L* 17 paenitus *sed* a *erasa R* || post] *sic* pꝰ *R* || lucius (lu *in ras. m. 1 D*) *LRD* || pꝯumus (pꝯ *in* post *mut. et* m *in* mi *corr. al. m.*) *R* 18 aduersum *D* || pignare *R*ᵃ 20 semphronio *R* simpronio *D* || gracco *R*ᵃ || quinto *RD* || faboo (*sed prior* o *expuncta m. 1*) *D* || conss̄· *L*

p. 258 dius 'Marcellus expraetore proconsule designatus Hannibalis
exercitum proelio fudit primusque post tantas reipublicae rui-
13 nas spem fecit Hannibalem posse superari. Scipiones autem in
Hispania Hasdrubalem Poenorum imperatorem ad Italiam exer-
citum conparantem grauissimo bello oppresserunt; nam XXXV
milia militum de exercitu eius uel caede uel captione minu-
14 erunt. Celtiberos milites, quam primam externam manum Ro-
mani in castris habere coeperunt, pretio sollicitatos ab hostium
15 societate in sua castra duxerunt. Sempronius Gracchus pro-
consule ab hospite suo Lucano quodam in insidias inductus
16 occisus est. Centenius Penula centurio decerni sibi ultro bellum
aduersum Hannibalem petiit: a quo cum octo milibus militum,
17 quos in aciem eduxerat, caesus est. post hunc Cn. Fuluius
praetor ab Hannibale uictus amisso exercitu uix euasit.
18 Pudet recordationis. quid enim dicam improbitatem magis
an miseriam Romanorum? immo uerius uel improbam miseriam
19 uel miseram improbitatem. quis credat eo tempore, quo ae-
rarium populi Romani egenam stipem priuata conlatione po-

AVCTORES § 13 *Liuius 23, 26—29 (cf. Per.) et Eutrop. 3, 11*
§ 14 *Liuius 24, 49 § 7 sq.* § 15 *Liuius 25, 16 (cf. Per.)*
§ 16 *Liuius 25, 19 (cf. Per.)* § 17 *Liuius 25, 21 (cf. Per.)*
§ 18—§ 21 ***Orosius in uniuersum duce usus Floro 2, 6 § 31 et 32, ad***
§ 20 ***autem Eutropio 3, 13 compilato***

EXPILATORES 11 Centenius—14 euasit *exscripsit Paulus 60*

1 metellus *L* || designatus] dies natus *R*[1] 2 post] pɜ *in* pɜ (ost) *al. m. mut. R* || reip̄· *L* || runas *R*[a] 3 pem *D* || annibalem *D* || pse *R sed s. s.* os (o *m. 1*, s *m. 2*) *R* 4 hispanias *L* || etaliam *D* 5 comparantem *R*[b]*D* || x̄x̄x̄ū· milia *L* xxx-v milia *R* treginta quinque milia *D* 6 capcionem inueni|runt *D* 7 c*ethiberos (*ante* t *s. s.* l *m. 1*) *R* celthiberus *D* 8 praetio *LR*[a] praecio *ut fere ubique D* 9 castra sua *v* || simpronius *D* 10 quodam *om. m. 1 sed s. u. add. m. 2 L* 11 centyrio *L* 12 petit *D* || VIII milibus (*er.* li *ut uid.*) *R* || militū! (˜ *m. 1; pone* ū *rasura*) *R* 13 in *om. R*[a] || aciae *R*[a] aci*e *R*[b] || gn̄· *L* gneus *RD* 15 inprobitatem *R* 16 an] ac *D* || uel improbam] *DR* (inpr- *R*) uelutiprobam *L* 17 inprobitatem *RD*[b] || ę*rarium *R* aerrarium *D* 18 p̄r· *L* || *egenam *R* || priuatam *D* || collatione *R*[b] conlaciones *D* || poscibat *R*[a]

scebat, miles in castris non nisi aut puer aut seruus aut sceleratus aut debitor et ne sic quidem numero idoneus erat, senatus in curia omnis paene nouicius uidebatur, postremo cum ita inminu|tis fractisque omnibus desperabatur, ut con- p. 259
silium de relinquenda Italia subiretur: — eo tempore, cum 20
unum domesticum, ut diximus, bellum ferri nullo modo posset, tria insuper transmarina bella fuisse suscepta? unum in Macedonia contra Philippum potentissimum Macedoniae regem, alterum in Hispania contra Hasdrubalem Hannibalis fratrem, tertium in Sardinia contra Sardos et alterum Hasdrubalem Carthaginiensium ducem; extra hoc quartum Hannibalis, quo in Italia premebantur. et tamen fortis in alterutrum desperatio 21
in meliora profecit, nam in his omnibus desperando pugnarunt, pugnando uicerunt. ex quo euidenter ostenditur non tempora tunc fuisse tranquilliora otiis, sed homines miseriis fortiores.

Anno ab Vrbe condita DXLIII Claudius Marcellus Syracusas 17
opulentissimam urbem Siciliae secunda oppugnatione uix cepit, quam cum iam pridem obsedisset, Archimedis Syracusani ciuis admirabili ingenio praediti machinis repulsus expugnare non potuit. decimo |anno post quam Hannibal in Italiam uenerat, 2
Cn. Fuluio P. Sulpicio consulibus Hannibal de Campania mouit p. 260

AVCTORES § 1 Claudius *sqq.* **Liuius 25, 23—31; 24, 33 et 34* § 2 decimo—consulibus Hannibal *Eutrop. 3, 14* § 2 de Campania *sqq.* et § 3 *Liuius 26, 7.9—10, a quo tamen illa* § 3 matronae *sqq. aliena sunt (cf. 26, 9 § 7), fortasse secundum Silium Ital. 12, 593 efficta (cf.* pro muris)

EXPILATORES 21 Hannibal — p. 252, 2 uia Latina *exscripsit Paulus 61, 33—62, 2*

2 nec *D* || si R^a 3 poenae *D* pene R^b || nouicius] *LRD* 4 fractis inminutisque *L solus* || imminutis *D* || desperabatur] *LD* desperaretur *R* || ut] in R^a 6 bellum ut diximus *v* 7 machedonia R^1 8 phlippum *D* || machedoniae LR^1 9 spania *D* 11 karth- *R* 12 premebatur (n *pone* a *s. s. m. ut uid. 1*) *L* praemebantur (a *prior er.*) *R* 16 urbe* (*er.* m ?) *R* || condita (a *ex* ā) *R* || D·mo·XL·mo·tertio *L* quingentisemo quadragen**simo tercio (*er.* te) *D* || siracusas *D* 17 caepit (a *in ras.*) *R* 18 siracusani *D* 19 mchinis (*sic*) *D* || repulsis *R* 20 hanibal R^a 21 gn̄· *L* gneo *RD* || publio *R* & *D* || sulpitio *R* || cons̄s· *L* consuls· *R*

exercitum et cum ingenti clade omnium per Sedicinum Sues-
sanumque agrum uia Latina profectus ad Anienem fluuium
tribus milibus ab Vrbe consedit incredibili totius ciuitatis
3 metu, cum senatu populoque diuersis curis trepido matronae
quoque amentes pauore per propugnacula currerent et con-
uehere in muros saxa primaeque pro muris pugnare gestirent.
4 ipse autem cum expeditis equitibus usque ad portam Collinam
infestus accessit, deinde omnes copias in aciem direxit. sed
et consules Fuluiusque proconsule non detrectauere pugnam.
5 at ubi expositae utrimque acies constiterunt, in conspectu
p. 261 Romae praemium uictoris fu|turae tantus se subito imber e
nubibus grandine mixtus effudit, ut turbata agmina uix armis
6 retentis in sua se castra colligerent. deinde cum serenitate
reddita in campum copiae atque in aciem redissent, rursum
uiolentior fusa tempestas maiore metu mortalium audaciam
7 cohercuit territosque exercitus refugere in tentoria coegit. tunc
conuersus in religionem Hannibal dixisse fertur, potiundae sibi
Romae modo uoluntatem non dari, modo potestatem.

8 Respondeant nunc mihi obtrectatores ueri Dei hoc loco:
Hannibalem a capessenda subruendaque Roma utrum Romana *a*bs-

AVCTORES § 4—§ 7 *Liuius 26, 10 § 3; 11 § 1—§ 4;* § 4 *cf. Eutrop. 3, 14* (accessit) § 8—§ 11 *Orosius, fort. abusus Floro 2, 6 § 45*

1 sedicinum] *L* sedecinum *R*𝔓 sidicinum *Dv* || suessanorumque *D* 3 trib. milib. *L* 6 muros] muris *LGO*, humeris *T* || pro] per *L* 7 autem (aut *m. 1 in ras.*) *D* || *equitibus *R* 8 dixerit *D* 9 detractauere R^1 10 utrumque *D* 11 uictores R^1 uictorus *D* || tanto *L* || se subito] subito se *R* || imber nubibus *L* nimbus con *coniunctum cum seq. D* 14 reidissent rursus *D* 15 maiorem metum *D* 16 cohercuit] *L* coercuit *RD* || territusque *LD* || exercitos R^1 17 religione L^1 religinem D^a || modo sibi romae *D* 18 non uoluntatem non *L* || dar*i (*er.* i) *D* 20 hannibalem] LR^1G^1KMN hannibali $R^2DG^2G^3v$ || a] ad *MCN* (*et deinde* capessendam -am -am *CN*) de *O om. T* || roma ⟨utrum roma⟩na *haec* utrum roma *add. m. 1 in mg. R* || abstinuit] *scripsi* obstitit *codices, v;* abstulit *coni. h*

ti*nu*it fortitudo an diuina miseratio? aut forsitan conseruati
isti dedignantur fateri, quod Hannibal et uictor extimuit et
cedens probauit ac — si istam diuinam tutelam per pluuiam 9
de caelo uenisse manifestum est, ipsam autem pluuiam oppor-
tunis et necessariis temporibus non nisi per Christum, qui est
uerus Deus, ministrari — etiam ab huiusmodi satis certo sciri
nec negari posse existimo: maxime nunc — quando ad docu- 10
mentum potentiae eius, cum siccitate turbante pluuiam poscere
adsidue contingit, et alternis uicibus nunc gentiles nunc Chri-
stiani rogant nec umquam etiam ipsis testibus factum est,
ut optati imbres superueniant nisi in die, quo rogari Christum
et Christianis rogare permittitur — procul dubio constat, ur- 11
bem Romam per hunc eundem uerum Deum, qui est Christus
Iesus, ordinantem secundum placitum ineffabilis iudicii sui, et
tunc ad futurae fidei credulitatem seruatam fuisse et nunc
pro parte sui incredula castigatam.

At 'uero in Hispania ambo Scipiones a fratre Hasdrubalis 12
interfecti sunt. in Campania Capua capta est a Q. Fuluio p. 262
proconsule; principes Campanorum ueneno mortem sibi con-
sciuerunt; senatum omnem Capuae etiam prohibente senatu
Romano Fuluius suppliciis necauit. interfectis in Hispania 13
Scipionibus cum, omnibus incusso pauore cunctantibus,

AVCTORES § 12 in Hispania—interfecti sunt *Eutrop. 3, 14* || in Campania *Liuius 26, 14—16* (*cf. Per.*) § 13 *Liuius 26, 18*

1 aut] an *edd. 1510 et 1542* || forsitam *D'* || conserua•tis•• (*er.* c, *in fine ut uid.* ti) *D* 2 annibal *R*ª 3 caedens *R*ª || *post* probauit *sententiae finis positus v, quod correxi* || ac] *L* ad *in* at *corr. R* at *in* ac *ut uid. corr. m. 1 D* at *v* || tutillam *D* 4 uenisse de caelo *D* || oportunis *RD* 5 et *om. u. extr. D* 6 huiusmodi] *cf. 6, 8 § 9* (*Grubitz*) 8 patientiae *L* 9 assidue (s *prior in ras. ex* d) *R* || nunc *ex* non *corr. R* || nunc] *sic* ñc *R* 11 obtati *R*ª || die• (*rasura m. 1*) *R* diae *D* || quo] qua *D* 13 christus iesus] xpiān· *L quod explicandum uidetur* christianus *uel* christianorum 15 fideli *L* 16 pro parte] propati *D* || credula *D* 17 spania *D* || ambos *R*ª || hasdrubalis] *LRD* hasdrubale *corr. Fabr. sh* 18 in *eras. D* || quinto *RD* 19 capuanorum (pu *in ras.*) *R* 21 suppliciis] sulpicius *R* || spania *D* 22 incusso] *Rv* incu|su *D* inconcusso *L*

Scipio se admodum adulescens ultro obtulisset et pudenda
14 penuria esset aerarii, Claudio Marcello et Valerio Laeuino
auctoribus qui tunc consules erant aurum argentumque signatum
ad quaestores palam omnes senatores in publicum contulerunt,
ita ut nihil praeter anulos singulos bullasque sibi ac filiis et
deinde per filias uxoresque suas singulas tantum auri uncias
p. 263 et argenti non amplius quam singulas libras relinquerent.
18 |Scipio annos natus uiginti et quattuor imperium in Hispaniam proconsulare sortitus, ultionem praecipue patris et
patrui animo intendens, Pyrenaeum transgressus primo impetu
Carthaginem Nouam cepit, ubi stipendia maxima, praesidia
ualida, copiae auri argentique magnae Poenorum habebantur;
ibi etiam Magonem fratrem Hannibalis captum cum ceteris
2 Romam misit. Laeuinus consul ex Macedonia rediens Agrigentum urbem Siciliae expugnauit ibique Hannonem Afrorum
ducem cepit, quadraginta ciuitates in deditionem accepit,
3 uiginti et sex expugnauit. Hannibal in Italia Cn. Fuluium
p. 264 proconsulem, XI prae|terea tribunos et XVII milia militum

AVCTORES § 14 *Liuius 26, 35 et 36* (*cf. Augustin. C. D. 3, 19 extr.*) cap. 18 § 1 *Eutrop. 3, 15; Liuius 26, 18; Florus 2, 6 § 37* § 2 *Eutrop. 3, 14* (*cf. Liuius 26, 27 sq. 40*) § 3 *Eutrop. 3, 14; Liuius 27, 1 § 12 sq.*

EXPILATORES 17 Cn. Fuluium—p. 255, 4 conpulit *exscripsit uerbis* apud Nolam *ex Eutropio insertis Paulus 60*

1 *admodum *R* || aduliscens *D* || punendȧ *L* 2 paenuria *R* || leuino *LRD* 3 argentumque signatum] argentum *D* 4 **ad (*1 uel 2 litt. eras.*) *R* || questores *R* || palam omnes senatores *om. L* || sanatoris *D* 5 bullasque] fullasque *L* 7 non *om. D* 8 scipio] scipio africanus *R* || anno *D* || uiginti et quattuor] *D* XX·et quattuor *L* XXIIII· *R* || spania *D* 9 praecipue (e *fin. ex* ę) *R* 10 pyreneum *LR* pireneum *D* || impe**tu (*er.* pe*?*) *R* 11 karth- *R* || caepit (a *in ras.*) *R* || magna *D* || praesidiaque *R*[b] 13 mogonem *R*[1] || cęteris *R*[a] 14 *misit (*er.* a) *D* || leuinus *LD* leuinius *R* || ex *om. D* || machedonia *LR*[1] || agrigemtum *D* 15 *ibique (i *pr. radendo ex* si *ut uid.*) *D* 16 caepit (a *in ras.*) *R* || XL *R* 17 XXVI *R* || italiam (*sed* m *er.*) *R* etalia *D* || gn̄· *L* gneum *RD* 18 XI· *L* undecim *RD* || et *om. fsh* || XVII *in ras., m. 1? R* decem et septem *LD*

interfecit. Marcellus consul cum Hannibale triduum continuum 4
dimicauit. primo die pari pugna discessum est, sequenti uictus
consul, tertio uictor VIII milia hostium interfecit, ipsum Han-
nibalem cum reliquis fugere in castra conpulit. Fabius Maximus 5
consul Tarentum, quae a Romanis desciuerat, iterum expu-
gnauit et cepit ibique ingentes copias Hannibalis cum ipso
duce ejus Carthalone deleuit, XXX milia hominum captiuorum
uendidit, pretia in fiscum rettulit.

Sequenti anno in Italia Claudius Marcellus consul ab Han- 6
nibale cum exercitu occisus est. Scipio in Hispania Poenorum 7
ducem Hasdrubalem uicit et castris exuit; praeterea LXXX
ciuitates aut deditione aut bello in potestatem redegit; Afris
sub corona uenditis, sine pretio dimisit Hispanos. Hannibal 8
utrumque consulem Marcellum et Crispinum insidiis circum-
uentos interfecit.

Claudio Nerone et M. Liuio Salinatore consulibus cum 9
Hasdrubal Hannibalis frater ab Hispaniis per Gallias ad Ita-
liam ueniret iussusque a Carthaginiensibus, ut fratri cum
copiis iungeretur, magna secum auxilia Hispanorum Gallorum-

AVCTORES § 4 *Liuius 27, 12—14* § 5 *Eutrop. 3, 16 (cf. Liuius 27, 16 § 7)* § 6 *Eutrop. 3, 16 (oscitanter infra § 8 de eadem re iterum ex alio auctore rettulit)* § 7 Scipio—exuit *Eutrop. 3, 15; Liuius 27, 18 et 19* || praeterea—redegit *Eutr. 3, 16* || Afris—Hispanos *Liuius 27, 19 § 2* § 8 *Liuius 27, 27 et 33 § 6.10 (cf. ad* § 6) § 9 Claudio—consulibus *ex fastis suis (cf. Liuius 27, 36 § 10)* || cum Hasdrubal—§ 10 *Liuius 27, 5 § 12; 36.38.39.49.51 § 4; 48 § 10*

EXPILATORES 11 praeterea—13 Hispanos *exscripsit Paulus 64*

1 hannibal *L* 3 octo *LD* || ostium *L* || ipsum] *LRD*𝔓 ipsumque *v* 4 compulit R^2 5 disciuerat *R* 6 copias ****** (*circiter sex litterae erasae, quarum prima* h *uel* b *fuit*) *D* 7 karthalone *R* || triginta *LD* 8 praetia LR^a || re*tulit R^b 9 ab *om.* R^1 10 exercitu suo R^2 || spania *D* || ponorum R^1 11 octoginta *LD* (LXX *Eutrop.*) 12 deditioni* (*ex* -ne ?) R^2 || redigit *D*𝔓 || afres R^a 13 praetio *L* praecio *D* || spanus *D* 14 in insidiis R^b 15 interfecit] occidit *L solus* 16 m̄· (*i. e.* marco) *L* marco *RD* || lybio *R* || cons̄s· *L* 17 *hasdrubal (*er.* u̇) *D* || hispanis LR^1D || &aliam *D* 18 iussusque a] iussus qua *D* || karth- *R*

que deduceret, cum maturato aduentu descendisse iam ex
Alpibus consulibus proditus fuisset, ab exercitu Romano igno-
p. 265 rante Hannibale prae'uentus cum omni exercitu suo interfectus
10 est. diu quidem incertus belli euentus fuit elephantis maxime
Romanam infestantibus aciem: qui a militibus Romanis, quos
11 a uolitando uelites uocant — quod genus militiae paulo ante
repertum fuerat, ut lecti agilitate iuuenes cum armis suis post
terga equitum sederent et mox, cum ad hostem uentum esset,
equis desilirent et continuo pedites ipsi, ex alia parte equitibus
per quos aduecti fuerant dimicantibus, hostem proturbarent —
12 ab his ergo uelitibus elephanti retroacti cum regi iam a suis
non possent, fabrili scalpro inter aures adacto necabantur. id
genus occidendae cum opus esset beluae idem dux Hasdrubal
13 primus inuenerat. fuit hoc proelio Poenis Metaurum flumen,
ubi Hasdrubal est uictus, quasi Trasumennus lacus et Cesena
14 Piceni ciuitas ut uicus ille Cannensis; nam L et VIII milia
de exercitu Hasdrubalis ibi occisa sunt, capta sunt $\overline{\text{V}}$ CCCC;

AVCTORES § 11 *Liuius 26, 4* § 12 *Liuius 27, 49* § 13 Metaurum flumen *Liuius 27, 47 § 9* || Trasumennus lacus *fort. adhibitus Silius It. 15, 815* || Cesena Piceni ciuitas *Eutrop. 3, 18 qui tamen Senam uocat* (*cf. Liuius 27, 46 § 4*) || Cannensis *Liuius 27, 49 § 5* § 14 *Liuius 27, 49 § 6 et 7*

EXPILATORES 6 a uolitando—uocant, genus militiae, 7 lecti—12 necabantur *compilauit Isidorus Orig. 9, 3, 43* 16 LVIII — p. 257, 2 reuocata sunt *compilauit Paulus 65 not. lin. 11—66, 13*

1 cum] *RDv* et cum *L solus* 3 exertu *D* 4 maximę (ę *in* e) *R* 5 occisi sunt *ante* quos *male add. RTO Port.*, *v* 7 lecti agilitate (i agi *in ras. m. 1*) *D* || posterga *R*[1] 8 ęquitum *R* 9 aequis *R*[a] || deselirent *R*[a] || contino *D* || partę *R*[a] || *equitibus *R* 10 proturbarent] *LRDAGH* perturbarent *ℨv; cf.* turbatis [*Frontin.*] *Strat. 4, 7, 29* 13 belua⟨e id⟩em *L* (e id *euanuerunt*) 14 proelio] *LA* proelium *RDGNO* || poenis] p*enes (o *er.*) *R* || Metaurus *v* 15 uictus est *LR*[b]*D* uinctus est *R*[a] || thrasumennus *L* transumennus *RD* || cesena] *LR* caesena *D;* Sena *corr. fsh* 16 ciuitas ut] ciuitucs|a *D* || ut] et *L* || canensis *LRD* || L·et octo milia *R* quinquaginta et octo milia *LD* 17 ūoccc· *L* v milia occc *R* quinque milia quadringenti *D*

IIII autem ciuium Romanorum inter eos reperta atque reuo-
cata sunt: quod uictoribus consulibus solacio fuit. nam ¹et ab p. 236
exercitu eorum VIII ceciderunt. Hannibali caput fratris sui 15
Hasdrubalis ante castra projectum est. quo uiso et simul
clade Poenorum cognita, anno tertio decimo quam in Italiam
uenerat refugit in Bruttios. post haec anno continuo inter 16
Hannibalem et Romanos quies a tumultu bellorum interces-
sisse uisa est, quia inquietudo morborum in castris erat et
grauissima pestilentia utrique exercitus agebantur. interea 17
Scipio uniuersa Hispania a Pyrenaeo usque ad Oceanum in
prouinciam redacta Romam uenit, consul cum Licinio Crasso
creatus in Africam transiit, Hannonem Hamilcaris filium, du-
cem Poenorum, interfecit, exercitum eius partim caede partim
captiuitate disperdidit: nam undecim milia Poenorum eo
proelio occidit. Sempronius consul cum Hannibale congressus 18
et uictus Romam refugit. Scipio in Africa adgressus hiberna
Poenorum atque alia Numidarum, quae utraque haud procul
ab Vtica erant, nocte concubia fecit incendi. Poeni trepidi 19
cum casu accidisse ignem putarent, inermes ad extinguendum

AVCTORES § 15 *Liuius 27, 51 § 11—§ 13, sed illis* caput fratris.. ante castra—uiso *ex Floro sumpta sunt, ill* anno XIII *Liuio 27, 39 § 7 et § 9* § 16 *Liuius 28, 46 extr.* § 17 *Liuius 28, (30—37) 38, 24—27.34; in illis tamen* XI milia..occidit *male Eutropium 3, 20 secutus est.* § 18 Sempronius—Romam (*!*) refugit *Liuius 29, 36* || Scipio—§ 19 *Liuius 30, 3—6* (*cf. Periocha*)

EXPILATORES 3 Hannibali—6 Bruttios *exscripsit Paulus 66*

1 IIII· milia autem *L* IIII· milia autem *R* quatuor milia autem *D*; autem *om. v* || re*p (*er.* m ?) *R* 2 solatio *R* 3 IIII·mil· *L* VIII·milia *R* octo milia *D* || caeciderunt *L* || sui* (*er.* s ?) *R* 5 tertio decimo] *LRD* (tercio *D*) decimo tertio *v* 9 utrique] *DAGKMTON* utriusque *LH* uterque (utq: *R*) *Rv* || agebatur *R post ras., fs* angebantur *H* angebatur *edd. 1542 h* 10 pyreneo *LRD* || ad *om. R* || ocianum *D* || in *om. L* 11 redactam *L* 12 hamilcharis *LR*[a] hamylcharis *R*[b] amilcaris *D* 13 caede] cedit *D* 15 progressus *L* 16 aggressus *R*[2] || hyberna *R* 17 talia *R*[b] italia *R*[2] || numidiarum *L* || aut *R*[1] || rocul *D* 18 *ad* concubia *in mg. l* excubia *R* || intendi *L*[1] 19 putarint *L*

concurrerunt: quare facile ab armatis oppressi sunt. in utris-
p. 267 que castris quadraginta milia hominum igni ferroque con-
sumpta sunt, capta quinque milia, duces ipsi miserabiliter
20 ambusti aegre effugerunt. Hasdrubal imperator Carthaginem
profugus uenit; itaque Syphax et Hasdrubal mox plurimum
reparauere exercitum atque iterum cum Scipione congressi
21 sunt, uictique fugerunt. Syphacem fugientem Laelius et Masi-
nissa ceperunt, cetera multitudo Cirtam confugit, quam Masi-
nissa oppugnatam in deditionem recepit, Syphacem ad Scipi-
onem catenis uinctum deduxit; quem Scipio cum ingentibus
spoliis plurimisque captiuis perducendum Laelio tradidit.

19 Hannibal redire in Africam iussus, ut fessis Carthaginiensibus subueniret, flens reliquit Italiam omnibus Italici generis militibus qui sequi nollent interfectis. cui ad Africanum litus propinquanti iussus quidam e nauticis ascendere in arborem nauis atque inde speculari, quam regionem teneret, se-

AVCTORES § 20 *Liuius 30, 7 et 8* § 21 *Liuius 30, 9.12. 13.16 exceptis* cum ingentibus spoliis *ex Eutropio 3, 20 petitis* cap. 19 § 1 *Liuius 30, 19.20.25 extr.*

EXPILATORES 13 *hinc* quam flens dicitur reliquisse *Eutropianis inseruit Paulus 68, 8*

1 concorerunt *D* || utriusque *R* 2 cccc *sic R* 3 v *R* || ipse *R*ᵃ 4 effugerunt] *RD Liuius, v* aufugerunt *L solus* || karth- *R* 5 profectus *L item KM* || syfax *R* sifax *D* 6 scepione *D* 7 confugerunt *L* || syfacem *LR* sifacem *D* || fugi*entem (i *m. 1 in ras., ex* u? *punctum certum est*) *D* || lelius *R* || masinissa] *R*ᵇ*D* massinissa *LR*ᵃ 8 cęperunt *R*ᵃ || masinissa] *RD* massinissa *L* 9 syfacem *LR* sifacem *D* 10 uinctum catenis *R* 11 plurisque *R*ᵃ || perducendum] *LRDA* rome (*sic*) transmiserit *in epitoma sua D* perducendum romam ς (*GHN*) Romam perd. *v*; 'Scipio C. Laelio cum Syphace aliisque captiuis Romam misso' *Liuius 30, 16 § 1*, 'Syphax cum nobilissimis Numidis et infinitis spoliis Romam a Scipione mittitur' *Eutropius 3, 20; cf. Grubitz* 12 affricam *R*ᵃ*D* || karth- *R* 13 reliquid *R*ᵃ 14 qui ***** |sequi (*pag. extr.* sequi *eras.*) *L* || nolle *L* || affriganum *D* 15 propinquante *R*ᵃ || nautis *D* || ascendere] *codices; fort.* escendere *scripsit ut Liuius 30, 25 § 11, cf. infra ad 6, 15 § 34* 16 adque *LD* || reginem *D* || tenerent *Liuius* || sepulchum *D*

pulchrum dirutum se prospexisse re|spondit; abominatus dictum p. 268
Hannibal deflexo cursu ad Leptim oppidum copias exposuit. qui continuo refecta multitudine Carthaginem uenit, deinde 2
conloquium Scipionis petiit. ubi cum se diu attoniti admiratione mutua duo clarissimi duces suspexissent, infecto pacis negotio proelium consertum est: quod diu magnis ducum 3
artibus dispositum, magnis copiarum molibus gestum, magnis militum uiribus consummatum Romanis uictoriam contulit. octoginta ibi elephanti uel capti uel occisi sunt, Carthaginiensium interfecta sunt xx milia quingenti Hannibal omnia et ante proelium et in proelio expertus, cum paucis, hoc est uix quattuor equitibus, inter tumultum elapsus Hadrumetum confugit. postea Carthaginem post sex et triginta annos, quam 4
inde paruus cum patre exierat, uenit consultantique senatui nullam esse residuam spem nisi in petenda pace persuasit.

C. Cornelio Lentulo P. Aelio Paeto consulibus Carthagini- 5
ensibus pax per Scipionem uoluntate senatus populique concessa est. naues tamen plus quam quingentae in altum productae in conspectu ciuitatis incensae sunt. Scipio, iam tum 6
cognomento Africanus, triumphans Vrbem ingressus est; quem

AVCTORES § 2 —suspexissent *Liuius 30, 29.30.32 § 4* || § 2 infecto—§ 4 *Liuius 30, 31 extr. 32—35;* § 3 LXXX elephanti *sqq.*] *immo* LXXX *elephantos in acie habuit* (*Liu. 30, 33 § 4*), *quorum* XI *capti sunt* (*l. c. 35 § 3*); *illa* § 3 uix quattuor equitibus *ex Eutropio 3, 23 sunt sumpta* § 5 *Liuius 30, 40 et 43* (*44 extr.*) § 6 *Liuius 30, 45, cf. 43 § 11, at illa* qui postea comicus..Carthaginiensium *perperam addidit Orosius P. Terentio comico cum Q. Terentio Culleone senatore confuso*

1 dictu̅ *D* 2 deflexu *L* 3 referta *L* || karth- *R* 4 colloquium *R*[b] || petit *D* 8 romanis uictoriam *om. D* || tulit *D* 9 LXXX *R* octingenta *D* || karth- *R* 10 X̅X̅· milia quingenti *L* xx milia ∂ *R* uigenti milia quingenti *D* || omnia et] et omnia *R* 12 *equitibus *R* || fugit elapsus *D* || adrumetum *R* || confugit] con- *D* 13 karth- *R* || xxx *R* 14 consultanti ****** que (*4—6 litterarum rasura m. 1*) *R* 16 g̅· *L* gaio *RD*; Cn. *corr. Fabr. sh* || cornilio *D* || publio *R* pubrio (· *m. 1*) *D* || caelio *R* elio *D* || paeto] *L*[1] poeto *L*[2]*RD* || co̅n̅s̅s̅· *L* consul *R* consolibus *D* || karth- *R* 17 populiquae *R*[a] 19 tum] *L* tunc *RDv*

p. 269 Terentius, qui postea comicus, ex nobilibus Carthaginiensium captiuis pilleatus — quod insigne indultae sibi libertatis fuit — triumphantem post currum secutus est.

20 Anno ab Vrbe condita DXLVI bellum Punicum secundum finitum est, quod gestum est annis decem et septem. cui Macedonicum continuo successit, quod Quintius Flamininus p. 270 consul sortitus post multa et grauissima proelia, quibus
2 Macedones uicti sunt, pacem Philippo dedit. deinde cum Lacedaemoniis pugnauit, uicto Nauide duce ipsorum nobilissimos obsides Demetrium Philippi filium et Armenen Nauidis filium
3 ante currum duxit. Romani captiui, qui sub Hannibale per Graeciam uenditi fuerant, uniuersi recepti, capitibus rasis ob
4 detersam seruitutem currum triumphantis secuti sunt. eodem tempore Insubres Boi atque Cenomanni contractis in unum uiribus Hamilcare Poeno duce, qui in Italia remanserat, Cremonam Placentiamque uastantes, difficillimo bello a L. Fuluio
5 praetore superati sunt. postea Flamininus proconsule Philippum

AVCTORES § 1 Anno — DXLVI *cf. ad 14 § 1 et 23 § 1* || bellum — § 2 *Liuius 30, 44 § 2* (*32, 8*) *et Eutrop. 4, 1 et 2* § 3 *Liuius 34, 50 et 52* § 4 *Liuius 31, 10 et 21* § 5 et § 6 *Liuius 32, 28* (proconsule); *33, 4. *7 sqq. 10* (*ex quo* Polybius, Valerius, Claudius *laudati sunt*)

EXPILATORES 11 Romani — 17 superati sunt *quibusdam aliunde insertis exscripsit Paulus 71*

1 terrentius *R* || nobilibus (bil *ex* lib *ut uid., m. 1*) *D* || karth- *R* 2 pilleatus] *LR om. D* || indultae sibi lib. insigne *v* || indultae] inultae *D*ᵃ multae *D*ᵇ 3 pos *D* 4 D·mo·XL mo·sexto· *L* quingentisemo quadragensemo sexto *D* ·CCCC·VI· (*sic*) *R* 5 decem et septem] *LD* X et VII *R* 6 machedonicum *R*¹ || quintius] *LR* quintus *D* || flamininus] *LD* (n *posterior del. m. ut uid. 1 L*) flamminius *R* 8 machedones *R*¹ || lace‧dęmoniis (ce *ex* che *m. 2*) *R* lacaedaemoniis *D* 9 nauide] *LRD* Nabide *corr. v* 10 demetrii *D* || armenen] *RG* armen *LDA* || nauidis] *LRD* Nabidis *corr. v* 11 ante] triumphans ante *interpolauit G* 12 grecIam *RD* || captibus *D* 13 deterram *D* 14 boi] *RD* bos *L* boii 𝔓*v* || adque *R*ᵃ*D* || cenomanni] *LR*ᵇ*D*𝔓 cenomani *R*ᵃ || unum (n *ex* m) *D* 15 hamilchare *R* amilcare *D* || italia‧ (*er.* m) *R* || cremoniam *D* 16 placenciumque *D* || lucio *D* lutio *R* || fuluio] *LRD*𝔓; Furio *corr. fsh* 17 praetarae *D* || flamminius *R* || proconsulae *D*

regem et cum eo Thracas Macedonas Illyrios multasque prae-
terea gentes, quae in auxilium ei uenerant, bello subegit. uicti 6
Macedones castra amiserunt, VIII milia hostium eo die caesa,
V milia capta Polybius scribit; Valerius dicit XL milia tru-
cidata; Claudius uero XXXII milia interfecta commemorat.
Sed haec uarietas scriptorum utique fallacia est; fallaciae 7
autem causa profecto adulatio est, dum uictoris laudes accumu-
lare uirtutemque patriae extollere uel praesentibus uel posteris
student: alioquin, si inquisitus non fuisset numerus, nec qua-
liscumque fuisset expressus. quodsi gloriosum est duci et 8
patriae plurimos hostium peremisse, quanto magis laetum pa-
triae et duci beatum potest uideri suorum uel nullos uel pau-
cissimos perdidisse. ita lucidissime patet, quia simili impu- 9
dentia mentiendi, qua occisorum hostium numero adiicitur, p. 271
sociorum quoque amissorum damna minuuntur uel etiam
omnino reticentur.
Igitur Sempronius Tuditanus in Hispania citeriore bello 10
oppressus cum omni exercitu Romano interfectus est;
consul Marcellus in Etruria a Bois oppressus magnam partem 11
exercitus perdidit; cui postea Furius alter consul auxilio accessit:

AVCTORES § 10 *Liuius 33, 25 (cf. Periocha) excepto* omni, *quod Orosius more suo addidit* § 11 *Liuius 33, 36 et 37*

EXPILATORES 19 consul—p. 262, 2 deleuerunt *exscripsit Paulus 71*

1 trhacas *R* || macedonas] *L*R^2 machedonas R^1 macedones *Dv* || yllyrios *R* illirios *D* 2 ei] eius *D* || bello. (*er.* s ?) *R* 3 machedones R^1 || miserunt *D* || ūIII·mīl· *L* octo milia *D* || ostium *R* 4 ū· milia *L* quinque milia *D* || X̄L· milia *L* quadraginta milia *D* 5 XXXII (u *simillim. litterae* u) milia *R* XXX·duo mil· *L* tregenta duo milia *D* 6 scribtorum *L* || falacia D^a fallatia R^a 7 adcumulare R^a*D* 9 si *om.* *D* || qualiscumque (s *s. s., m. fort. 1*) *L* 10 quodsit *L* 12 uel nullos uel] nullospuel *sed* p *deleta* *L* 13 quia] *LRD* quod *v* || inpudentia *RD* 14 *haec* hostium numero adicitur sociorum *om.* *L* || numerus R^2*D* 15 sotiorum R^1 || dampna R^1 || *haec* uel etiam omnino reticentur *add. in mg. m. ut uid. 1 R* 16 omnino *ex* omnium *corr.* *L* 17 semproneus *D* || spania D^1 ispania D^2 || ceteriore *L*D^1 19 a bois] *R*D^1K^2 a boiis *G*𝔓*v* a boizis *ut uid.* D^2 ab ipso *L* (*item A*K^1M^b) 20 potea *D*

atque ita uniuersam Boiorum gentem igni ferroque uastantes propemodum usque ad nihilum deleuerunt.

12 L. Valerio Flacco M. Porcio Catone consulibus Antiochus rex Syriae bellum contra populum Romanum struens in Europam transiit ex Asia.
13 tunc etiam Hannibal propter excitandi belli rumores, qui de eo apud Romanos serebantur, exhiberi Romam a senatu iussus, clam ex Africa profectus ad Antiochum migrauit: quem cum apud Ephesum inuenisset cunctantem, mox in bellum inpulit.
14 tunc etiam lex, quae ab Oppio tribuno plebi lata fuerat, ne qua mulier plus quam semunciam auri haberet neue uersicolori uestimento nec uehiculo per Vrbem uteretur, post uiginti annos abrogata est.

15 P. Scipione Africano iterum T. Sempronio Longo consulibus, apud Mediolanium decem milia Gallorum caesa, sequenti autem proelio undecim milia Gallorum, Romanorum uero quinque
16 milia occisa sunt. Pu|blius Digitius praetor in Hispania cite-
p. 272

AVCTORES § 12 *Liuius 33, (42—)44* § 13 *Liuius 33, 47 et 49* § 14 *Liuius 34, 1 et 8* § 15 *Liuius 34, 43.46.47* § 16 P. (*immo* Sextus) Digitius—exercitum *Liuius 35, 1*

EXPILATORES 13 P. Scipione—16 occisa sunt *exscripsit Paulus 73*

1 adque *R^aD* || boziorum *D^1* boiziorum *D^2* 3 lucio *D* lutio *R* || marco *D* || portio *R* || conss· *L* consuls *R* || anthiocus *L* anthyocus *R* 4 siriae *D* || pr· *L* || instruens *D* 5 transiuit *RD* 6 ferebantur *D^2Z, s et in uno ex meis exempl. ed. 1738 h* 7 affrica *D* frica *R^a* || anthiocum *L* anthiochum *R* 10 oppio] *$R^b$$T^1$* oppido *$R^a$GKMOE* appio *LD$T^2$* oppo *H* || plebi] *LR* plebis *D* 11 semunciā (~ *m. 2 ut uid. D*) *DA* semuncia *L* semiunciam *Rv* || neue uersi|colori *D^1v* neuersicolori (-ris *L^a*) *L^bA* ne diuersi coloris *R^a* neue diuersi coloris *$R^b$$D^2$* || uestimenti (· *m. 2 ut uid.*) *D* || nec] ne *D^1* 12 hiculo *R^1* || xx *R* 13 publio *RD* || t̃· *L* tito *RD𝔅; item Liuii codices (B utrobique, Mog. certe semel) et Cassiodorius;* ti *𝔄fsh* || semproneo *D^1* || long*o (*er.* i) *R* || conss· *L* consul *R* 14 apud* (*er.* m?) *R* || mediolanium] *L𝔓* mediolanum *RD* || x *R* || *uerba* gallorum caesa s. a. p. u. milia *om. D* 15 xi milia *R* || ū· milia *L* v milia *R* 16 publius] p̄ *L* || digius *D* || spania *D^1* ispania *D^2* || ceteriore *L*

riore paene omnem amisit exercitum. M. Fuluius praetor
Celtiberos cum proximis gentibus uicit regemque eorum cepit.
Minucius a Liguribus in extremum periculi adductus et insi- 17
diis hostium circumuentus uix Numidarum equitum industria
liberatus est. Scipio Africanus inter ceteros legatos ad An- 18
tiochum missus, etiam cum Hannibale conloquium familiare
habuit. sed infecto pacis negotio ab Antiocho discessit. in 19
utraque Hispania per Flaminium Fuluiumque praetores bella
multum horrida cruentaque utrisque populis gesta sunt.

P. Cornelio Scipione M. Acilio Glabrione consulibus Anti- 20
ochus quamuis Thermopylas occupasset, quarum munimine tu-
tior propter dubios belli euentus fieret, tamen commisso bello
a consule Glabrione superatus uix cum paucis fugit e proelio
Ephesumque peruenit. is habuisse fertur armatorum LX milia, 21
ex quibus XL milia caesa, capta plus quam V milia fuisse
referuntur. alter consul Scipio cum Boiorum gente conflixit,
in quo proelio XX milia hostium interfecit.

AVCTORES § 16 M. Fuluius *sqq. Liuius 34, 54 § 2; 35, 7 § 8* § 17 *Liuius 35, 3 et 11* § 18 *Liuius 35, 13 § 6; 14.17 § 2* § 19 *Liuius 34, 54; 35, 22 § 5—§ 8* § 20 et § 21 *usque ad* referuntur *Liuius 36, 1.14—19.21* § 21 alter consul *sqq. Liuius 36, 38*

EXPILATORES 3 Minucius — 5 liberatus est *exscripsit Paulus 73*

1 pene *R*[b] poenae *D* || marcus *R* 2 caeltiberos *R*[a] cheltiberus *D*[1] || uincit *R*[a] || caepit (a *in ras.*) *R* 3 ligoribus *D*[1] || adductus] adductus est *D* 4 numidarum (nu *in ras.*) *R* numidiarum *D* || *equitum *R* 5 est *om.* *L* || affricanus *D* || legatus *L* || anthiocum *L* anthiochum *R* 6 colloquium *R*[b] 7 interfecto *L* || anthioco *L* anthiocho *R* 8 flaminium] *LD* flamminum (n *in* ni *corr.*) *R;* Flamininum *h* || fuluiumque (ul *corr. ex* lu) *R* 9 multam—| (: *1 fort. m., .. et — 2*) *D* || utriusque *D* 10 publio *RD* || cornilius|cipione *D*[1] cornilios—|cipione *D*[2] || m̄· (*i. e.* marco) *L* marco *RD; item Liuii codices et Cassiodorius;* M' *h* || conss· *L* consul *R* || antiochus] *LD* anthiocus (c *in* ch *corr.*) *R* 11 thermopilas *D* || munimine] *R*[b]*D* munimen *L* munime *R*[a] 12 fierit *R*[a] 13 e *al. m. in ras.* *R* 14 L̄X̄· milia *L* sexsaginta milia *D* 15 *uerba* ex quibus — quinque milia *om.* *D* || X̄L̄· mil· *L* || ū· milia *L* 17 X̄X̄· milia *L* uiginti milia *D*

22 Sequenti anno Scipio Africanus, habens in auxilio Eumenem
Attali filium, aduersus Hannibalem, qui tunc Antiochi classi
p. 272 praeerat, bellum nauale gessit; Antiochus ui'cto Hannibale
atque in fugam acto simulque omni exercitu amisso pacem
rogauit filiumque Africani, quem utrum explorantem an in
23 proelio cepisset incertum est, ultro remisit. in Hispania ul-
teriore L. Aemilius proconsule a Lusitanis cum uniuerso exer-
24 citu caesus interiit. L. Baebius in Hispaniam proficiscens, a
Liguribus circumuentus cum uniuerso exercitu occisus est;
unde adeo ne nuntium quidem superfuisse constat, ut inter-
25 necionem ipsam Romae Massilienses nuntiare curauerint. Ful-
uius consul de Graecia in Gallograeciam, quae nunc est Galatia,
transuectus, ad Olympum montem peruenit, ad quem uniuersi
Gallograeci cum coniugibus et liberis confugerant, ibique acer-
bissimum bellum gessit; namque de superioribus locis sagittis
glandibus saxis ceterisque telis Romani grauiter contriti, tan-
dem usque ad congressum hostium perruperunt: quadraginta

AVCTORES § 22 *Liuius* (*36 extr. et 37, 1 ?*) *37, 23.24.39—45. 34—37* (*!*) § 23 *Liuius 37, 46* (uniuerso *et* interiit *male Orosius*) § 24 *Liuius 37, 57* (*male* uniuerso *Orosius*) § 25 *Liuius 38, 12 sqq. 18.20—23; ubi haec* Fuluius (*immo* Manlius) consul de Graecia *et* sagittis glandibus..ceterisque telis (*Galli* 'saxis nec modicis utebantur', *at* 'sagittis glande iaculis' *Galli a Romanis configebantur: Liuius 38, 21 § 6 et 7*) *oscitanter excerpta sunt; illa* quae nunc est Galatia *Orosius addidit* (*cf. Rufus Breuiar. 11 et Hieronymus In ep. ad Gal. 2, ed. Vall. 7, 425*)

EXPILATORES 8 L. Baebius—11 curauerint *exscripsit Paulus 74*

1 afriganus *D*¹ ‖ eumenent (t *del. m. 2*) *D* eumenen *R* 2 anthiochi *R* 3 anthiochus *R* 5 affrigani (g *in* c *2*) *D* ‖ án (*apex ut saepius in eiusmodi particulis*) *R* 6 caepisset (a *in ras.*) *R* 7 lucius *RD* ‖ emilius *R* aemelius *D* ‖ proconsule a] proconsulae *D*¹ proconsul a *D*² 8 caesus** (*eras.* us) *L* ‖ lucius *RD* ‖ bebius *RD* 10 internitionem *R* 11 roma *D* ‖ massiliensis *L* massiciliensis (missicilienses *2*) *D*¹ ‖ nuntiare curauerint] *RPD* (-ciare *D*) nuntiauerint *L* 12 grecia *R* graeca (-cia *2*) *D* ‖ gallogreciam *RD* ‖ gallacia (*prior* l *del. a m. 2*) *D* 13 uniuersi (i *altera in ras. m. ut uid. 2; fuit* o *aut* u) *L* 14 gallogreci *RD* ‖ aceruissimum *LR*¹ 15 namque] nam *R* 16 glandibus] *AG* grandibus (r *in ras. m. 2; fuisse* l *uid.*) *L* grandibus *RDv* grandibusque *H* 16 contri**|ti (*in fine u.* ti *eras.*) *L* adtriti *D* 17 XL *R*

milia Gallograecorum eo proelio interfecta referuntur. Marcius 26
consul aduersus Ligures profectus superatusque IIII milia militum amisit et, nisi uictus celeriter refugisset in castra, eandem internecionis cladem, quam Baebius dudum ab isdem hostibus acceperat, pertulisset.

M. Claudio Marcello Q. Fabio Labeone consulibus Philippus 27
rex, qui legatos populi Romani interfecerat, propter Demetrii p. 274
filii sui, quem legatum miserat, uerecundissimas preces ueniam
meruit, eundemque continuo uelut Romanis amicum suique 28
proditorem, fratre quoque ipsius ad parricidium patris ministro, nihil de utroque miserum mali suspicantem ueneno necauit.
eodem anno Scipio Africanus ab ingrata sibi Vrbe diu exulans 29
apud Amiternum oppidum morbo periit. isdem etiam diebus Hannibal apud Prusiam Bithyniae regem, cum a Romanis reposceretur, ueneno se necauit, Philopoemenes, dux Achiuorum

AVCTORES § 26 *Liuius 39, 20, sed ultima* et nisi — pertulisset *perperam ab Orosio addita sunt* § 27 *Liuius 39, 47 et 48; ad illa* qui—interfecerat (*quae falsa sunt*) *cf. Liu. 39, 34 et 35* § 28 *Liuius 40, 5—16.24* (*illo* continuo *more suo ab Orosio male inserto, ex Liuio 39, 48 § 1 ?*) § 29 eodem—periit *Liuius 39, 52; 38, 52. 54.56; ad* ingrata sibi urbe *cf. Augustin. C. D. 3, 21* || isdem—necauit *Liuius 39, 51 et 52 § 8* || Philop. *sqq. Liuius 39, 49.50.52 § 8*

EXPILATORES 1 Marcius — 3 amisit *exscripsit Paulus 74* 12 eodem—13 periit *exscripsit Paulus 75*

1 mil· *L* || gallogrecorum *RD* || marcus *D* 2 IIII· milia *L* quattuor milia *D* 4 internitionis *R* internicione* (*eras.* m *a m. 1; alterius enim m. rasura nulla extat*) *D* || bebius *LRD* || hisdem *LRD* 6 marco *RD* || cladio *R*[a] || quinto *RD* || conss· *L* consul* (~ *atram. pallido; erasa* e *fort.*) *R* || philyppus *R* 7 pr· *L* || demetriae *D*[1] 8 praeces *LR*[a] 9 eudemque *D* 10 fratrē *D*[a] 11 mali] *LRD* male *fsh* 12 afriganus *D*[1] || exsulans *R*[a] 13 aputı (t *in* d *corr., pone* t *hasta er.*) *R* || amiternum] *LRD*𝔓; Liternum *corr. v* || peruit *D* || hisdem *LRD* 14 prussiam *D* brysiam *R* || bythiniae *R* bithiniae *D* 15 posceretur *L*[1] || se] *LD* sese *Rv* || necauit] canit *D*[1] || philopoemenes d. a. a messanis] fylopomenissanis (po *statim ex* pi *corr. m. 1*) *D*[1] fylipus amenissanis (*sic* -lı po.me-) *D*[2] || fylopoemenes *LR* pylopomenes *A* filopemenes *G* (*sic* -menes *ceteri quoque codices*); Philopoemen *corr. fsh*

30 a Messanis captus occisusque est. in Sicilia tunc Vulcani in-
sula, quae ante non fuerat, repente mari edita cum miraculo
31 omnium usque ad nunc manet. Q. Fuluius Flaccus praetor in
citeriore Hispania maximo proelio XXIII milia hominum fudit,
32 IIII milia cepit. Ti. Sempronius Gracchus in Hispania ulteriore
centum quinque oppida uacuata quassataque bellis ad deditionem coegit.
33 eadem aestate etiam L. Postumius in citeriore
Hispania quadraginta milia hostium bello interfecit. Gracchus
p. 275 praetor ibidem iterum ducenta oppida expugnauit et cepit.
34 Lepido et Mucio consulibus Basternarum gens ferocissima
auctore Perseo Philippi filio praedarum spe sollicitata et transeundi Histri fluminis facultate sine ulla pugna uel aliquo hoste deleta est. nam tunc forte Danuuius, qui et Hister, crassa glacie superstratus pedestrem facile transitum patiebatur.

AVCTORES § 30 *Liuius 39, 56 § 6 (cf. Iul. Obs. 4 [59]), sed* Vulcani.. cum—manet *addidit Orosius* § 31 *Liuius 40, 30.31, inprimis 32* § 32 et § 33 *usque ad* interfecit *Liuius 40, 47—50, inprimis 49 et 50* § 33 Gracchus *sqq. Liuius 41 principio deperdito* § 34 et § 35 *Liuius 41 cap. 18 parte deperdita, cap. 19 § 4 et 5 et cap. 19 parte deperd. (cf. 40, 57)*

EXPILATORES 1 tunc—2 edita *exscripsit Paulus 75*

1 lu•es (*er.* c) *R* || grauior *D* 2 inpatientiaus (a *alt. statim del.*) *P* ⟨i⟩npatientius *S* imp- *R*[3] 3 stante *PR*[1] || profeteri (et *minus certae*) *S* || seru⟨i⟩tutis *S* 4 ossibus *R*[2] 5 illum *S*[a] || galidae *R*[1] 6 intelligebat *D* 7 ill⟨a⟩ *S* || tam] tamen *PR* || frequens contra uetita] contra uetita (e *ex* ae *P*) frequens *PR* || uetitam *D* || praesumtio *S*[a]*PD* 8 ınuadebatur (*an* i *om.* ?) *S*; *male cum praecedentibus coniunxerant v* || et pro *v* || libertatem *D* || inportuna] *SPR*[1]*Dv* imp- *R*[3] inopportuna *Lh* 9 praereptamque] *scripsi*, praereptaque *P*[b]*Dv* prerep⟨t⟩aque *S* praeruptaque *L* praeceptaque *P*[a]*R*[1] perceptaque *R*[2] || pot⟨i⟩undi *S* || licentiam] *P*[a] *et a. ras. R* lėcentıa (*corr. m. 1?*) *S* licentia *LP*[b], *R p. r.*, *Dv* 10 restingere *LD*[a] || augebat•• (*possunt erasae esse* ur) *R* 11 *in* argutior *desinit S* 12 infestior (s *in ras. m. 2*) *R* || inmitior *PR*[1] 13 domandam (a *alt. in ras. m. 1*) *R* dominandi *D* || impatientiam *R*[3] inpatientia *D* || nec••remediis (*er. circ. 2 litt.*; r *in ras. m. 1*) *D* 16 iudicaret *D* || tunc me illa *L solus* 17 exsanguem•••••• | reddidit (e *alt. in ras., m. 1?*) *R* exaguem reddedit *D* 18 haec] haec estas (estas *s. s. m. ut uid. 1*) *R* || pstrin•xit (*er.* c) *R* perextrinxit *D* praestrinxit *LH* constrinxit *O* 19 nequiuerat *R*[a] || adque *P*[a]

Gothos surgam'. sed ne ipsa quidem Roma clades, quas intulit, 8
euitauit. exercitae diu auctaeque sunt per totos mundi car-
dines potentiae ducum uiresque legionum, quae in sese con-
currentes eius damno uincerent, cuius periculo uincerentur.
nam uictorem Caesarem de Gallia reuersum ciuilia bella
comitata sunt aliaque grauissima mala, interfecti apud Parthos
Crassi et trucidati exercitus, praecesserunt. p. 412
[1]Anno ab Vrbe condita DCXCVII Crassus in consulatu collega 13
Pompei prouinciam sortitus in Parthos, homo inexplebilis
cupiditatis, audita in Hierosolymis templi opulentia, quam
Pompeius intactam reliquerat, in Palaestinam deuertit, Hie-
rosolymam adit, templum peruadit, opes diripit. inde per 2
Mesopotamiam tendens in Parthiam, quacumque iter habuit
sociis ciuitatibus auxilia indixit, pretia exegit moxque ut
Euphraten transiit, ilico Vagesen, legatum ab Horode rege
Parthorum ad se missum, obuium habuit, a quo uehementer
increpitus est, cur contra foedus Luculli et Pompei auaritia
inductus Euphraten transierit. quamobrem sine mora futurum,

AVCTORES 5 nam uictorem *sqq. fort. adhibitus Eutr. 6, 18 et 19* cap. 13 § 1 Anno—Pompei .. in Parthos *Eutrop. 6, 18* (prouinciam sortitus *Orosiana uidentur esse*) || homo *et q. s. Liuius 105 ac fort. 106* § 2—§ 4 *Liuius 106*

1 gothus *D* guttus *L* || adsurgam *D* 2 exercituę *P* || diu] atque diu *fsh* namque diu *ed. 1542* || auctaeque] *LPRD* (-quae *D*) actaeque (-teque *E*) EZ_1 *v* auctae *fs* actae *h* || totos] tutius *D* 3 quae in] quae| *L* 4 dampno *a. ras. R* || uicerent *D* || periculum *D* 5 galliam *D et a. r. R* 8 DCLXLVII PR^1 sescentensimo nonagensimo septimo· *L* sexcentissimo nonagensimo septimo *D* || cracus *D* 9 prouinciam (n *in ras. al. m.*, c *ex* t *al. m.*) *R* 10 hieru-solimis *D* || opulentiam P^a *et a. r. R* 11 palestinam *LPRD* || deuertit] *DH* diuertit *LPR;* reuertit *O* || hierosolyma R^1 hierusoli-mam *D* 13 quamcumque *P* 14 praeda (*corr. m. 2*) *P* praeda *R* praecia *D* || ex*egit (*eras.* a) *R* exigit *D* 15 eufraten *LPRD* || ilico uag.] ibi cobogeren *D* || uagensem *LH* bagesen *PRKM;* bogesen *GT* bogessen *O* bageten *N* || herode] PR^1D herode LR^2 16 se (s *s. s.*) *L* 17 increpitus (*erasa correctura*) *R* increpidus *D* || cur] *LPRD* quod *v* 18 eufraten *LPRD*

3 ut pro auro Parthico Serico ferro oneraretur. itaque cum
p. 413 prope Carras uentum esset, Parthi 'subito ingruentes cum Surena et Silacea praefectis sagittis oppressere Romanos. ceciđere ibi plurimi senatores, aliquot etiam consulares et praetorii uiri; Crassus quoque filius Crassi, lectissimus iuuenis, in acie occisus est. praeterea quattuor cohortes cum Vargunteio legato mediis deprehensae campis et interfectae sunt.
4 Surenas rapto equitatu Crassum persequi intendit eumque circumuentum ac frustra conloquium eius petentem interfecit, quamuis uiuum auferre maluisset. pauci noctis beneficio
5 liberati Carras confugerunt. cognita clade Romanorum multae Orientis prouinciae a societate uel fide populi Romani defecissent, ni Cassius collectis ex fuga militibus paucis intumescentem Syriam egregia animi uirtute ac moderatione pressisset; qui et Antiochum copiasque eius ingentes proelio uicit et interfecit, Parthos quoque ab Horode in Syriam missos iamque ingressos Antiochiam bello expulit ducemque eorum Osagen interfecit.

AVCTORES § 5 *Liuius 108*

1 setrico (t *del. m. 1* [?], e *in* y *corr. m. 2*) *P* se* rico (*erasa* t *uid. quae linea iam deleta fuerat*) *R* 2 charras *PRD* || esse *D* || parchi *D* || inruentes (irr- *NZ*) LM^2NZ 3 syrina *D* || silacea] LP^2RKMT (silace a- P^1) sylacae a- *D;* sylacia *H* sylaccea *G* syllacea *N* sillatia *O;* Sillace *fsh* || caecidere PR^a 4 aliquod P^aR^1D 5 fi|lius| (iu *non sine ras., ex* fulu..) *R* || inuinis *D* 6 bargunteio (eio *in ras. P*) *PR* 7 depraehensae (-se *D*) *LPRD* 8 surenas] *R* sorenas *L* surenos (o *in* a *corr.*) *P* syrinas *D* || r*apto *R* || equitatum *D* || persequi qui *D* 9 ac] a R^1 || frusta *D* || colloquium R^2 10 quamuis uiuum] quam siuiuum *D* || maluis|***set (*er.* uis) *D* || beneficio noctis *PR* 11 charras *PRD* 12 orientis (ri *in ras.*) *P* || a *om. D* || uel] et *D* || r̄· *L* 13 ni] nisi *D* || fugam (. *dubium est*) *D* 14 anima *D* || praessisset P^aR^2 praesisset R^1D (pr*ess- R^3) 15 anthiocum PR^1 (-chum R^2) 16 horode] PR^1D herode LR^2 17 anthiociam *P* anthiochiam (ch *al. m. ex* t *ut uid.*) *R* antiocia *D* || *haec* ducemq (*sic*) — interfecit *uersu extr. add. m. 1 in D* || osagen] $LPRDKMNTO^2$ (sagen O^1); ossagen *G* osagenen *H;* Osacen *fsh*

Igitur Romani status agitur semper alterna mutatio et uelut 14
forma Oceani maris, quae omni die dispar nunc succiduis per
septem dies attollitur incrementis nunc insequentibus totidem p. 414
die|bus naturali damno et defectu interiore subducitur. ut 2
enim de proximis ordiar, Cimbris Tigurinisque uincentibus
cum apud Rhodanum flumen Romanus exercitus periit, ar-
tissimas Roma sensit angustias; refusa continuo clade Cim-
brorum, magnis elata prouectibus priorum oblita defectuum
est. hanc deinde recentissimae prosperitatis iactantiam Italicum 3
bellum et dilaceratio Sullana castigat. rursus post hanc
domesticam intestinamque perniciem, qua usque ad medullas
paene euiscerata et exesa est, paribus propemodum spatiis
temporum non solum reparata, uerum etiam extenta est, cum
Lucullus Asiam, Pompeius Hispaniam, Caesar Galliam per-
domuit Romanumque imperium usque ad extremos propemodum
terrae terminos propagatum est. hanc nunc amplissimam 4
dilatationem uastissima ruina consequitur. apud Parthos enim
consul Romanus occiditur exercitusque deletur, atrocissimum
illud Pompei atque Caesaris bellum ciuile conseritur et inter
haec Roma ipsa repentino correpta incendio concrematur.
anno siquidem ab Vrbe condita DCC incertum unde concretus 5
plurimam Vrbis partem ignis inuasit, neque umquam antea

AVCTORES § 5 *Liuius, lib. ut uid. 108 (cf. Orosius 7, 2 § 11, ubi Liuium laudat; 7, 39 § 15; Obseq. 65); ad illa* hinc iam—committitur *fort. Eutropius 6, 19 adhibitus*

1 romanis *D* 2 ociani *D* || mari *D* || que (e *in* i, *deinde* i *in* e *m. 2 R*) *RD* 4 naturali damno] damnis naturali damno *L* || dam*no (*eras.* p) *R* 6 rodanum R^a 7 cimbricorum *PR* 8 prouectibus] *L P* R^a *Z ed. 1542* prouentibus R^b *D* Z_1 *v* 9 hanc (h *et* c *erasae, mox al. m. restitutae*) *R* 10 sillana dilaceratio *D* || syllana *LPR* || castigat (t *fin. in ras. ampliore*) *P* 12 paene *om. D* || propemodos pa*ciis (*er.* u) *D* 15 ad extremos (os *statim corr. ex* ū) *om. sed s. s. m. 1 aut 2 R* || extremum *P* extremus *D* || propemodo *D* 17 *dilatationem (*eras.* c *aut* e) *R* dilationem *L* || uastissima R^1 || partus *D* 19 illum P^1*R* || atque] *L solus* et *PRDv* || conseritur et] conscribitur (*om.* et) *D* 20 corrupta *P* R^a 21 anno ab (ab *del.*) *P* || septingentensimo *L* septingentissimo *D* 22 ante *L*

tanto incendio correptam ac uastatam Ciuitatem ferunt. nam
quattuordecim uicos cum uico Iugario consumptos fuisse me-
moriae proditum est. hinc iam bellum ciuile committitur, quod
p. 415 magnis iamdudum dissensionibus ac molitionibus parabatur.
15 [1]Nam rediens Caesar uictor ex Gallia decerni sibi absenti
alterum consulatum poposcit. contradictum est a Marcello
consule adnitente Pompeio, deinde decretum est a senatu, ut
in Vrbem Caesar non nisi dimisso exercitu ueniret, et ex
Marcelli consulis auctoritate ad legiones, quae apud Luceriam
2 erant, Pompeius cum imperio missus est. Caesar Rauennam
sese contulit. M. Antonius et P. Cassius tribuni plebis pro
Caesare intercedentes, interdicente Lentulo consule curia foroque
prohibiti, ad Caesarem profecti sunt Curione simul Caelioque
3 comitantibus. Caesar Rubicone flumine transmeato, mox ut
Ariminum uenit, quinque cohortes, quas tunc solas habebat,
cum quibus, ut ait Liuius, orbem terrarum adortus est, quid
facto opus esset, edocuit. deplorans iniurias suas, causam
belli ciuilis, pro restituendis in patriam tribunis, esse testatus
4 est. inde per Antonium septem cohortes, quae apud Sulmonem
morabantur, a Lucretio recepit, tres legiones quae cum Do-

AVCTORES 5—8 ueniret *Eutropius 6, 19* (absenti *Orosianum*) || 8 et ex Marcelli—§ 4 *Liuius 109* (*quem Orosius* § 3 *laudat*)

EXPILATORES 8 et ex Marcelli—10 missus est *exscripsit Paulus 153*

1 corruptam *PR* 2 quattuordecem *D* XIIII *PR* || consumtos (-tus *D*) *PD* 3 proditum] traditum *D* || iam] tam P^a || bellum (ll *a m. 2 insertae in spatio a m. 1 relicto*) *L* || ciuilem *D* 5 uictor caesar *L* || absenti] absenatu *L* 6 alterum] iterum *PR* 7 aNnitente R^3 || deinde|cretum *D* 8 dimis* so *P* 9 marcello R^a || aput *L* 10 rauenna *LD* 11 sese (*prior* s *in ras. m. 1*) *D* se *L* || marcus *PRD* || antunius *D* || p̄· *L* publius *PRD* Q. *corr. fsh* 12 *ante* intercedentes *uocabulum eiusdem mensurae er. R* || inter * dicente *P* interdicentes *D* || furoque R^1 13 prohibiti ad] prohibita *D* || prohibiti (biti *ex* buit *m. 2*) *P* || caesar; (*i. e.* çaesar) *D* || caelioque] *LPR* caêlio quę *D*; Coelioque *fsh* 14 rubigone *D* 15 ar iminū (*pone* r *fort. ras.*) *R* 18 patriam *P* || tri*bunis *P* 19 per (r *in ras. paullo maiore*) *R* || solmonem *D* 20 lucricio *D*

mitio apud Corfinium morabantur, ad suas partes traduxit. Pompeius atque omnis senatus, crescentibus Caesaris uiribus trepidi, tamquam Italia pulsi in Graeciam transuecti, Dyrrachium gerendi belli sedem delegerunt. Caesar Romam uenit 5
negatamque sibi ex aerario pecuniam fractis foribus inuasit protulitque ex eo auri pondo quattuor milia centum triginta p. 416
et quinque, argenti pondo prope nongenta mi'lia. inde 6
digressus Ariminum ad legiones, mox Alpes transuectus Massiliam uenit, ad quam oppugnandam, cur receptus non esset, Trebonium cum tribus legionibus relinquens, ad Hispanias contendit, quas L. Afranius et M. Petreius et M. Varro Pompeiani duces cum legionibus obtinebant. ibi multis proeliis Petreium Afraniumque superatos conposita pactione dimisit. in ulteriore uero Hispania duas legiones a M. Varrone 7
suscepit. similiter et duces eius, hoc est Curio Catonem

AVCTORES § 5—§ 6 transuectus *Liuius 109 aut 110 (ad* § 5 *cf. Plinius n. h. 33 § 56 et Cassiodor. Chron. a. 705)* § 6 Massiliam—§ 9 *Liuius 110 (cf. Periocha)*

EXPILATORES 5 negatamque—7 nongenta milia *compilauit comm. Bern. Lucani 3, 154* 9 Massiliam—11 contendit, p. 396, 2 Massiliam—3 abrasit *compilauit comm. Bern. Lucani 3, 453*

1 cornicium (a *supra* ni; fi *m. 2; sic*) *L* cornicium (a *supra* ni) *P* cornificium *RD* || partes suas *v* || transduxit *PRD* 2 adque *P*[a]*R*[1] 3 trepida *LD* || greciam *RD* || trasuecti *P* || dyrracium *P* dyrratium *R* 4 delegerint *D* 5 paecuniam *D et a. r. R* || fractib; *P*[a] || inuasit] *LPRv* inuadit *Dh* 6 auri ex eo *D* || ĪĪĪĪ· milia centum triginta et quinque *L* ·ĪĪĪĪ· cxxx et v mil *P* ĪĪĪĪ·cxxx· et v *** (*eras.* mil) *R* quattuor milia centum tregenta quinque *D* 7 pondo (*prior* o *ex* r *corr.*) *L* || nongenta milia] *L* nonagenta milia *D* DCCCC mil; *P* DCCCC·|*** *R; cf. Mommsen Röm. Münzw. 1860 p. 401 not. 109* 8 arminum *D* 9 masseliam *L* massilliam (li *fort. ex* u *sed m. 1*) *D* || cur] *LPRDς* (quur *K*), *Z fs;* quod Z_1 cum 'Y_2Y_4' *h* 10 trebonium] *LPR* tribunium *D* Tribonium *v* || con *in* cōm *corr. P* || relinquens (lin *s. s. m. 1*) *D* 11 contendens *L*[a] || lucius *PRD* || marcus *PRD* || et *om. D* || marcus *PRD* 12 pompeiania *D* || cum VII legionibus *Periocha* 13 afranium petreiumque *L solus* || composita *PR* || pactatione *P*[a] *ante* pactione *supra scr.* foederis *m. 2 R* 14 marco *PRD*

Sicilia expulit, Valerius Cottam Sardinia, Tuberonem Africa
Varus eiecit. Caesar Massiliam rediens, obsidione domitam
uita tantum et libertate concessa ceteris rebus abrasit.
8 At uero Dolabella partium Caesaris in Illyrico per Octauium
et Libonem uictus copiisque exutus ad Antonium fugit.
Basilus et Sallustius *cum* singul*is* legion*ibus*, quibus praeerant,
similiter et Antonius, Hortensius quoque ab infimo mari cum
p. 417 classe concurrens, omnesque pariter aduersus Octauium et Libonem
9 pro|fecti et uicti sunt. Antonius cum se Octauio cum quindecim cohortibus dedisset, omnes ad Pompeium a Libone deducti sunt. Curio ex Sicilia in Africam cum exercitu transgressus est: quem Iuba rex continuo exceptum cum omnibus copiis trucidauit. Octauius Salonas oppugnare conatus, omnes
10 paene copias quas duxit amisit. Caelius desciuit a Caesare ac se Miloni exuli iunxit; cumque ambo seruorum manu Capuam oppugnare molirentur, occisi sunt. Bibulus apud Corcyram pudore uictus, quod custodiae eius, quam pelago et oppido

AVCTORES § 10 et § 11 *Liuius 111* (§ 11 *cf. Val. Max. 1, 8, 10*)

EXPILATORES 4 Dolabella—11 deducti sunt *exscripsit comm. Bern. Lucani 4, 433*

1 sardiniam *L* || afreca *D* 2 uarrus *D* 3 et** (*er. 1 uel 2 litt.*) *D* || libertate* *R* || abra si ta ** uero (si ta *in ras. m. 1, pone* ta *2 uel 3 litt. er.*) *D* 4 ad R^1 || partiū *add. m. 2 in R* || inyllirico *R* nihil·|lyrico *D* || libonem et octauium *L* 5 et] ei *D* || libonem] *PR* ligonem *D* || ex'utus (s *2 m.*) *L* || ad antunium *D om. L* 6 basilus] *L* bassillus *P* bassillus *R* basillus (lu *ilico ex* ui *uel* iu) *D* || sallustius *P* sallustius *D* || cum singulis legionibus] *G* 2^b *Freculfus* singulas legiones LPR^1D (*uersus principio L, paginae principio D*) concurrentes per singulas legiones R^2T diuidentes singulas legiones *fs* per sing. leg. *h* singulas legiones (*post* praeerant *addito* ducentes) M^2 7 infirmo P^a infi**mo *R* 8 -que] ** *G om. v* || libonem] bibulonem *LPRD* libionem T^1X_1 labionem T^2 9 et uicti sunt *in ras. angustiore m. 1 D* || quindecem *D* xv *PR* 10 dedidisset *D* || pompeium m (*ult.* m *ex corr. et partim in ras. m. 1*) *D* || libone] *LPR* liboni *D* 13 trucitauit P^a || octauus R^a || opp-] expugnare *D* 14 dixit *D* || admisit *D* || caelius] *LPRD* || a] ad *D* 15 exusuli *D* || iuncxit PR^aD 16 cocyram R^a

praetendebat, hostis inluserat, inedia sese uigiliisque confecit.
Appius Claudius Censorinus, qui iussu Pompei Graeciam 11
tuebatur, iam abolitam Pythici oraculi fidem uoluit experiri:
quippe ab eo adacta uates descendere in specum respondisse
fertur de bello consulenti: Nihil ad te hoc Romane
bellum pertinet, Euboeae coela obtinebis. coela
autem uocant Euboicum sinum. ita Appius perplexa incertus
sorte discessit.

Admonet nos aliquid ab obtrectatoribus nostris consultor 12
iste consulere. queruntur utique fide Christianorum sibi sacra
interdicta caerimoniasque sublatas et ob hoc ideo maxime,
quod extis uaticiniisque cessantibus futu|rae clades, quia sciri p. 418
nequeunt, non uitantur. cur ergo longe ante imperium Cae- 13
saris natiuitatemque Christi, sicut ipsorum auctores adtestantur,
abolita fuerat Pythici oraculi fides? abolita autem ideo, quia
contempta. porro autem quare contempta, nisi quia uel falsa
uel uana uel dubia? unde prudenter poeta praemonuit:

Inconsulti abeunt sedemque odere Sibyllae.

Et ne forte parui id pendant, quod contemptu abolitum atque 14

AVCTORES 18 *Vergilius Aen. 3, 452*

EXPILATORES 2 Appius—8 discessit *exscripsit comm. Bern. Lucani 5, 68*

1 inaedia PR^1 inaedie *D* || uigilis que *D* 2 cladius R^a || censorinos R^1 censurinus *D; cf. Borghesi Opp. 4 p. 47 not. 4* || pumpei *D* || greciam *RD* 3 pythici] G^{1c} *in ras.* poetici LR^b potici *D* petiti P^1R^a boetici P^2 || experire *PD* 4 ab eo] ḥabeo *P* *abeo *R* ad eo *D* || adacta] ac|ta *D* 6 euboea ece ola *D* || caela obtineb coela *R* 9 ammonit *D* || aliquid ab] *PR, item GKMHTN* ab *L* aliquid *D* 10 quaeruntur LP^aR^a quiruntur *D* 11 caerimoniasquae *D* caeremoniasqu*e (*er.* a) *R* || et] sed *N* || op hoc *D* ab hoc *GN* hoc *Z ed. 1542* || ideo (eo *in ras. m. 1*) *D del. fsh* 12 iscire *D* 13 nequiant *D* || cur] curer *D* 14 -que *om. L* || sicut] qti (*sic*) *D* || attestantur R^3 15 pi^t^ici *G* poetici LR^2D petiti P^1R^1 (*coni. cum* o *seq. R*) boetici *s. s.* P^2 16 contemta *P utroque loco* 17 poeta] postea poeta *R* 18 odore *D* || sibillae (y *s. s.*) *P* sybillę *R* sybelle *D* 19 paruii|id *D* || contemtu *P* || adque P^aR^1

antiquatum fuit, hoc est aut numen aut sedem: Apollo ille Pythius erat, quem ferunt magno illo Pythone serpente interfecto, totius uaticinationis auctore et principe, heredem et sedis et diuinationis et numinis exstitisse ibique eum reddere elegisse responsa, ubi orta cum auctore ipsa diuinatio uide-
15 batur, praeterea quem per alias quoque terrarum partes spumantibus buccis rabidoque discursu omnis furiatorum ructat insania, ad quem plurimi terrarum reges quasi ad uiuam uocem consulti numinis cucurrerunt, cui saepissime ipsi quoque
16 Romani opulentissima dona miserunt. at si Apollo iste Pythius paulatim discernente experientia contemptus relictus atque abolitus est, quid uiuum de mortua pecude, quid uerum de amente muliercula sperari potest? quid postremo,

p. 419 'Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,

expositis opimae pecudis intestinis, non finget esuriens, si, ut ipsi fatentur, uel obscura uel falsa dicendo ipse Apollo seducit?
17 quamobrem aequo animo ferant, etsi imitari interim nolunt, nos id ueritatis iudicio etiam prohibere, quod potuerunt maiores eorum uel experiendo contemnere.

AVCTORES 14 *Vergilius Georg. 2, 193*

1 antiquantum *P* || hoc] hoc etiam *D* || aut] aua *D* || nomen *PR*¹*D* || sedem (m *in* m *corr. sed deinde* *erasa; s. s.* 1 sedes *m. 2*) *R* || *post* sedem *haec* Apollo successit heres | serp*enti* (*s. s.*) | in diuinatione Post apo*l* | linē successit sybilla | in diuinatione phyton | *inseri iubet in mg. m. 2* (s, enti, ol *desectae sunt*) *R; eadem in textu exhibent TX₂Z, ubi* appollo *X₂Z;* phyton (phiton *Z*) *ante* post *add. X₂Z; pro* apollinem: apollo *T* appollo *X₂Z;* phiton *T, om. Z* || appollo *D* 2 pythius] *L* pytius *PR* phythius *D* || pythone] *LD* pitone (pit *in ras.*) *P* poetone (*supra* o *scr.* y *m. 1;* p *in* f *m. 2*) *R* 3 auctorē *P* || principē *P* 4 sedes *R*¹ || nominis (-es *D*) *LPR*¹*D* || extitisse *PRD* || redere *P*¹ 5 eligisse *L* || autore *R*ᵃ 7 buscis *D* || rauidoque *R*¹ 9 nominis *P*ᵃ*R*¹ numinis *LDP*ᵇ*R*² || cucurrerunt] *LD* concurrerunt *PRv* 10 appollo *D* || phthius *D* pyticus *PR* 11 contemtus *P* || adque *P*ᵃ*R*¹*D* 12 uerum] uirum *L* uero *D* 13 postremum *D* 14 tyrrenus *LPRD* 15 fingit *LGO* || si ut] *L idem coniecerat Lautius*, sicut *PRD*, Nam sicut *v* 17 aequo (q *ex* c) *P* || mitari *R*¹ 18 potuerunt******|******maiores *R* 19 contempnere *a. ras. R*

Interea apud Dyrrachium multi Orientis reges ad Pompeium 18
cum auxiliis conuenerunt. quo cum Caesar uenisset, Pompeium
obsidione frustra cinxit, ipse terram quindecim m. p. fossa
praestruens, cum illi maria paterent. Pompeius castellum 19
quoddam propinquum mari, quod Marcellinus tuebatur, euertit
praesidiaque Caesaris, quae ibidem morabantur, occidit. Caesar
Torquatum legionemque unam, ut expugnaret, adgressus est.
hoc periculo sociorum Pompeius cognito omnes eo copias con- 20
traxit: in quem se ilico Caesar omissa obsidione conuertit.
Torquatus autem e uestigio prorumpens auersum insecutus est.
ita Caesaris milites ancipiti periculo territi ipso Caesare frustra 21
obsistente fugerunt. Pompeius uero Caesaris quoque testimonio
uictor persequentem reuocauit exercitum. quattuor milia
militum Caesaris, centuriones uiginti et duo, equites Romani p. 420
conplures |in eo proelio caesi sunt. Caesar inde citato agmine 22
per Epirum in Thessaliam perrexit; Pompeius cum maximis
copiis secutus bellumque commissum est. itaque instruitur 23

AVCTORES § 18—§ 27 *Liuius 111, ex quo etiam* § 21 *Caesaris testimonium* (*B. Ciu. 3, 73*) *commemoratur* (*ad* § 23 — § 27, *inprimis* § 23 *cf. Eutrop. 6, 20 et 21*)

EXPILATORES 1 apud Dyrr.—6 occidit *compilauit comm. Bern. Lucani 6, 1* 6 Caesar — 17 secutus *compilauit comm. Bern. Lucani 6, 285* 17 instruitur—p. 400, 5 copia *compilauit comm. Bern. Lucani 7, 460*

1 dyrracium (*corr. m. 2*) *P* dirratium *R* 2 auxilium *L* ‖ uenerunt *L* ‖ quo* (*erasa* d *uid.*) *R* 3 frustra obsidione *solus L* ‖ cincxit *a. ras. R* ‖ ipsi *RD* ‖ xv *P* xu *R* qumdecim *D*; sedecim *Florus 4, 2 § 39, stadia 1200* [*120 coni. Schweigh.*] *indicat Appianus, B. ciu. 2, 61* ‖ milia (a *in* bus *corr. m. 1 aut 2*) *L* milibus *PRD*; millium *v* ‖ passuum *LPRD* 4 praestuens R^1 5 quondam *D* ‖ marcellnus R^1 7 una *D* ‖ expugnaret et *L* ‖ aggressus R^3 8 sotiorum R^1 (-ci- *3*) ‖ traxit *PR* 10 prorũ*pens (*er.* p; ˜ *m. 1*) *D* erumpens *PR* 11 frustra ipso caesare *L solus* 12 quoque] a quoque *D* 13 IIII *PR* 14 centyriones *L* ‖ xx *PR* ‖ et duo] *LPR* duo *Dv* ‖ equitis *D* equitesque *v* ‖ r̄· *L* 15 conpluris *D* cõ*plures (cõ *ex* con *m. 3*) *R* ‖ caeci *D* ‖ ci**tato (*er.* ui) *D* 16 tessaliam *PR* 17 secutus est *D*

utrimque acies. Pompeius octoginta et octo cohortes triplici
ordine locauit: fuerunt autem peditum quadraginta milia,
equites in sinistro cornu sescenti, in dextro quingenti, praeterea
reges multi, senatores equitesque Romani plurimi, absque
24 leuium armaturarum magna copia. Caesar similiter octoginta
cohortes triplici ordine disposuit, cui fuerunt minus quam
25 triginta milia peditum, equites mille. uidere ibi et gemere
erat contractas Romanorum uires in campis Pharsalicis ad
occisionem mutuam constitisse, quas si concordia rexisset, nulli
26 populi, nulli reges ferre potuissent. prima congressione
equitatus Pompei pulsus sinistra latera nudauit. deinde cum
diu utrimque dubia sorte caederentur atque ex alia parte
Pompeius inter hortandum diceret parce ciuibus nec tamen
faceret, ex alia uero Caesar hoc faceret, quod urgeret dicens
miles, faciem feri, tandem uniuersus Pompei fugit exercitus,
27 castraque direpta sunt. caesa sunt in eo proelio Pompei-
anorum quindecim milia, centuriones triginta et tres. hic
exitus pugnae ad Palaeopharsalum fuit. Pompeius fugiens in
ostio Penei amnis onerariam nauem nanctus in Asiam transiit.

EXPILATORES 5 Caesar — 7 mille, 10 prima — 17 tres *compilauit comm. Bern. Lucani 7, 521* 11 cum diu — 16 castraque *exscripsit Paulus 156. 157* 18 Pompeius — p. 401, 1 uenit *exscripsit comm. Bern. Lucani 8, 33*

1 utrumque *D* || octogento et octo *D* LXXX et VIII (VIII *ex* VIIII *P*) *PR* 2 ferunt *D* || quatragenta *D* XL *PR* 3 sexcenti *D* DC *PR* || D *PR* 4 uenatores equitesque *D* senatoresque *L* 5 *leuium *R* || LXXX *PR* 6 cui *om.* *D* || minus] *LPR¹D* non minus *R²v*, *cf. Eutrop. 6, 20 extr.* 7 xxx· mil· *L* xxx mil· *P* ·xxx· mil· *R* 9 occidionem *L* || nullo populi *L* nulli popouli (*sed* o *alt. del.*) *P* 10 potuisset *Rª* || congressio *D* 11 pompei] *LPRD* || nadauit (*corr. al. m.*) *R¹* 12 diu] duo *D* || utrique *L* || cederentur *LP* || adque *PR¹* 14 hoc faceret] hoc faceret et *R* 15 ferit *D* || pompei] *LPRD*𝔓 16 pompei annorum *R¹* 17 xv milia *PR* || centyriones *L* || trigenta et tris *D* XXXIII *PR* 18 paleopharsalum *LPRD* 19 nactus *R²*

inde per Cyprum in Aegyptum uenit ibique mox ut litus 28
attigit, iussu Ptolemaei adulescentis in gratiam Caesaris
uictoris occisus est. Pompei uxor filiique fugerunt; cetera
Pompeiana classis direpta est omnibus qui in ea erant
crudelissime trucidatis, ¦ibique et Pompeius Bithynicus occisus p. 421
est. Lentulus uero uir consularis apud Pelusium interfectus
est. Caesar conpositis apud Thessaliam rebus Alexandriam 29
uenit perlatoque ad se ac uiso Pompei capite anuloque fleuit;
cumque se in regiam recepisset, eludebatur a tutoribus, quo-
minus pecuniam acciperet, templa sua astu spoliantibus, ut
et regios thesauros uacuos esse ostenderent et in inuidiam
Caesaris populum concitarent. praeterea Achillas dux regius, 30
imbutus semel Pompei sanguine, Caesaris quoque necem me-
ditabatur. nam iussus exercitum dimittere, cui praeerat, uiginti
milium armatorum, non modo spreuit imperium, uerum et
aciem direxit. in ipso proelio regia classis forte subducta 31
iubetur incendi. ea flamma cum partem quoque urbis in-

AVCTORES § 28—§ 31 *Liuius 112* (*ad* § 31 *cf. Seneca De tranquill. animi 9 § 5 qui eadem narrat Liuium laudans*)

EXPILATORES 1 mox — 7 interfectus est *compilauit comm. Bern. Lucani 8, 560* 7 Caesar—p. 402, 2 exussit *compilauit comm. Bern. Lucani 10 pr.*

2 adtigit (d *in* t *corr. m. 3 R*) *PR* ‖ iussu *in ras. P* ‖ ptolemei *LP* ptolomei *R* ptulomei (p *ex* b *m. 1*) *D* ‖ aduliscentis (*corr. m. 3 R*) *R*¹*D* 3 filique *D* 4 pompeianae *P* pompei ana* *R* ‖ clas*sis (*prior* s *in ras.*) *P* classis (si *in ras.*) *R* 5 trucidati sunt| (sunt *fort. ex corr. add. m. 1, partim in ras.* , *uel alius clausulae?*) *D* ‖ Sibiquae pompeius (S *erasa*) *D* ‖ bithicus *P*¹ bythinicus *P*²*R* bytthinicus *D* 6 consolaris (*corr. m. 3*) *R*¹ ‖ interfectus] occisus *L*¹ ex⌒ occisus *et in marg.*: ex⌒ | alibi | interfectus *L*² 7 compositis *PR* ‖ thesaliam *R*ᵃ 8 anu*loque (*erasa* l) *P* anoloque *D* 9 cumque se *om. D* ‖ eludebatur a tutoribus] eluniam , aucteribus *D* 11 thensaurus *D* ‖ ostenderet *R*¹ 12 regius] reus *D* 13 inbutus (imb- *R*²) *PR*² imputaus (*prior* u *s. s. m. 1*) *D* 14 XX · milium *L* xx milia *PR* 15 praebuit *D* 16 regi *L* 17 incendi ea] incenea *D*

uásisset, quadringenta milia librorum proximis forte aedibus condita exussit, singulare profecto monumentum studii curaeque maiorum, qui tot tantaque inlustrium ingeniorum opera con-
32 gesserant. unde quamlibet hodieque in templis extent, quae et nos uidimus, armaria librorum, quibus direptis exinanita ea a nostris hominibus nostris temporibus memorent — quod quidem uerum est —, tamen honestius creditur alios libros
p. 422 fuisse quaesitos, qui pristinas studiorum curas aemularen|tur, quam aliam ullam tunc fuisse bibliothecam, quae extra quadringentà milia librorum fuisse ac per hoc euasisse
33 credatur. Caesar postea insulam, ubi Pharos est, cepit. eo Achillas cum Gabinianis militibus uenit. ingens pugna commissa est: magna ibi Caesarianorum militum multitudo cecidit, omnes etiam interfectores Pompei interfecti sunt.
34 Caesar ui insistentium hostium pressus scapham escendit: qua mox pondere subsequentium grauata ac mersa, per ducentos passus ad nauem una manu eleuata, qua chartas tenebat,

AVCTORES § 32 *Orosius* § 33 et § 34 *Liuius 112*

EXPILATORES 11 Caesar — p. 403, 2 cepit *exscripsit comm. Bern. Lucani 10 pr.* 15 Caesar—p. 403, 2 cepit *exscripsit Paulus 157 not. lin. 4—158, 14*

1 cccc *PRKMTW, v;* $\overline{\text{XL}}$· *L* (*idem* § 32 quadringenta, *cf. 4, 20 § 33 et 6, 11 § 4*) quadragenta *D*, *eundem num. exhibent GN Bern. 128, Senecae codex Mediol.* (*ed. Koch 1879*); *cf. Parthey, Alex. Bibl. p. 32 et 77; Ritschl, Opp. 1 p. 28 . 152 . 226* || mili· *D* 2 monumenta *L* 3 qui tot] quit *D* || inlustrum R^1 || ingeniorumque *L* 6 *haec* quod quidem uerum est *glossam esse perperam censet h* 8 simularentur *D* 10 quadringenta] *Lv* cccc *PRKMTW* quadragenta *D;* XL *GN* quadrãgenta *E* CCCCXL *O* || auasisse R^1 11 pharos] *L* pharus *PR* farus *D* || erat *PRW* || coepit (o *del. in R*) *RD* 13 conmissa (com- R^3) $P^a R^1$ || magnam *D om. L* || caesaria·nomirum *D* 14 caecidit *L et a. r. R* 15 uĩ *in ras. m. ut uid. 2 R* || pressos *L* p̃ssus *R* praesus *D* || scafam *P* (*non R*) || escendit] *L* exscendit P^1 ascendit (as *in ras. m. 2 R*) $P^2 R$ς𝔓*v* ar*|cendit (*er.: ut uid.*) *D* 16 quo (e *supra* o *scr. m. 1*, o *in* a *corr. 2 R*) $P^1 R$ quae P^2 || ducentur *D* CC *PR* 17 unam *D* || charthas *PR* carthas *D*

nando peruenit, mox nauali certamine pulsatus, magna feli- p. 423
citate classem regiam aut depressit aut cepit. ¹Alexandrinis 16
petentibus regem reddidit monitum, ut magis amicitiam Ro-
manam quam arma experiri studeret; qui tamen ilico ut liber
fuit bellum intulit, sed continuo cum toto exercitu suo et
ipse deletus est. nam uiginti milia hominum in eo bello
caesa referuntur, duodecim milia cum septuaginta longis naui-
bus dedita, quingenti ex uictoribus cecidisse dicuntur. rex 2
ipse adulescens scapha exceptus ut fugeret, multis insilientibus
mersus necatusque est; corpus eius ad litus deuolutum indicio
loricae aureae cognitum fuit: qua Caesar Alexandriam prae-
missa Alexandrinos omnes ad deditionem desperatione conpulit
regnumque Aegypti Cleopatrae dedit. inde Syriam peruagatus 3
Pharnacem in Ponto uicit. postea uero quam Romam uenit,
dictator et consul creatus in Africam transiit et apud Thapsum
cum Iuba et Scipione pugnauit maximamque ibi hominum
multitudinem interfecit. castra utriusque direpta sunt, sexa-
ginta elephanti capti. Cato sese apud Vticam occidit; Iuba 4

AVCTORES § 1 et § 2 *Liuius 112* § 3 inde—transiit *Liuius 113* (*cf. Periocha*) || apud Thapsum—§ 5 *Liuius 114* (*cf. Per.*)

EXPILATORES 2 Alexandrinis—3 reddidit, 4 qui—13 dedit *compilauit comm. Bern. Lucani 10 pr.* 2 Alexandrinis—11 fuit *exscripsit Paulus 158* 13 Syriam—14 uicit *exscripsit comm. Bern. Lucani 10, 475* (*extr.*) 14 postea—p. 404, 7 ingressus *excerpsit comm. Bern. Lucani 10, 475*

1 nando] *LPR²DT* nondo *R¹* natando *GW𝔓h* || felicitate] *PRTW𝔛 comm. Lucani altero loco,* mira felicitate . . enatauit *Florus 4, 2 § 59* facilitate *LDGKMHNOX,𝔅 comm. Lucani priore loco* 2 depraessit *D* || coepit *Rᵃ𝔓* 3 regem petentibus *PR* || ut magis amicitiam *om. D* 4 quam arma *om. D* 5 bellum intulit sed *om. D* || toto] omni *D* 6 xx *PR* || eo] quo *D* 7 duodicim *D* xii *PR* || septuagenta *D* lxx *PR* 8 dedit·anquingenti *D* || d *PR* || caecidisse *RD* 9 adulicens *D* || scafa *P* (*non R*) || mu*l*tis (*altera litterae* u *hasta m. 2 in ras., ante* t *erasa* i) *R* 10 necadusque *R¹* || inditio *R¹* (c *3*) 11 alexandream *L* alexandria *D* 12 desperatione (*alt.* e *ex* i ?) *R* || compulit *R²* 13 peruagatur *L* 14 farnacem *LD* 17 c*astra (*er.* r) *D* || utriusque (us *s. s. m. ut uid. 1*) *L* || sexagenta *D* lx *PR* 18 elephanti (h *del.*) *P* elephant *D* || aput *Pᵃ* || iuba rex (rex *s. s. m. 2*) *R*

p. 424 percussori iugulum pretio dato prae'buit, Petreius eodem se gladio perfodit; Scipio in naui, qua ad Hispaniam fugere contendens uento coactus in Africam redierat, semet ipse
5 iugulauit. in eadem naui etiam T. Torquatus occisus est. Caesar Pompei Magni nepotes filiamque Pompeiam simulque cum his Faustum Sullam et Afranium et Petreium filium
6 iussit occidi. inde quattuor triumphis Vrbem ingressus, disposito recuperatae reipublicae statu continuo in Hispanias contra Pompeios Pompei filios profectus, septimo decimo quam egressus ab Vrbe fuerat die Saguntum peruenit statimque aduersus Pompeios duos et Labienum atque Attium Varum
7 multa bella et uaria sorte gessit. ultimum bellum apud Mundam flumen gestum est, ubi tantis uiribus dimicatum tantaque caedes acta, ut Caesar quoque, ueteranis etiam suis cedere non erubescentibus, cum caedi cogique aciem suam cerneret, praeuenire morte futurum uicti dedecus cogitarit, cum subito uersus in fugam Pompeiorum cessit exercitus.

AVCTORES § 6—§ 9 *Liuius 115* (*cf. Periocha et ad* § 6 et § 7 *Eutrop. 6, 24*)

EXPILATORES 7 *hinc* quattuor (cum quattuor *B*) triumphis ingressus *Eutropianis inseruit Paulus 159, 19 sq.*

1 percussorem *D* || praetio *LPR* praecio *D;* Petreio (*pro* pretio dato) *coniecit Rubenius Elect. 1, 10 male* || prebuit *L* || eodem] eodem die *codex Portensis interpolauit* 2 hispaniā *PRT* hispania *L* spania *D* hispanias *GM*(*HNO*)*v*, hispaniās *K* 4 titus *PR* titos *D* || occis^{v}s (v *m. 2*) *P* 5 magnine potest *D* || filiam | muque *D* || -que *om. PR* 6 syllam *LPRD* || afraniam P^a 8 dispositae P^2 disperato (*om.* recuperatae) *K* disposito (*om.* rec. *sed s. s.* e recuperatoque) *M* || recuperatae] R^2G^1W (-te R^2) recuperato LPR^1 recuperatoque G^2N recuperati *D* || reip̄· *L* || hispanias] *L* hispaniā *PR* hispania *D* 9 pompeius R^1D || quam̄ *P* qua *R* 10 die* (s *ut uid. eras.*) *P* || sagyntum *PR* || *post* peruenit *pag. extr. circ. 13 litt. eras.* (statim peruenit?) *D* || statim *D* 11 aduersum *D* || pompeius R^1D || adque P^aR^1 || attiū (iū *radendo in* ui *mut.*) *R* 13 flumen] *LPRD*ς, urbem *corr. v, cf. § 9* || tantis est *v* 14 caedis *LD* 15 caedere LR^1D || erubiscentibus PR^1D || caedi (a *linea traiecta sed deinde linea erasa*) *R* cede *D* 16 dedecus] decuius *D* || cogitaret *D* 17 pompeianorum *L solus* || cessit (e *ex* a *m. 2*, *pr.* s *in ras. m. 2*) *R*

equidem eo die hoc bellum actum est, quo Pompeius pater 8
ab Vrbe bellum gesturus aufugerat, quattuorque annis hoc
bellum ciuile |indesinenter toto Orbe tonuit. T. Labienus et p. 425
Attius Varus in acie caesi sunt. Gnaeus Pompeius cum cen-
tesimo equite aufugit. frater eius Sextus Pompeius contracta 9
celeriter non parua Lusitanorum manu, cum Caesonio congressus
et uictus fugiensque interfectus est. Munda ciuitas cum im-
mensa hominum caede Caesare oppugnante uix capta est.

Caesar Romam rediit. ubi dum reipublicae statum contra 17
exempla maiorum clementer instaurat, auctoribus Bruto et
Cas|sio, conscio etiam plurimo senatu, in curia uiginti et p. 426
tribus uulneribus confossus interiit. in qua coniuratione fuisse 2
amplius sexaginta conscios ferunt. duo Bruti et C. Cassius
aliique socii strictis pugionibus in Capitolium secesserunt. diu
deliberatum est, utrum Capitolium cum auctoribus caedis opor-
teret incendi. corpus eius raptum populus dolore instimulatus 3
in foro fragmentis tribunalium ac subselliorum cremauit.

Percensuit latitudinem regni sui Roma cladibus suis atque 4
in suam conuersa caedem singulas quasque gentes ibidem, ubi
domuit, uindicauit. Asiae Europae atque Africae, non dico
tribus mundi partibus sed totis trium partium an|gulis edidit p. 427
gladiatores suos feriatisque inimicis spectaculum miserae ulti-

AVCTORES § 1—§ 3 *Liuius 116* (*ad* § 1 et § 2 *cf. Eutrop. 6, 25*)

1 equidem] *LD* et quidem *PRv* 3 ciuile bellum *v* || titus *PRD* || labienus (i *ex corr. add. m. 1*) *D* 4 aciae *D et a. r. R* || gn̄· *L* gneus *PR* genus *D*, *idem praenomen in* ς; Sex. *corr. Rob. Stephanus fsh* || centesimo (es *in ras.*) *P* centissimo *D* 5 sextus] *LRD*ς Cn. *corr. R. Stephanus fsh* 7 inmensa *PR*[1] (im- *R*[2]) 9 reip̄· *L* 10 maiorum exempla *PR* || instaurata| *D* 11 curiam *L* || ·xx· et tribus *LPR* 12 confusus *D* 13 sexagenta *D* LX *PR* || g̅· *L* gaius *PR* galus *D* 14 socis trictis *D* || capitulium *D* 15 capitulium *D* || autoribus *R*[1] 16 incendi (n *s. s. m. 2*) *P* incendii *L* || stimulatus *PR* 17 in foro *om. L* || fracmentis *P* fragementis *D* 18 adque *P*[a]*R*[1] 19 in sua *in ras. ang. m. 1 D* || singulis *P*[a] 20 domuit (o *statim corr., fort. ex* i) *R* || uindicauit *om. R* (*non P*) || eurupe *D* || adque *P*[a]*R*[1] 21 angulo *P*[1] angelos *R*[1] || redidit *P*[a] edid| *D* 22 expectaculum *P* ·s·spectaculum (s *in ras. m. 2*, *fort. fuit* ex) *R*

5 onis ingessit. nec tamen sufficit ipsas quoque cum auctoribus
causas fuisse consumptas; recidiua semina in eodem agro
germinant, magna continuo metentibus malorum incrementa
cum magno sudore factura: uictor ciuilis belli a ciuibus Caesar
occiditur, in caedem unius trahuntur agmina consciorum.
6 certum enim erat, quia Caesar indigne peremptus plures
habere posset ultores; plurimaque nobilitas una simul catena
sceleris copulatur, ne forte tanta malorum materia non belli
magnitudine suppleatur sed uindictae breuitate tenuetur.
7 Medeam illam fabulae ferunt dentes quondam occisi seuisse
serpentis, e quibus quasi conpetens semini seges armati
homines terra emerserint seseque mox inuicem pugnando
8 prostrauerint. equidem hoc poetarum commenta finxerunt;
nostra autem Roma Caesare occiso quanta de cineribus eius
agmina armata parturiit! quanta bella in testimonium miserae
fecunditatis non legenda pueris sed spectanda populis excitauit!
9 et tamen horum 'omnium malorum initium superbia est: inde
p. 428 exarserunt bella ciuilia, inde iterum pullularunt. non ergo
iniusta caedes est eorum, qui eam iniuste consectantur, si
ambitionis aemulatio per ipsos atque in ipsis et agitur et
punitur, donec qui detrectauere collegium, discant ferre domi-

AVCTORES § 7 fabulae ferunt (*cf.* § 8 poetarum commenta *et* legenda pueris)

1 ipsa *D* || cum *om. D* 2 consumtas *P* || recidiua (ua *in ras.*) *P* 3 germinant] siminant *D* || magna] mala *L* || contime tentibus *D* 4 uictus *D* || ciuilis] ciuili *D* || a *om. D* || ciuilibus *D* 5 caede ... unius P^1 caedem**unius P^2 6 certum (tum *s. s. m. 1*) *D* || perem*tus (*erasa* p) *P* 7 possit *L* || cathena LR^1 8 malorum] aliorum *D* 9 supplicatur *L* supplecatur *D* || uindicate *D* 10 mediam *D* || quosdam *PRD* || se*uis*e *P* 11 serpentes *LD* || e quibus *om.* R^1 || competens R^2 12 terrae emerserint *R* || pugnandum *D* 13 prustrauerunt *D* || equidem] $PRDG^1$ et quidem *Lfsh* || fixerunt R^1 16 fecundatis *D* || puerised *D* || exspectanda *L* expectanda *PRD* 18 unde R^1 || pollularunt *L* pullularunt| (l *pr. in ras. m. 2, fort. ex* e, unt *ilico m. 1 ex* ū) *R* 19 caedis *L* cede *D* || consecrantur *L* consequantur *O* 20 imolatio *D* || adque PR^1 21 detrectauere (*alt.* e *in ras. m. 2*) *R* || colligium R^1

natum, summaque imperii totius ad unum redacta longe
aliud omnes homines uiuendi genus subeant, ut omnes humiliter
placere studeant, non insolenter offendere. sed ad tam 10
salubrem humilitatis doctrinam magistro opus est. itaque
opportune conpositis rebus Augusti Caesaris natus est Dominus
Christus, qui cum in forma Dei esset, formam serui humiliter
adsumpsit, ut tunc demum aptior fieret humilitatis institutio,
quando iam per totum mundum poena superbiae omnibus
esset exemplo.

Anno ab Vrbe condita DCCX interfecto Iulio Caesare Octa- 18
uianus, qui testamento Iuli Caesaris auunculi et hereditatem
|et nomen adsumpserat idemque, qui postea rerum potitus p. 429
Augustus est dictus, simul ut Romam adulescens admodum
uenit, indolem suam bellis ciuilibus nouit. nam, ut breuiter 2
coaceruationem malorum explicem, bella ciuilia quinque gessit:
Mutinense Philippense Perusinum Siculum Actiacum. e quibus
duo, hoc est primum ac nouissimum, aduersus M. Antonium,
secundum aduersus Brutum et Cassium, tertium aduersus
L. Antonium, quar|tum aduersus Sex. Pompeium, Cn. p. 430
Pompei filium, confecit. Antonius a senatu hostis pronuntiatus 3

AVCTORES lin. 6 qui cum—7 adsumpsit *Pauli Ep. ad Philipp. 2, 6 et 7* cap. 18 § 1 *Eutropius 7, 1 exceptis anni numero* (DCC fere ac nono *Eutr.*) *et ex Liuio 117 sumptis his* auunculi *atque* Romam .. uenit § 2 bella *et q. s. Suetonius Aug. 9* § 3—§ 6 interfecit *Liuius 118 et 119*

1 summaq (q *i. e.* quae *m. 1 in ras., ex* ɉm ?) *D* 4 salubri *D* || humilitatem (em *in* is *corr.*) *L* 5 oportune (-ę *a. r. R*) *PR* oportunae *D* || compositis *PR* || augustucaesaris (c *ilico ex* s) *D* || caesaris] *LPRD*ς*Z* caesaris tempore *H* caesaris temporibus *v* 7 assumpsit *R*[3] adsumsit *P* || ut *om. L* || fieret] fieret et *PR*[1] || institutotio (to *del.*) *P* 8 iam (i *ex* t) *P* || mundum] orbem *L solus* 9 exemplum *D* 10 septingentensimo (-tissimo *D*) decimo *LD* 11 testam̄ *R*[1] testamentum (*sed* -tū *in* -to *corr. R*[2]) *R*[2]*D* || iuli] *PR*[1] iulii *LR*[2]*D* || heriditatem *D* 12 assumpserat *R*[3] adsumserat *P* || potitus] potius *D* 13 adulicens *D* 15 explicem (plic *s. s. m. 1*) *L* 17 ac] et *v* || aduersum *D* || m̄· (*i. e.* marcum) *L* marcum *PRD* || antunium *D* 18 aduersum (*priore loco*) *D* (*idem in seqq. bis* aduersus) 19 lucium *PD* lutium *R* || antunium *D* || sextum *LPRD* || gnei *PRD om.* (*fine uersus*) *L* 20 antunius *D*

D. Brutum apud Mutinam obsidione concluserat. consules
Hirtius et Pansa et cum his Caesar ad liberandum Brutum
4 expugnandumque Antonium missi. Pansa primo ueniens exceptus insidiis, inter suorum clades ipse quoque pilo grauiter uulneratus ab eodem uulnere interpositis diebus est mortuus. Hirtius auxilium collegae ferens magnas Antonii copias uasta strage deleuit. Caesar eatenus castra custodiit.
5 secunda aduersus Antonium pugna magnae utrimque strages actae sunt. namque tunc ibi Hirtius consul occisus est, uictus fugit Antonius, Caesar uictoria potitus est, cui D. Brutus de con-
p. 431 iuratione occisi Iuli Caesaris confessus |preces paenitentiae
6 fudit. Dolabella Trebonium, unum ex interfectoribus Caesaris, Zmyrnae interfecit. Dolabellam senatus hostem pronuntiauit. consulum occisorum uterque exercitus Caesari paruit.
7 postea D. Brutus in Gallia a Sequanis captus et occisus est. Basilus autem, aeque unus de percussoribus, manu seruorum
8 suorum necatus est. Lepido satisagente Caesar Antonium recepit in gratiam atque ob fidem reconciliatae gratiae filiam
9 eius matrimonio sortitus est. inde cum ad Vrbem accessissent ac rumor de futura proscriptione ortus esset, C. Thoranius uir praetorius nihil tale metuens incursu militum domi suae
10 interfectus est aliique conplures trucidati sunt. itaque, ne

AVCTORES § 6 Dolabellam — § 12 *Liuius 119 et 120*

EXPILATORES 1 *hinc* apud Mutinam *Eutropianis inseruit Paulus 162 not. lin. 6*

1 decimum *P* decium *LRD* || apud] *LPRDv* ad *h* 2 hyrtius *R* hircius *D* 3 antunium *D* 4 philo PR^1 5 ab] ad *D* 6 hircius *D* || antunii *D* 7 uastas trege *D* || costodit *D* 8 secundum *D* || antunium *D* || magnae (m *s. s. m. 2*) *R* 9 nunc *L* || hyrcius *D* 10 antunius *D* || caesar] sa sar *D* || decius *LPRD* 11 iuli] *L* inlii *PRD* || praeces *LRD* || p*enitentiae (*erasa* a) *R* paenitenciae *D* 12 fudit] dedit *L*, *item KME* || tribunium *D* 13 zmyrnae] *LPR* myrnae *D* 15 decius *LPRD* 16 basilus] *L* uasillus *PR* pasillus *D* 17 antunium *D* 18 adque PR^1 || sidem P^1R^1 20 proscribtione *LP* || g̅· *L* gaius *PRD* 21 uir praetorius *om. D* || dominae suae *L* domui sui *D* 22 conpluris *D* complures R^3

latius atque effrenatius incircumscripta caedes ageretur, centum
triginta et duum senatorum nomina in tabula proposita sunt,
primum Lepidi praecepto et nomine, deinde Antonii, tertio
Caesaris. ibi Antonius Tullium Ciceronem inimicum suum, 11
ibi L. Caesarem auunculum suum et — quod exaggerando
sceleri accessit — uiua matre proscripserat; ibi Lepidus L.
Paulum fratrem suum in eundem proscriptorum gregem con-
iecerat. adiecti sunt postea 'ad numerum proscriptorum 12
triginta equites Romani. multae diu et uariae caedes p. 432
actae, domus proscriptorum direptis omnibus dirutae sunt.
at Dolabella in Syria multa cum Cassio bella gessit, a quo 13
uictus ipse se interfecit. Brutus et Cassius magnis exercitibus
conparatis apud Athenas conuenerunt totamque Graeciam depo-
pulati sunt. Rhodios Cassius terra marique oppugnatos ad
deditionem coegit, quibus praeter uitam nihil reliquit. igitur 14
Caesar et Antonius eosdem in Macedoniam magnis bellorum
apparatibus persecuti, ad mortem conpulerunt; quamuis mani-
festissime illa tunc pugna non uirtute partis Antoni, sed
Caesaris felicitate confecta sit. Caesar enim tunc aeger, cum 15
se in castris capiendae quietis causa tenere statuisset, hortatu

AVCTORES § 13 Dolabella—interfecit *Liuius 121* || Brutus—reliquit *Liuius (122?)* § 14—§ 16 *Liuius 123 et 124*

1 adque $P^{a}R^{1}$ || efranatius R^{1} || circumscribta *P* || caedis PR^{1} || cento tregenta *D* cxxx *PR* 2 et duum] *LPR* et duo *D* 4 ibi] sibi *D* || antunius *D* || cyceronem *D* 5 lucium *PRD* || auulculum R^{1} || exagerando *PD* exaggeranda (g *pr. s. s. m. 3; in mg. corr. in* exacrando *m. ut uid. 2*) *R* 6 proscribserat LPR^{1} (*corr. 3 ut in sqq.*) || lucium *PRD* 7 paulum] *LPRD* || proscribtorum LPR^{1} proscripens torum *D* 8 proscribtorum PR^{1} 9 trigenta *D* xxx *PR* 10 actae (a *alt. in ras.*, e *ex corr. add. m. 1*) *D* || domos R^{1} (*corr. m. 3*) || proscribtorum PR^{1} 11 at] t *in ras. P*, t *s. s. m. 1 D* || siriam *D* 12 ipse se] sese *PR* || magnis] multis *D* 13 comparatis $R^{3}D$ || totaque *D* || greciam pene (pene *s. s. m. 2*) *R* graciam *D* 14 rhodius *L* || in terra *L* 15 reliquid $R^{1}D$ 16 et *in ras. P* || antunius *D* || machedoniam PR^{1} 17 conpulerunt] $PR^{1}D$ compulerunt R^{2} conpulerant *L* || manifestissima *L* 18 tunc illa *L* || antoni] *L* antonii (-unii *D*) *PRD* 20 tenere (re *in ras.*) *P*

et precibus medici sui, qui per somnium admonitum sese
fatebatur, ut ea die castris Caesarem salutis ipsius causa
educeret, in campum aegre inter copias egressus est ac mox
castra eius ab hostibus capta sunt. sed rursus Caesariani
16 milites Cassi castra ceperunt. quare ad desperationem adacti
Brutus et Cassius immaturam sibi mortem ante belli ter-
minum consciuerunt. nam inuitatis percussoribus Cassius ca-
17 put, Brutus latus praebuit. at Romae Fuluia, uxor Antoni,
socrus Caesaris, dominatum ut mulier agitabat, incertum in
hac mutatione consularis regiique fastigii utrum deficientis
potentiae ultima an incipientis prima numeranda, certe etiam
18 in eos insolens, per quos ut insolesceret agebatur. nam et
Caesarem reuersum apud Brundisium contumeliis factionibus
p. 433 insidiisque petiit. a quo propulsata ad Antonium |concessit
19 in Graeciam. Sex. Pompeius postquam se in proscriptorum
numerum relatum conperit, conuersus in latrocinia omnem
oram Italiae caedibus rapinisque uastauit. Sicilia praerepta
20 commeatibusque inpeditis Romam fame adfecit. mox cum eo
pacem triumuiri, ut non dicam tyranni, id est Lepidus Caesar
Antoniusque fecerunt. sed continuo cum contra pactum Pom-
21 peius fugitiuos allegeret, ut hostis habitus est. Mena libertus

AVCTORES § 17—§ 18 *Liuius 125 (et 126?) exceptis fortasse* § 7 incertum—agebatur *Orosianis ut uid.* § 19—§ 22 *Liuius (123?) 127.128;* § 20 *Lepidus fort. ab Orosio additus*

1 praecibus *LRD* 2 causa educeret (a e *in ras.*) *P* causę|duceret *D* 3 aeger *PR* || copias] cupias campunn *D* 5 cassi] *L* cassii (ii *radendo ex* u *D*) *PRD* || cęperunt *R* coeperunt *D* 6 inmaturam *PR*[1]*D* (im- *R*[3]) || b*eli (*er.* l) *D* 7 consciuerunt] *DT* (*O*) *v*; (Cassius) mortem consciuit *Periocha* coegerunt *LPRGWKMHNX*[2]*E* 8 ad *P*[a] || antonii *LPR* antunii *D* 11 *Incipientis *P* -cipientis *R*[1] || nominanda *PR* 13 brundisium] *D* brundesium *L* bruntitium *P* brunditium *R* 14 antunium *D* 15 greciam *RD* || sextus *LPRD* 16 comperit *R*[3]*D* || omnem (o *s. s.*) *L* 18 comeatibusque *L* || affecit *PRD* || cumeo (eo *s. s.*) *L* 19 tyranni (y *ex* i *corr. m. ut uid. 1*) *L* 20 antuniusque *D* || sed] sed et *D* || cum *om. L* 21 allegeret] *LPR* adlegeret *D* || ut ** (*er.* in *uel* an) *R*

Pompei cum sexaginta nauium classe ad Caesarem defecit
eidemque classi ipse iussu Caesaris praefuit. idemque continuo
cum Statilio Tauro aduersus Menecraten Pompeianum ducem
nauale bellum gessit. deinde ipse Caesar aduersus eosdem 22
Pompeianos cruentissimum bellum nauale confecit; sed continuo uictricem classem paene uniuersam apud Scylaceum
naufragio amisit. Ventidius Persas et Parthos in Syriam in- 23
rumpentes tribus bellis maximis fudit regemque eorum Pacorum in acie interfecit, ea scilicet die, qua Crassus a Parthis
fuerat occisus. Antonius, uix uno castello expugnato, pacem
cum Antiocho fecit, ut ipse tantam rem consummasse uideretur.
Ventidium Syriae praefecit iussitque ut Antigono bellum in- 24
ferret, qui Iudaeos tum forte debellauerat captisque Hierosolymis templum spoliauerat regnumque Herodi dederat: quem
continuo uictum in deditionem recepit. Mena libertus cum 25
sex nauibus ad Pompeium rediit, a quo clementer receptus
Caesaris classem incendit, quamuis nuper Caesar alteram
secundo naufragio perdidisset. idemque Mena postea ab Agrippa
nauali proelio circumuentus cum sex triremibus ad Caesarem
transiit. sed hunc Caesar tertio transfugam, indulta tantum p. 434
uita, segnem reliquit. deinde Agrippa inter Mylas et Liparas 26

1 decore *D* || cerycas] *PR*¹*D* ceri͏ͣcas (*sed punctum litterae* ẏ, *i. e.* y, *erasum ut esset* r) *R*² ceriacas *T*, cerices *h* || citharistas] *R*²*D* (cith *m. 2 in ras. ex*...t) *R* chitaristas *P* || thragoedos *PR* tragoedus *D* 2 supe*rasse *R* || libidinibus (bus *in ras. m. 1*) *D* 3 ne a] ea *D* || ulla ue* (e *in ras. et* ‿ *m. 2*) *R* 4 referencia *D* 5 sit] *D* est *PR* || effrenato *D* ineffrenatae (*in marg. uocabulum huic adscriptum eras. in P*) *PR*; inusitatae *Eutr.* 6 redibus *D* 7 lauaret un-gᵘentis (t un *m. 2 aut 3 in ras. 5 litt.*, u *s. s. m. 3*) *P* || ungentis *D* 8 conficiss& I*ter (*er.* n) *D* 9 urbis *in ras. m. 1 D* || uoluntatis *PR* || expectaculum *P* exspectaculum *R*¹ 10 sex] sex enim *v* 11 aspectos *D* || structa (s *m. 2 in ras.*) *P* || *ueterum *D* 12 insulae (s *m. 2 in ras.*) *P* infulae *R* || adire flamma] *PR* (-re *ex* -rę *R*) *v* flamma adire *DG* 13 Inahinis *D* 14 adque *P*¹*R*¹ 15 deuersoria] *R*¹ diuersoria (ue *m. 1 aut 2 in ras. P*) *PR*²*D* || compulsa *R*² 16 mecenatiana (an *in ras. m. 1 aut 2 P*) *PR* || laetusque] *D*ς*v* laetus *PR* || flamma *D* || aiebant *D*

7 pulchritudine tragico habitu Iliadam decantabat. auaritiae autem tam praeruptae exstitit, ut post hoc incendium Vrbis, quam se Augustus ex latericia marmoream reddidisse iactauerat, neminem ad reliquias rerum suarum adire permiserit; cuncta, quae flammae quoquo modo superfuerant, ipse abstulit;
8 cen|ties centena milia sestertium annua ad expensas a senatu
p. 472 conferri sibi imperauit; plurimos senatorum nulla exstante causa bonis priuauit; negotiatorum omnium sub una die, tormentis quoque adhibitis, omnem penitus censum abstersit.
9 crudelitatis autem rabie ita efferatus est, ut plurimam senatus partem interfecerit, equestrem ordinem paene destituerit. sed ne parricidiis quidem abstinuit, matrem fratrem sororem uxorem ceterosque omnes cognatos et propinquos sine haesi-
10 tatione prostrauit. auxit hanc molem facinorum eius temeritas
p. 473 impietatis in Deum. nam primus Romae |Christianos suppliciis et mortibus affecit ac per omnes prouincias pari persecutione excruciari imperauit ipsumque nomen exstirpare

AVCTORES § 8 centies — imperauit *Eus. 2083*[s] || plurimos — priuauit *Eutrop. 7, 14* || negotiatorum — abstersit *ignotus* (*cf. Sueton. Ner. 32*) § 9 plurimam — interfecerit *Eutrop. 7, 14* || eq. ord. — destituerit *Sueton. Ner. 37 ?* || parricidiis *Sueton. Ner. 33—35, Eutr. 7, 14* (*Rufin. 2, 24 ?*) § 10 *Hier. 2084*[l. m] *ac sec. Rufin. 2, 24 et 25 ut uid., exceptis* per omnes prouincias pari

1 iliadam] *PR*ς (a *prior m. 1 aut 2 in ras. P*) illiadam *D* eliadem *O* 2 temp̄ruptae (e *prior in* a *m. fort. 1*) *R* || prę̄rūptae *D* || extitit *PR*[2]*D* 3 latericiam (m *eras. PR, in ras.* in *m. 2 R*) *PR* latericia (ate *in ras. m 1*) *D* || iactauerat (u *ex* n *m. 1*) *D* 5 cuncta quae] cunctaeq: *D* cunctaq; *R*[1] 6 cencies *D* || sextertium (-cium *D*) *R*[2]*D* sexcentium *PR*[1] || annua] *in mg.* alibi ad annuas expensas *m. 2*[b] *G* || expensas a] *PG* (s a *alt. s. s. m. ut uid. 2 P*) expensa *P*[1]*RD* || senatū *R*[2] 7 conferri sibi] *PR* conferre sibi *D* sibi conferri *v* || extante *PR* 8 negutiatorem *D* 9 paenitus *PR*[1] || abstersit (ersit *in ras. m. ut uid. 1*) *R* 10 rabiae *D* rabie (e *in ras. m. 2, ex* ae *?*) *R* 11 equestrem] *fort. corrigendum* eumque, *cf. Suet. Ner. 37* eumque [*i. e.* senatorium] ordinem sublaturum || distuent *D* 12 nec *D* 14 auxit] *sic* aux̄| *R* auxilium *D* || temeritatis *P*[1]*R*[1] (*corr. fort. m. 1 in R*) 15 impietatis] *R*[2] (*s. s.*), *R* impietates *D*, *om. P*[1] 16 persecucionis *D* 17 extirpare *PR*

conatus beatissimos Christi apostolos Petrum cruce, Paulum
gladio occidit. mox aceruatim miseram ciuitatem obortae 11
undique oppressere clades. nam subsequente autumno tanta
Vrbi pestilentia incubuit, ut triginta milia funerum in rationem
Libitinae uenirent. Britannica deinde clades e uestigio accidit,
qua duo praecipua oppida magna ciuium sociorumque clade
et caede direpta sunt. praeterea in Oriente magnis Armeniae 12
prouinciis amissis Romanae legiones sub iugum Parthicum
missae, aegreque Syria retenta est. in Asia tres urbes, hoc
est Laudicia Hierapolis Colossae, terrae motu conciderunt. at 13
uero Nero postquam Galbam in Hispania imperatorem creatum
ab exercitu cognouit, totus animo ac spe concidit. cumque
incredibilia perturbandae, immo subruendae reipublicae mala
moliretur, hostis a senatu pronuntiatus et ignominiosissime
fugiens, ad quartum ab Vrbe lapidem sese ipse interfecit,
atque in eo omnis Caesarum familia consumpta est.

AVCTORES § 11 subsequente] ? || auctumno—§ 12 *Sueton. Ner. 39* et (§ 12 amissis .. Parthicum) *Eutrop. 7, 14* § 13 *usque ad* moliretur *Sueton. Ner. 42 et 43* || hostis *et q. s. Eutrop. 7, 15* (*ex hoc solo* hostis — pronuntiatus; *cf. Mommsen, Chronograph v. J. 354 p. 672*) *et Hier. 2084*[r]

EXPILATORES 1 Petrum — 2 occidit *compilauerunt Gregorius Turon. 1, 24 et Beda De t. r. a. 4021; cf. Iordanis Chron. 235 C*[2]

2 abortae *R* 3 undiq̧ (*i. e.* undiquae) *s. s. m. 1 D* || obpressere *D* || subsobsequente *D* || autem·non *D* 4 pestilentiae (e *fin. er.*) *PR* pistilencia *D* || xxx milia *PR* 5 libidinae *D* || brittanica *P* brittanica (t *prior erasa,* c *add. m. 2*) *R* Brutanica *D* 6 precipue *D* || sotiorumque *R* || cladae *P* cla*de (*er.* u) *D* 7 caede] prędę (p *ex* p, r *m. 2 in ras.*) *R* || Praeteria *R*[a] || orientem (m *del. m. 1 aut 2 in P*) *PD* || arminiis *D* 8 partecum *D* 9 misse *R*[1] || syria *in ras. m. ant. P* syria* *R* || retenta (te *s. s. m. 1*) *D* 10 laodicia *P* laudocia *D* laoditia (i *in* e *m. 2*) *R* || colose *PR* colusse *D,* et Colossae *h* || ad *P*[1]*R*[1]*D* 11 spania *D* 12 cognuit *D*[a] || totus (tu *s. s. m. 1*) *D* 14 mo*liretur (*eras.* l) *P* 15 interficet (int *m. 1 ex* sus *ut uid.*) *D* 16 adque *PR*[1] || caesarum omnis *D* || consumta *P*

p. 474
8 [1]Anno ab Vrbe condita DCCCXXIIII Galba apud Hispanias usurpauit imperium. qui mox, ut Neronis mortem conperit, Romam uenit; cumque omnes auaritia saeuitia segnitiaque offenderet, Pisonem sibi nobilem industriumque adulescentem in filium atque in regnum adoptauit: cum quo septimo mense imperii sui ab Othone iugulatus est.

2 Luit Roma caedibus principum excitatisque ciuilibus bellis recentes Christianae religionis iniurias, et signa illa legionum, quae sub aduentu in Vrbem Petri apostoli diuinitus cohercita conuelli nullo modo ad excitandum ciuile bellum ualuerant, quod per Scribonianum parabatur, Petro in Vrbe interfecto
et Christianis poenarum diuersitate laniatis toto se Orbe sol-
3 uerunt. de Hispania siquidem ilico Galba surrexerat; quo
mox oppresso Otho Romae, Vitellius in Germania, Vespasianus
4 in Syria imperia simul atque arma rapuerunt. probent sane
etiam inuiti potentiam simul et clementiam Dei, qui Christianis temporibus offenduntur: quanta celeritate tantorum incendia bellorum et excitata sunt et repressa, cum et antea minimis causis magnae ac diuturnae clades agitarentur et

AVCTORES § 1 Galba—imperium *uide cap. 7, 13* || qui mox *et q. s. Sueton. Galba 11.12.9.17.20* (*cf. Eutrop. 7, 16 et Hier. 2084*[e]) § 2 *cf. cap. 6 § 6 sqq.* § 3 Otho—Syria *Eus. 2084*[e] *et 2085*[a] *ut uid.*

1 octingintissimo quarto (s *pr. m. 1 in ras., ex* t?) *sic D* 2 nerones (s *m. 1 in ras. ex* m) *D* || comperit $R^{al.}$ cumperit *D* 3 seuitia R^1 *om. D* || segnitia (*om.* que) *D* 4 aduliscentem *P* 5 adque P^1R^1 || quo] *P m. 3 aut 4, R m. 2, D* que P^1R^1 6 imperii (i *fin. s. s. m. 2*) *P* || sui] *PD om. R* || uthune *D* 8 legionum illa *v* 9 auento *D* || cohercita] *PR* quoherciter *D* 10 ciuile* *R* (*eras. uid.* m) *R* 11 scribunianum *D* || urbæ *ante ras. P* urbę *ante ras. R* 12 se *s. s. m. 1 in D* 13 milico *D* 14 praesso *D* || romae (a *in ras. m. 1 aut 2*) *R* || ger*mania (*erasa* g *inchoata*) *P* 15 adque P^1 16 qui] *PD* quia (i *in ras. m. 2 et supra* a *fortasse punctum; fort.* quia *in* qu*a *corr. deinde* i *restit.*) *R* 17 *ad* offenduntur *adscr. in marg. uocabulum sed eras. P* 18 bellorum (o *m. 1 ex* a) *D* || et] *D om. PR* || excitata (ci *in ras. m. 1 aut 2*) *P* || ****cum (sunt *eras. esse potest*) *R* || & *in ras. m. fort. 1; fuisse uid.* et *R* || anteam, jnimicis *D* || ante *P* ante* *R*

nunc maximi undique concrepantes magnorum malorum fra-
gores minimo negotio sopirentur. iam enim erat Romae 5
quamuis persecutione uexata Ecclesia, quae iudici omnium p. 475
Christo etiam |pro inimicis et persecutoribus supplicaret. igitur 6
Otho cum, Galba et Pisone Romae interfectis, inter tumultus
caedesque inuasisset imperium ac mox creatum imperatorem
in Gallia per Germanicas legiones Vitellium conperisset, bellum
ciuile molitus tribus primum leuibus proeliis, hoc est uno
apud Alpes, alio circa Placentiam, tertio circa locum, quem
Castores uocant, contra Vitellianos duces congressus uictor
exstitisset, quarto apud Bedriacum proelio cum animad-
uertisset suos uinci, mense tertio quam imperare coeperat sese
interfecit. Vitellius uictor Romam uenit: ubi cum multa 7
crudeliter ac nequiter ageret, incredibili etiam uoracitatis
appetitu humanam uitam probris adgra|uaret, postquam de p. 476
Vespasiano comperit, primum deponere molitus imperium,
post a quibusdam animatus Sabinum Vespasiani fratrem,

AVCTORES § 6 inuasisset—molitus..leuibus *Eutrop. 7, 17* || tribus .. proeliis — uinci *Sueton. Oth. 9* || mense — interfecit *fort. Hier. p. 157*[rv] (*cf. Sueton. Oth. 11 et Eutr. 7, 17*) § 7—§ 9 *Sueton. Vitell. 11.13.15—17, sed* § 8 octauo .. mense *et ultima* § 9 etiam—sepultum *ex Eutropio 7, 18*

1 malorum (l *in ras. m. 2, ex* g *fort.*) *R* || fragoris (is *in ras. m. 1, ex* em *?*) *D* 2 superintur *D* || enim *om. D* || rome R^r 3 eclesia *P* ęcclesia *ante ras. R* 5 rome R^1 || *post* interfectis *rasura spatio hoc uoc. aequans R* 7 gismanicas *D* || comperisset $R^{al.}$ cumperisset *D* 8 proheliis *D* || unum *D* 10 castores] $PR^2GKMHV_3WN^2$ castoris DN^1v (*item apud Suet. legitur*) pastores R^1 || uitellianos (s *fort. al. m. add.*) *R* 11 extitisset PR^2 extetisset *D* || et quartum *D* || bedriacum] *Vat. Reg. 772* (*s.* X.), *Pal. 828* (*s.* XI) hedriacum *PR Port.* WX_2 bredria cum (*punctum sub* d *fortuitum esse potest; cf. infra u. 15 et p. 458, 14*) *D* brediacum *G* betriacum *Palerm.* (*s.* XV) *et Vat. 1975 m. 2* (*s.* XV) *soli* betriaticum *H* briacum *TO* bebriam *N* bebriacum V_3v || proelium *D* 12 uici R^1 13 uitellius (ui *m. ant. in ras.;* l *alt. s. s. m. 2*) *P* 14 crudilitate *D* || ac nequiter *om. D* 15 appititu *D* || ụitam *D* || adgraúaret *D* 16 uespaniano R^1 || molitus est X_1X_4fsh est m. Z_1 *Col.* 17 post a] PR^2 $K^2MTOX_1X_2X_3$ postea DK^1 post R^1 postea a X_4v; postquam a GN_1 || sauinum *D* || uespassiani *P* || fratrem (t *s. s. m. 2*) *P*

nihil tum mali suspicantem, cum ceteris Flauianis in Capitolium compulit succensoque templo et mixta simul flamma ruinaque omnes in unum pariter interitum ac tumulum dedit.
8 post deficiente in Vespasiani nomen exercitu suo destitutus adpropinquantibusque iam hostibus trepidus cum se in quandam proximam palatio cellulam contrusisset, turpissime inde protractus cum per uiam sacram nudus duceretur, passim fimum in os eius coniectantibus in forum deductus, octauo quam
p. 477 regnum praesumpserat |mense apud Gemonias scalas minutissimorum ictuum crebris conpunctionibus excarnificatus atque
p. 478 inde unco tractus et in Ti|berim mersus etiam communi caruit
9 sepultura. multis autem et nefariis modis per complures dies a Vespasiani militibus, aduersum senatum populumque Romanum indiscreta caede saeuitum est.

9 Anno ab Vrbe condita DCCCXXV, breui illa quidem sed turbida tyrannorum tempestate discussa, tranquilla sub Ve-
2 spasiano duce serenitas rediit. namque, ut paulo altius repetam, Iudaei post passionem Christi destituti in totum

AVCTORES § 9 *Tacitus Hist. 4, 1 ?* cap. 9 § 2 Iudaei—circumuenirentur *fort. adhibitus Rufinus 2, 26 princ.* (*cf. 3, 5 et 7*) || in Carmelo *sqq. Sueton. Vesp. 5 et 4*

EXPILATORES 15 Anno — DCCCXXV (*sic:* DCCCXLV) .. p. 460, 12 Titus .. 13 templum — 15 duobus *excerpsit Seuerus Chron. p. 453*

1 dum *D* || caetaris *D* || flauianis (u *ex* m *m. 1*) *D* || capitolium (o *ex* e *corr. ant. m.*) *P* capitulium *D* 2 compulit] R^{a1} cumpulit *D* conp- PR^1 || succen*soque (*eras.* u) *P* succen su.q: *D* || -que *del. m. fort. 2 in G* 3 unum (n *m. 1 in ras.*) *D* 5 appropinquantibusque R^2 aprop- *D*, -que *om. v* || tribidus *D* || quadam PR^1 6 construsisset D^b || turpisse R^1 7 passim] passim cunctis *v* 8 iactantibus *h* || quo *in* qūā *m. antiqua R* 9 praesumserat (pre- *D*) *PD* || gemonias (i *s. s. m. 1*) *D* 10 conpunctionibus (con *in* cō* *al. m.*, n *altera in ras. m. 2*) *R* conpunccionibus *D* || adque P^1R^1D 11 uncontractus *D* || et in] *Dv* in *PR* || misus *D* 12 complures] R^2D (-ris *D*) conplures PR^1 13 uespaniani R^1 14 seuitum *D* 15 octingentisimo uicesimo quinto *D* 16 uespasiano (i *ex corr. add. m. 1*) *D* 17 ut *s. s. m. 1 in P* || altius] *DG*ς (alcius *D*) latius *PRH* anterius *KM* 18 repetam] *D* referam *PR* || iudei R^1D || distituti** (*fort.* ti *alt. in ras.*) *D*

gratia Dei cum omnibus undique malis circumuenirentur, quibusdam in Carmelo monte seducti sortibus, quae portenderent exortos a Iudaea duces rerum potituros fore, praedictumque ad se trahentes in rebellionem exarserunt extinctisque Romanis praesidiis legatum quoque Syriae suppetias ferentem p. 479 rapta aquila et caesis copiis |fugauerunt. ad hos Vespasianus 3 a Nerone missus Titum filium suum maiorem inter legatos habuit; nam multas et ualidas legiones secum in Syriam traiecit. itaque cum Iudaeos, multis eorum oppidis captis in urbem Hierosolymorum praecipue ob diem festum congregatos, obsidione clausisset, cognita Neronis morte hortatu plurimorum regum et ducum — maxime Iosephi Iudaeorum ducis sententia, qui captus cum in uincla coiceretur, constantissime dixerat, sicut Suetonius refert, continuo se ab eodem sed imperatore soluendum — imperium adoptus est, relictoque in castris ad procurationem obsidionis Hierosolymorum filio Tito, per Alexandriam profectus est Romam; sed cognita inter-

AVCTORES § 3 ad hos — *lin.* 7 missus *Eus. 2084*^{n} || 7 Titum — 9 traiecit *Sueton. Vesp. 4* || 9 multis — captis *Eus. Hier. 2084*^{o}; *cf. Tacitus Hist. 5, 10* || 9 in urbem Hieros. . . 11 obsidione clausisset *Eus. 2084*^{r} *?, cf. Sync.* || 10 praecipue — congregatos *Eus. 2086 ?; fortasse* in urbem — clausisset *sec. Tacitum* (*cf. Sulpic. Seu. Chron. 2, 30 § 3*) || 11 cognita — 12 ducum *ignotus* || 12 Iosephi — ducis *Hier. 2084*^{p} || 13 captus — 15 soluendum *Sueton. Vesp. 5 qui laudatur* || 15 imperium — 17 Romam *Hier. 2085*^{a}, *fort. etiam Sueton. Tit. 5* || 17 cognita *sqq. Tacitus Hist. ?* (*cf. Sueton. Vesp. 7*)

1 undique** (*1 aut 2 litt. eras.*) *P* 2 reducti *D* || quae] que *in ras. al. m. R* -q: *D* || purtenderet *D* 3 a *om. D* || iudaea (*altera* a *m. 2 in ras.*) *P* iudea R^1D || potitus *in* potitos *mox m. ant. in* potituros *corr. R* potiturus *D* 4 ad] a *D* 6 aquilae (e *eras.*; *in marg. uocab. erasum*) *P* || caesis* (*eras.* e) *P* || uespasianus (*altera* s *m. 2 in ras.*) *P* 7 a nerone] arenone R^a || misus *D* 9 transiecit *PR* || iudeos R^1D 10 urbem *P* urbe *D* || hierusolymorum *R* hierusolemorum *D* || praecipuae R^1D 12 iusephi *D* || iudeorum R^1D || sentenciam *D* 13 uincla] *PD* uincula *R* || coiceretur] PR^1D coniceretur R^2 14 suaetonius *R* soetonius *D* || continue (e *in* o *corr. m. 1*) *P* || sed] esse *D* 15 adsertus *D* || relicto *D* 16 ad c (c *del. m. 1*) *P* ad * (*erasa* c *uid.*) *R* || obseditiones (ti *erasae et incertae*) R^1 || hierusolymorum *R* hyrusolimurum *D* 17 alexandriae *D*

4 fectione Vitelli paulisper Alexandriae substitit. Titus uero
magna ac diuturna obsidione Iudaeos premens, machinis cun-
ctisque bellicis molibus non sine multo suorum sanguine tan-
dem muros ciuitatis inrupit. sed ad expugnandam interiorem
templi munitionem, quam reclusa multitudo sacerdotum ac
5 principum tuebatur, maiore ui et mora opus fuit. quod tamen
postquam in potestatem redactum opere atque antiquitate
suspexit, diu deliberauit utrum tamquam incitamentum hostium
incenderet an in testimonium uictoriae reseruaret. sed Ecclesia
Dei iam per totum Orbem uberrime germinante, hoc tamquam
p. 480 effetum ac uacuum nullique usui bono commodum arbitrio
6 Dei auferendum 'fuit. itaque Titus, imperator ab exercitu
pronuntiatus, templum in Hierosolymis incendit ac diruit,
quod a die conditionis primae usque ad diem euersionis
ultimae manserat annis mille centum et duobus. muros urbis
7 uniuersos solo adaequauit. sexcenta milia Iudaeorum eo bello
interfecta Cornelius et Suetonius referunt; Iosephus uero

AVCTORES § 4 et § 5 *Tacitus Hist.* (*ad* 6 quod *sqq. cf. Sulpic. Seu. 2, 30 § 6 sq. = frgm. 2 Nipp.*); *illa quoque* 10 hoc—12 fuit *fort. sec. Tacitum, sed detorta ab Orosio* § 6 Titus—diruit *Tacitus Hist. ?* (*ad* Titus — pronuntiatus *cf. Sueton. Tito 5*) || quod a die — MCII *Eus. 2086, an Tacitus ?* || muros — adaequauit *Tacitus ?* § 7 *Eus. 2086 ut uid.* (*ubi tamen Tacitus et Suetonius non laudantur; quorum ille Hist. 5, 13* DC milia *obsessorum multitudinem fuisse, hic de ea ne nihil refert; Iosephus ex Eus. memoratus est*)

1 uitelli] *P*¹*D* uitellu (ll *redintegratis et* i *add. sed mox deleta*) *P*² uitellii *R* || substit *D* 2 iudeos *R*¹ || praemens *PR*¹ || mahinis (c *m. 1*) *D* 3 multo** (*fort.* rū *eras.*) *R* 4 muros] *G* murus *D* muro *P* murū (ū *in ras. m. 2*) *R* || irrupit *R*³ 5 ac] a *D* 7 potestate *PR* || mirandum *post* opere *cum interpolatore Landolfi recenti* (*non cum Paulo*) *add. Grubitz p. 26* || adque (d *in* t *m. 3 P*) *P*¹*R*¹ 9 anc (c *ilico deletum*) *P* || testimonio *PR* || reseruaret (*altera* e *m. fort. 1 ex* u *?*) *R* || eclesia *P* 11 effectum (· *m. 2 uel rec.*) *P* effectum (. *al. m.*) *R* effectum *D* || uisui *D* || commodo *D* 13 pronuntiat *R*¹ || hierusolimis *D* 15 ·I· C· duobus *PR* 16 adaequauit (d *m. 1 ex* e *corr.*) *P* || ·DC· milia *PR* || iudeorum *R*¹*D* 17 cornilius *D* || soetonius *D*

Iudaeus, qui ei tunc bello praefuit et apud Vespasianum
propter praedictum imperium ueniam gratiamque meruerat,
scribit undecies centena milia gladio et fame perisse, reli-
quias uero Iudaeorum diuersis actas condicionibus toto Orbe
dispersas: quarum numerus ad nonaginta milia hominum fuisse
narratur. Vespasianus et Titus imperatores magnificum agen- 8
tes de Iudaeis triumphum Vrbem ingressi sunt. pulchrum et
ignotum antea cunctis mortalibus inter trecentos uiginti
triumphos, qui a conditione Vrbis usque in id tempus acti p. 481
erant, hoc spectaculum fuit, patrem et filium uno triumphali
curru uectos gloriosissimam ab his, qui Patrem et Filium
offenderant, uictoriam reportasse. qui continuo omnibus bellis 9
ac tumultibus domi forisque conpressis pacem totius Orbis
pronuntiauerunt et Ianum geminum obseratis cohiberi clau-
stris sexto demum ipsi post Vrbem conditam censuerunt. iure p. 482
enim idem honos ultioni passionis Domini inpensus est, qui

AVCTORES § 8 *usque ad* uectos *sec. Tacitum Hist. ut uid.* § 9 *usque ad* censuerunt *sec. Tacitum Hist.; cf. Oros. 7, 3 § 7*

EXPILATORES 6 Vespasianus — 9 triumphos *adhibuit Seuerus Chron. p. 442*

1 iudeus *R*[1] iudeos *D* || tunc bello *in ras. m. 1 D* || pre|fuit *ex corr. add. m. 1 D* || et *om. D* 2 praedicatum *D* 3 undecies mi (mi *ilico del.*) *P* **decies *R* undecias *D* 4 iudeorum *R*[1]*D* || diuersas *D* || conditionibus *R* 5 disperas (s *m. 1*) *D* || nonaginta milia] *D* LXL·mil· *P* XL̈ milia (u *m. ant.*) *R* nonagenta milia *H* nongenta milia *O* ðcccc *W* cccc *T* 6 uespanianus *R*[1] 7 iudeis *R*[1]*D* 8 trecentus uiginti *D* cccxx *P* cccxx (os *et* i *fort. non a m. 1*) 9 triumphus (t *s. s. m. 1*) *D* || conditin e (tin e *eras.*) *D* || in id] *PRW* (In *sic in ras. m. 2 R*) ad id *DGM*[1]*TOX*[2] id *K* ad *M*[1] || temp̃ *D* 10 expectaculum *D* || uno (o *ex* ũ *al. m.*) *R* huno *D* 12 qui (*s. s. m. 1*) *D* 13 tumultisbus (s *prior ilico del.*) *P* || compressis *R*[al.] 14 pronuntiauit *PR* (*corr. m. 3 R*) pronunciauit *D* || et ianum] ecianum *D* || obse*ratis (*eras.* c) *D* || cohebere *D* 15 consuerunt *R*[1] 16 ultionis *PR* (s *erasa in R*) ulcionis *D* || impensus *R*[3]

10 etiam natiuitati fuerat adtributus. tunc deinde sine ullis bellorum tumultibus in inmensum respublica Romana prouehitur: siquidem Achaia Lycia Rhodus Byzantium Samus Thracia Cilicia Commagene tunc primum redactae in prouincias Romanis iudicibus legibusque paruerunt.

11 Nono autem imperii eius anno tres ciuitates Cypri terrae
12 motu corruerunt et Romae magna pestilentia fuit. Vespasianus autem in uilla propria circa Sabinos nono anno principatus sui profluuio uentris est mortuus.

13 Anno ab Vrbe condita DCCCXXVIII Titus, segregatis a numero principum Othone et Vitellio ab Augusto octauus, biennio post Vespasianum regnauit. cuius tanta tranquillitas in imperio fuit, ut nullius omnino sanguinem in republica
14 administranda fudisse referatur. et tamen tunc Romae orto repente incendio plurimae aedes publicae concrematae sunt. abruptum tunc etiam Bebii montis uerticem magna profudisse incendia ferunt torrentibusque flammarum uicina regionis cum
15 urbibus hominibusque delesse. Titus cum ingenti omnium luctu in eadem uilla, qua pater eius, morbo absumptus est.

AVCTORES § 10 Achaia—prouincias *Hier. 2090* (*non Eutrop. 7, 19 aut Sueton. Vesp. 8*) § 11 nono—corruerunt *Eus. Hier. 2093*[k] || Romae — fuit *Eus. 2093*[l] § 12 *Hier. 2094* (*cf. codd. AM*) *aut Eutr. 7, 20* § 13 octauus—regnauit *Hier. 2095* || cuius—referatur *sec. Eutropium 7, 21 ut uid.* § 14 *Hier. 2096*[e] *et 2095*[o] § 15 *Eutrop. 7, 22*

1 attributus R^3 2 imensum *D* immensum R^3 3 achagia *D* || bizantium *D* || samus PDR^1 sam̊ *m. 3 in* sam̊ *R* || thratia *R* tracia *D;* Thracia *pro* trachia *uel* trachea (*ut h. l. corr. Scaliger ad Eus. p. 200*) *eodem quo Hier. eiusque auctor Eutropius errore Orosius; Suetonio Eutropii auctori* trachia *recte restituit Turnebus* 4 cilitia *R om. D* || tum *v* || redacti *D* 6 cybri *D* 9 mortuus est *v* 10 octingentissimo uicessimo octauo *D* 11 ·uiii· *P* ·viii·[us] (us *m. 2 add.*) *R* 12 uespasianum (*alt.* s *in ras. m. 2*) *P* uespa*sianum (*eras.* s *m. 2*) *R* 14 referatur (ra *ex corr. add. m. 1*) *D* 16 bebii] R^2 bibii PR^1D Vesuuii *corr. v* || profu*disse (n *er.*) *P* 17 ferunt] *DR* (*sic* fert̃ *R*) fertur *P* || torrentibusque] eademque turrentibus *D* 18 luctu omnium *PR* 19 **absumptus (*er.* ab) *D* absumtus *P*

p. 483

[1]Anno ab Vrbe condita DCCCXXX Domitianus Titi frater, ab Augusto nonus, fratri successit in regnum. qui per annos XV ad hoc paulatim per omnes scelerum gradus creuit, ut confirmatissimam toto Orbe Christi Ecclesiam datis ubique crudelissimae persecutionis edictis conuellere auderet. is in 2 tantam superbiam prolapsus fuit, ut dominum sese ac deum uocari scribi colique iusserit. nobilissimos e senatu inuidiae simul ac praedae causa alios palam interfecit, alios in exilium trusit ibique trucidari imperauit. libidinis intemperantia quidquid cogitari potest, fecit. plurimas Vrbis aedes destructis populi Romani rebus extruxit. bellum aduersum Germanos et 3 Dacos per legatos gessit pari reipublicae pernicie, cum et in Vrbe ipse senatum populumque laniaret et foris male circumactum exercitum adsidua hostes caede conficerent. nam quanta 4 fuerint Diurpanei Dacorum regis cum Fusco duce proelia

10

AVCTORES § 1 Domitianus — regnum *Hier. 2097*[a] || qui – creuit *Eutrop. 7, 23* § 2 is in tantam—iusserit *Hier. 2107*[r] *et 2102*[i], *fort. etiam Sueton. Dom. 13* (scribi) || nobilissimos — imperauit *Eutrop. 7, 23, Sueton. Dom. 10, Hier. 2099*[f]*.2109*[w] || libidinis—fecit *sec Sueton. Dom. 22* || plurimas – extruxit *Hier. 2105*[p] § 3 et § 4 „Cornelius Tacitus" *Hist.*

EXPILATORES 6 tantam superbiam *uid. adhibuisse* , *Iordanis Chron. 235 D*[2]

1 octingentissimo trecensimo *D* || domicianus *RD* 2 ugusto *R*[a] agusto *D* 4 eclesiam *P* (*non R*) ecclesiae *D* || datis (is *in ras. m. 2*) *P* 5 *in marg.* ·II· (·b· *s. s.*) *m. 1* (*pertinet ad alteram persecutionem*); *item* 12 § 3 III (F), 15 § 4 IIII· (Δ), 17 § 4 ·u· (ϵ·), 19 § 1 ·uI· (·S·), 21 § 2 ·uII· (·Z·), 22 § 3 ·uIII· (·H), 23 § 6 ·uIIII· (Θ·), 25 § 13 x (I) *P* || conu*ellere (*ex* conuullere *ut uid. m. 2*) *R* 7 e*se natu (*er.* s) *D* 10 quicquid *R*[3] || plurima *DKMH* || seddis tructis *D* sed destructis *KMH* || aedes] sedes *G*[1] || destructi *P*[1]*R*[a] 11 ex*truxit (*er.* s *m. 3*) *R* extrucxit *D* || aduersus *PR* || germanus (s *s. s. m. 1*) *D* 12 dagos *D* || per legatos *om. D* || pa*ri (*er.* t) *R* || pernici*e (*er.* a) *P* pernicę (i *s. s. m. 3*; ę *in* e *rad. corr.*) *R* || cū et in urbe (*haec excepta* c *in ras. m. 1*) *D* 14 exertum *D* || assidua *R*[3] || conficerit *D* 15 diurpanei (i *fin. in ras. m. ut uid. 1*) *P* diuranei (i *fin. in ras. m. 1*) *D*

quantaeque Romanorum clades, longo textu euoluerem, nisi Cornelius Tacitus, qui hanc historiam diligentissime contexuit, de reticendo interfectorum numero et Sallustium Crispum et alios auctores quamplurimos sanxisse et se ipsum idem potissimum elegisse dixisset. Domitianus tamen prauissima elatus
p. 484 iactantia, sub nomine superatorum hostium de extinctis legi-
5 onibus |triumphauit. idemque efferatus superbia, qua se deum coli uellet, persecutionem in Christianos agi secundus a Nerone imperauit. quo tempore etiam beatissimus Iohannes
6 apostolus in Patmum insulam relegatus fuit. inter Iudaeos quoque acerbitate tormentorum et cruentissimae quaestionis exquiri genus Dauid atque interfici praeceptum est, dum prophetis sanctis et inuidetur et creditur, quasi adhuc futurus
7 esset ex semine Dauid, qui regnum possit adipisci. continuo tamen Domitianus crudeliter in Palatio a suis interfectus est: cuius cadauer populari sandapila per uespillones exportatum atque ignominiosissime sepultum est.

AVCTORES § 5 *Hier. 2107ʳ et 2110ˣ* (*cf. codd. ABFM*) § 6 *sec. Hier. 2112ᶜ* § 7 *Eutrop. 7, 23* (*Hier. 2112ᵉ*) *et Sueton. Dom. 17*

EXPILATORES 16 sandapila *adsciuit Seuerus Chron. 442* || per uespillones] *ex hoc opinor loco laudat Aldhelmus Epist. ad Acirc. p. 298 Giles*

1 quantaeque (e *prior s. s. m. 3*) *R* 2 storiam *D* 3 sa*l*u-stium (*uid.* sallt- *fuisse*) *R* salustio *D* || crispom *D* 4 san*xisse (*er.* c) *R* || idem potisimum *om. add. in mg. m. 1 D* 5 domicianus *D* || prauissima (a *fin. in ras. m. ant.*) *P* 6 histium *R*¹ 7 idestque *D* || efferatur *D* || su*perbia (*er.* i) *P* 8 colit (t *deleta*) *D* || in *om. D* 9 beatissimus (u *in ras. m. 1*) *P* beati *D* || iohannis *PR*¹*D* 10 pa**thmum (*1 aut 2 litt. er. et linea subd. m. 1*) *P* pathmum *R* paphum *D* || religatus *R* || iudeus *R*¹ 11 aceruitate (u *in* b *corr. m. ant.*) *P* || quaestiones *R*¹ 12 dauid] *sic* dd̃ *R* || adque *P*¹*R*¹ || interfeci (e *altera in* i *corr. m. ant.*) *P* || profetis *D* 13 inuiditur *D* (*more suo*) diffiditur *coni. Lessing 11, 1 p. 96 ed. Maltzahn* (*14 p. 230 ed. Hempel*) 14 possit] *PRD* posset *v* 15 domicianus *D* || a *om. D* 16 cuius] et cuius *D* || popularis andapila (*sic*) *PRD* (s *in ras. m. 2, sed a m. 1 quoque uid.* s *fuisse R*); *ad haec in marg. uocabulum eras. P*, publicũ fer&; *adn. m. 2 in mg. R* || uisphillones *P*ᵃ*R*¹ uespillonis *D* uesphillones *P*ᵇ uespilliones *R*², *in mg. adnot.* sepultores mort; *R*² || exportatum exportatum (*prius deletum m. 1*) *D* 17 adque *P*¹*D*

Anno ab Vrbe condita DCCCXLVI — quamuis Eutropius 11
quinquagesimum hunc esse annum scripserit — Nerua ad-
modum senex a Petronio praefecto praetorio et Parthenio
spadone, interfectore Domitiani, imperator decimus ab Augusto
creatus Traianum in regnum adoptauit, per quem reuera |ad- p. 485
flictae reipublicae diuina prouisione consuluit. hic primo 2
edicto suo cunctos exules reuocauit — unde et Iohannes
apostolus hac generali indulgentia liberatus Ephesum rediit —
emensoque anno imperii sui Nerua confectus morbo diem obiit. p. 486
|Anno ab Vrbe condita DCCCXLVII Traianus, genere Hi- 12
spanus, undecimus ab Augusto reipublicae gubernacula Nerua
tradente suscepit ac per annos decem et nouem tenuit. apud 2
Agrippinam Galliae urbem insignia sumpsit imperii; mox
Germaniam trans Rhenum in pristinum statum reduxit; trans
Danuuium multas gentes subegit; regiones autem trans
Euphraten et Tigrin sitas prouincias fecit; Seleuciam et
Ctesiphontem et Babylonem occupauit. in persequendis sane 3
Christianis errore deceptus tertius a Nerone, cum passim

AVCTORES cap. 11 § 1 Eutropius — imperator .. Traianum *sqq. Eutropius 8, 1* (spadone *Orosius temere*); *lin.* 4 decimus *Hier. 2113; ad lin.* 5 *sq. cf. Oros. 7, 34 § 2 et § 5* § 2 *Hier. 2113*^{s1} (cunctos *et* hac generali indulgentia *temere Orosius*) cap. 12 § 1 Traianus *sqq. Eutrop. 8, 2, Hier. 2113*^{k} *et 2114* § 2 *Eutrop. 8, 3* § 3 *Hier. 2123*^{t} (*cf. cod. B*) *et 2124 et* (*inprimis p. 466, 5* contrarium — legibus) *Rufinus 3, 32*

1 octingentissimo quadragissimo sexto *D* || eotropius *D* 2 quinquagensimum *P et a. ras. R* quinquagesimo (*pro* simo *scripserat* m-) *D* || scribserit *PR*^{1}*D* || admodo *D* 4 ^{1}spadone (*1 m. ant.*) *P* || domiciani interfectore *D* 5 triianum *R*^{1} || adflictae reipublicae] *D* ad felicitatem reipublicae *P*^{1}*R* ad felicitatem afflictae reipublicae *P*^{3}*NZ* 7 exulis *D* || iohannis *PR*^{1}*D* 8 generali] regali *D* 10 octingentissimo quadragissimo septimo *D* 12 decim et nouem (*prioris* m *linea prima ex* t *radendo factum*) *D* X et VIIII *PR* 13 agripinam *R* || insigna *R*^{a} || sumsit *PR*^{a} 15 danuuium] *D* danubium *PR* || subegit (b *s. s. m. 1*) *P* || regionem *D* 16 eufraten *P*^{b}*RD* eufranten *P*^{a} || tigrin] *D* tigrim *PR* || seuleuciam (e *alt. s. s. m. 1*) *D* 17 ctesifontem (c̃ *P*) *PR* esifontem *D* || babilonem *P*^{a} babillonem *D* 18 cum] con *R*^{1}

p. 487 repertos cogi ad sacrificandum idolis ¹ac detrectantes interfici praecepisset plurimique interficerentur, Plinii Secundi, qui inter ceteros iudices persecutor datus fuerat, relatu admonitus, eos homines praeter confessionem Christi honestaque conuenticula nihil contrarium Romanis legibus facere, fiducia sane innocentis confessionis nemini mortem grauem ac formidulosam
4 uideri, rescriptis ilico lenioribus temperauit edictum. uerumtamen continuo Romae aurea domus, a Nerone totis priuatis publicisque rebus inpensis condita, repentino conflagrauit incendio, ut intellegeretur missa etiam ab alio persecutio in ipsius potissime monumentis, a quo primum exorta esset, atque
5 in ipso auctore puniri. terrae motu quattuor urbes Asiae subuersae, Elea Myrina Pitane Cyme, et Graeciae ciuitates duae, Opuntiorum et Oritorum; tres Galatiae ciuitates eodem terrae motu dirutae; Pantheum Romae fulmine concrematum;

AVCTORES § 4 Romae—domus..conflagrauit incendio *Hier. 2120* § 5 terrae motu—Oritorum *Hier. 2121* || tres Galatiae—dirutae *Hier. 2127*[d] (eodem *ab Orosio add.*) || Pantheum—concrematum *Hier. 2127*[e] || terrae motus—ciuitatem *Hier. 2130*[h]

1 repertus P^1 interceptus *D* || detractantis *D* || interfeci PR^1 2 praecipisset R^1D (*corr.* R^3) || interfecerentur (e *altera in* i *corr. m. 1*) *P* || **plinii (*eras.* p·) *P* plenii** (ii *in ras. m. 1*) *D* 3 cęteros R^1 (*corr. m. 3*) citerus *D* || persecutur (*sic*) *D* || erat *D* || admonitos R^1 4 conuenticula (cula *m. 1 in ras.*) *P* 6 memini P^1 || formidulosam (formi *m. 1 in ras.*) *P* formidolosam R^2 furmidolusam *D* 7 rescribtis PR^1 (*corr.* R^3) || lmiuribus (*punct. ut alia multa sunt fortuitum esse potest*) *D* 8 rom*e* (e *ex* ae) R^2 romę R^3 || *ad* priuatis *in marg. uocabulum er. P* 9 publicisque] **pplicisq; (pp *in* pub *m. 3*) *R* || impensis R^3 10 ut int.] ue telle geretur *D* || aliis *D* 11 ipsius] psis *D* || potissimę (*corr. m. ant.*) *P* potissimę *a. r. R* || ˌmonimentis *p. ras. R* || adque P^1R^1 12 quatuur *D* 13 elea] *PRD*ς elia *G* alea *H* clea *O* Helea *v* || myrina] PR^1 mirina *D* smyrna R^2 || pytha necame *D* pithia nicenæ (*in mg.* [i]ud pitane cume *m. 1*[b]) *G* || pytane PR^1 (*coni. c. seqq. R*) pyta:ne (h *superscr.*) (*coni. c. seqq.*) R^2, pithan *TO* || cyme] *PR* cime *TO;* Syme *corr. v* || greciae *RD* 14 opintiorum *P* opyntiorum *R* opintorium *D* || oritorium *D* 15 pantheum] *PR* panteum *D* || romae (r *in ras. m. 1*) *P* || concredatum (m *superscr.*) (*corr. m. 1*) *P*

terrae motus in Antiochia paene totam subruit ciuitatem. in- 6
credibili deinde motu sub uno tempore Iudaei quasi rabie
efferati per diuersas terrarum partes exarserunt. nam et per
totam Libyam aduersus incolas atrocissima bella gesserunt:
quae adeo tunc interfectis cultoribus de|solata est, ut, nisi p. 488
postea Hadrianus imperator collectas illuc aliunde colonias
deduxisset, uacua penitus terra abraso habitatore mansisset.
Aegyptum uero totam et Cyrenen et Thebaidam cruentis 7
seditionibus turbauerunt. in Alexandria autem commisso proelio
uicti et adtriti sunt. in Mesopotamia quoque rebellantibus
iussu imperatoris bellum inlatum est. itaque multa milia
eorum uasta caede deleta sunt. sane Salaminam urbem Cypri 8
interfectis omnibus accolis deleuerunt. Traianus, ut quidam
ferunt, apud Seleuciam Isauriae urbem profluuio uentris extinctus est.

Anno ab Vrbe condita DCCCLXVII Hadrianus, consobrinae 13
Traiani filius, duodecimus ab Augusto principatum adeptus,
uno et uiginti annis imperauit. hic per Quadratum discipulum 2

AVCTORES § 6 *sec. Hier. 2137*[b] § 7 *sec. Hier. 2130*[ik] § 8 *Hier. 2132*[lm] cap. 13 § 1 *Hier. 2133*[n] § 2 *Hier. 2142* (*cf. Iaenicke De uitae Hadr. scriptt. Halis 1875 p. 38*)

EXPILATORES 18 hic per — p. 468, 3 instructus .. praecepit — per epistulam .. 5 Christianos — 6 damnare *compilauit Beda D. t. r. a. 4090*

1 in antiochia] *T* in anthiocia *P* in anthiotio *R*[1] in anthiochia *R*[2] in antiochiam *D* in anthioniciam (in *om. K*) *KM* antiochiam *v* antiochiae *O* || totam (o *in ras. m. 2*) *R* || incredibile (e *fin. in* i *corr. m. 2 aut 3*) *P* incredibili* *R* 2 motus| ab *D* || iudei *R*[1] || rabiae *P et a. ras. R* 3 exarsaerunt (a *alt. del. m. 1*) *P* 4 lybiam *PR* lidiam *D* || aduersas *R*[1] 5 adeũ (ũ *in ras. m. 1*) *D* 6 illuc *post* colonias *traiecit h* 7 paenitus *P et a. ras. R* 8 aegiptum *D* || thebaidam] *PD* thebaidan (i *ex* D) *R;* Thebaida *corr. v* 9 praelio *D* 10 attriti *R*[2] atriti *D* || im *D* 11 imperato*****ris *R* || bello *D* 12 sanes alaminam *P*[1] sane* salaminam *P*[2] sanis salmi nam *D* || cybri *D* 14 seleucia *P*[1] seleutiam *R* || *isauriae *P* 16 DCCCLXVII] *P* octingentissimo sexaginsimo septimo *D*, *item* ς ·D CCC·LX·VIII· *sic* (·LX· *in ras. m. 1*) *R*, octingentesimo quinquagesimo septimo *sic G* DCCCLXXI *N* || consobrinae] *PR* consubrinae *D*, consobrini (*ex Vita Hadr. 1*) *h* 17 principatum (nci *in ras. m. 1*) *R* 18 uno et XX *PR* || per *om. D* || dirupulum *D*

apostolorum et Aristidem Atheniensem, uirum fide sapientiaque
plenum, et per Serenum Granium legatum libris de Christiana
religione conpositis instructus atque eruditus, praecepit per
epistulam ad Minucium Fundanum proconsule Asiae datam
p. 489 'ut nemini liceret Christianos sine obiectu criminis aut pro-
3 batione damnare; idemque continuo pater patriae in senatu
ultra morem maiorum appellatur et uxor eius Augusta. Ha-
p. 490 drianus rempublicam iustissimis legibus ordinauit; bellum
4 contra Sauromatas ges'sit et uicit. Iudaeos sane, perturbatione
scelerum suorum exagitatos et Palaestinam prouinciam quon-
dam suam depopulantes, ultima caede perdomuit, ultusque
est Christianos, quos illi Cocheba duce, cur sibi aduersum
5 Romanos non adsentarentur, excruciabant; praecepitque, ne
cui Iudaeo introeundi Hierosolymam esset licentia, Christianis

AVCTORES § 3 pater patriae..appellatur—Augusta *Hier. 2144*^{b} || Hadrianus — ordinauit *?* (*sec. Hier. 2136*^{t} *?*) || bellum — gessit *Hier. 2136*^{x} § 4 et § 5 *usque ad* licentia *Hier. 2148*^{a} . *2149*^{b} . *2150* § 5 Christianis — permissa *sec. Hier. 2151 ?* || quam ipse — praecepit *sec. Hier. 2152*

EXPILATORES 9 Iudaeos — 11 perdomuit..13 praecepitque — 14 licentia, p. 469, 1 quam ipse — 3 praecepit *compilauit Beda D. t. r. a. 4090* 13—p. 469, 4 *hinc talia conscripsit* anno DCCCLXXXVII [*scil. sub finem imperii Hadriani, nisi numerus corruptus est*] Adrianus Hierusalem Christianis datam Heliam uocat *Seuerus Chron. p. 453*

1 aristiden *PR* || athiniensem *D* 2 serenum granium] *PRD*ς serenium (*sed* i *s. s. in O*) granium *OW;* serenus (serenius *F*) granius *Hier.; cf. Euseb. Hist. eccl. 4, 8 et 9 Schwegler* 3 relegione R^1 || compositis R^3 || adque P^1R^1 4 epistolam R^3 ipistolam *D* || minutium *R* || fundianum (i *eras.*) *P* fundanium (*prioris* u *prior hasta fort. erasa est*) *D* || proconsule] *P* proconsole *D* proconsulĕ (˘ *fort. m. 2*) *R* -lem *v* || asiae *om. D* 5 nimini R^1 niminem *D* 6 dampnare *a. ras. R* || idem quoque *v* 8 legibus (bus *in ras. m. 2*) *P* 9 auromatas R^a saromatas *D* || gessit *s. s. m. 1 D* || Iudeos R^1 || sane (a *in ras., m. 2?*) *R* 10 scelerum suorum (*in ras. m. 1*) *P* || palestinam *PRD* || quandam P^aR^1 condam *D* 12 illicho cheba H^1 ilico cheba KMH^2 ilico theba *TO* cho cheba *in ras. paullo ampl.* G^3 || cocheba] PR^1D cotheba R^2v chocheba *N* || cur] *PR*ς -tur *D* quur *KM* quod *v* || **aduersum *R* 13 assentirentur R^1 || praecaepitque P^a praecipitque *D* 14 iudeo R^1 || hierosolymā (˘ *add. m. 2*) *PR* hierusolimam *D*

tantum ciuitate permissa: quam ipse in optimum statum murorum exstructione reparauit et Aeliam uocari de praenomine suo praecepit.

Anno ab Vrbe condita DCCCLXXXVIII Antoninus cognomento 14
Pius tertius decimus ab Augusto imperator crea|tus cum p. 491
liberis suis Aurelio et Lucio uiginti et non plenis tribus annis rempublicam gubernauit adeo tranquille et sancte, ut merito Pius et pater patriae nominatus sit. huius tamen temporibus 2
Valentinus haeresiarches et Cerdo magister Marcionis Romam uenerunt. uerum Iustinus philosophus librum pro Christiana religione compositum Antonino tradidit benignumque eum erga Christianos homines fecit. Antoninus ad duodecimum ab Vrbe lapidem morbo correptus interiit. p. 492

|Anno ab Vrbe condita DCCCCXI Marcus Antoninus Verus 15
quartus decimus ab Augusto regnum cum Aurelio Commodo fratre suscepit mansitque in eo annis decem et nouem. hi

AVCTORES cap. 14 § 1 *Hier. 2154 et 2155* § 2 huius—uenerunt *Hier. 2156* || Iustinus—tradidit *Hier. 2157* || benignumque—fecit *suo Marte ut uid. Orosius* (*cf. Rufin. 4, 12 sq.*) || Antoninus—interiit *Hier. 2176*[a] (morbo correptus *suo Marte Orosius add. ? cf. Aurel. Vict. Epit. et Vita Pii*) cap. 15 § 1—§ 3 *Hier. 2177 et Eutr. 8, 9 et 10 exceptis* Armeniam Cappadociam Syriamque [uicinas sibi Romanas prouincias *Hier.*] *et* super Hydaspen fluuium sitam, *ubi fort. chorographo suo usus est*

EXPILATORES 10 Iustinus—12 fecit *repetiuit Beda D. t. r. a. 4112* 14 Marcus Antoninus—16 suscepit *exscripsit Beda Hist. eccl. 1, 4*

2 extructione *P* (*non R*) *D* || aelian *D* || de *om. D* || pronomine (o *pr. in* æ *corr. m. ant.*) *P* prenomine *R* pronomine *D* 4 ab urbe *s. lin. m. coaeua add. in R* || octingentissimo octauo (*sic*) *D* 5 imperator· (*eras.* e) *P* 6 lutio *R* || xx *PR* 7 rēpublicā (˜ *prius add. ut uid. m. 2*) *P* || s·ancte (*er.* c) *R* 9 heresiarches *PRD* || martionis *R* 10 xp̄ianA (A *m. fort. 1 in ras.*) *R* 11 conpositum (i *ex corr. add. m. 1*) *D* 12 homines *om. Y, Zh* || antonius *D* 14 non··gentissimo undecimo (*eras.* in) *D* || antonius *D*[a] 15 Aurelio Commodo] *ex Hier. a quo* Lucius Aurelius Commodus *dicitur; apud Eutrop. h. l.* (*8, 9*) L. Annius Antoninus Verus *uocatur* || commodo fratre] commodos| *D* 16 decim et uiiii · *D* x et viiii *PR* || hii *D*

2 primi rempublicam aequo iure tutati sunt. bellum deinde contra Parthos admirabili uirtute et felicitate gesserunt. Annius Antoninus Verus ad id bellum profectus est. Vologesus enim, rex Parthorum, graui eruptione Armeniam Cappadociam
3 Syriamque uastabat. sed Antoninus, per strenuissimos duces magnis rebus gestis, Seleuciam Assyriae urbem super Hydaspen fluuium sitam cum quadringentis milibus hominum cepit et cum fratre de uictoria Parthica triumphauit; ac non multo post, dum cum fratre in uehiculo sedet, casu morbi, quem apoplexian Graeci uocant, suffocatus interiit.

4 Eo defuncto Marcus Antoninus solus reipublicae praefuit. sed in diebus Parthici belli persecutiones Christianorum quarta iam post Neronem uice in Asia et in Gallia graues praecepto eius exstiterunt multique sanctorum martyrio coronati sunt.

AVCTORES § 4 eo—praefuit *Eutr. 8, 11* || persecutiones—coronati sunt *Hier. 2183* (*cf. codd. MB*)

EXPILATORES 1 bellum—2 gesserunt *exscripsit Beda D. t. r. a. 4131*

1 tutati (u *ex* a *ut uid. corr. m. 1*) *P* 3 annius] *D* marcus *PR*, *om. V* (*deinde* antonius), Lucius *fsh; Orosius, qui supra nomina exscripserat ex Hier., h. l. Eutropianis* (*8, 10 § 2*) Verus Antoninus *addidit* Annius *satis clare loqui sibi uisus* (*debuit* Lucius *uel* Lucius Annius): *nisi forte* Annius *aeque ac* Marcus (*PR*) *a librariis intrusum erit, ut Orosius Eutropiana repetierit suo loco non ambigua sed hic plane falsa* || uologesus] *D* uologe*sus *P*[b] uologessus *R et ut uid. P*[a] *Οὐολόγεσσος Sync.* Vologaesus *fsh* 4 rex] sex *D* 5 syriamque] *PRv* siriamque *D;* Lyciamque *h* || strenuosissimos *PR* 6 assirie *D* isaurie *T* || ydaspen (*ras. sup.* e) *D* ydaspem *PR* 7 quadrin||gentis (dr *in ras. m. 1*) *R* quo[a]dringentis (*corr. m. 1*) *D* || coepit *R*[a] 9 post dum] *N*[1] (*sed om.* cum), *v* post modum *PR* post *D* post mod (mod *uel* mod̄ *m. 1*[c] *in ras.*, *ex* dū ?, *in* commodus *corr. m. 3*) *G* || sedet] *D* sedens *PR item in ras. G*[1c] sedit *T* || casu* *R* 10 apoplexian] *PR* (*in marg. unum uocab. eras. in P*) aboplexiam *D;* apoplexin *Eutr.* (*itemque* apoplexi *Hier. 2185*[a]) || greci *D* || suffugatus *D* 11 eo defuncto] eode*functo (*er.* m) *D* 12 persecutiones (cutiones *m. 1 in ras.*) *P* 14 extiterunt *PR* || martirio *D*

secuta est lues pluri'mis infusa prouinciis, totamque Italiam 5
pestilentia tanta uastauit, ut passim uillae, agri atque oppida p. 493
sine cultore atque habitatore deserta in ruinas siluasque con-
cesserint. exercitum uero Romanum cunctasque legiones per 6
longinqua late hiberna dispositas ita consumptas ferunt, ut
Marcomannicum bellum, quod continuo exortum est, non nisi
nouo dilectu militum, quem triennio iugiter 'apud Carnuntium p. 494
Marcus Antoninus habuit, gestum fuisse referatur. hoc quidem 7
bellum prouidentia Dei administratum esse cum plurimis
argumentis tum praecipue epistula grauissimi ac modestissimi
imperatoris apertissime declaratum est. nam cum insurrexis- 8
sent gentes inmanitate barbarae, multitudine innumerabiles,
hoc est Marcomanni Quadi Vandali Sarmatae Suebi atque
omnis paene Germania, et in Quadorum usque fines progressus
exercitus circumuentusque ab hostibus propter aquarum penu-
riam praesentius sitis quam hostis periculum sustineret: ad 9

AVCTORES § 5 lues—prouinciis *Hier. 2184*[q] (plurimis *pro* multis *more suo Orosius*) || totamque—§ 6 *Eutrop. 8, 12 et 13* § 7 *sec. Hier. 2189* § 8 inmanitate—innumerabiles *Orosius* || Marcom.—Germania (barbaria *Eutr.*) *Eutr. 8, 13* || in Quadorum—§ 9 et § 11 *sec. Hier. 2189 et Rufin. 5, 5*

EXPILATORES 1 secuta est — 2 uastauit *compilauit Beda D. t. r. a. 4131*

1 lues] lucis R^1 || plurimis] primis *D* 3 culture R^a || adque PR^1 || ruina *D* spinas *O* 4 uero] ue- *D* || romanorum *Gv* 5 longinqua (gin *s. s. m. 1*) *P* longa* (ga *in ras. m. 2*) *R* || hibernia *D* || disposita consumpta fuerunt *D* || consumtas *P* 6 marcomanicum *D* 7 delectu R^2D || militum (m *prior s. s. m. 1 aut 2*) *P* || carnuntium] *PR*ς carnuncium *D* carnutium N^b Carnuntum *G post ras., h* 8 carcus *D* 9 plurimus *a. ras. R* 10 epistola R^3D || ac] et *D* 11 apertissime] P^3D *om.* P^1R 12 immanitate R^3 || barbara multitudo *D* || barbarię R^2 || innumerabiles (er *in ras.*) *R* 13 uuandali *PR* || suebi *PR* (b *ex* u *corr. m. 1 in P*) *om. D* || adque PR^1 *om. D* 14 p*ene *R* pae- *D* || quadrum *D* || pro|gressus (p *inchoata del.*) *P* 15 paenuriam *P et a. ras. R* pinuria *D* 16 praesentius] M^aN_1 (u *s. s. in* N_1) praesentium PR^1 praesenti *D* tam praesentis (*prius* u *in* a *corr., sed del.* R^2) R^2V quam praesentius M^b tam praesens (tam *ex corr. m. 3*) *G* || siti *D* || sustineret (ti *in ras. m. ant.*) *P*

inuocationem nominis Christi, quam subito magna fidei constantia quidam milites effusi in preces palam fecerunt, tanta uis pluuiae effusa est, ut Romanos quidem largissime ac sine iniuria refecerit, barbaros autem crebris fulminum ictibus perterritos, praesertim cum plurimi eorum occiderentur, in
10 fugam coegerit. quorum terga Romani usque ad internecionem caedentes gloriosissimam uictoriam et omnibus paene antiquorum titulis praeferendam rudi paruoque militum numero
11 sed potentissimo Christi auxilio reportarunt. exstare |etiam
p. 495 nunc apud plerosque dicuntur litterae imperatoris Antonini, ubi inuocatione nominis Christi per milites Christianos et sitim illam depulsam et conlatam fatetur fuisse uictoriam.
12 idemque Antoninus Commodum filium suum adsumpsit in regnum; praeteriti etiam temporis per omnes prouincias tributa donauit omniaque simul fiscalium negotiorum calumniosa monumenta congesta in foro iussit incendi seuerioresque leges nouis constitutionibus temperauit. postremo in Pannonia constitutus repentino morbo diem obiit.

16 Anno ab Vrbe condita DCCCCXXX Lucius Antoninus Com-
p. 496 modus quintus decimus ab Augusto patri successit in regnum
2 |mansitque in eo annis XIII. aduersus Germanos bellum feli-

AVCTORES § 10 *Orosius* § 12 idemque—temperauit *Hier. 2193*[a] *et 2194* || postremo — obiit *Hier. 2195*[t] (repentino *add. Orosius*) cap. 16 § 1 Lucius *seqq. Eutr. 8, 15 et* (XV *et* XIII) *Hier. 2196* § 2 aduersus—obiecit *Eutrop. 8, 15* || interfecit—excellere *sec. Hier. 2207*

EXPILATORES 19 L. Antoninus Commodus, 21 aduersus—p. 473, 2 deprauatus *compilauit Beda D. t. r. a. 4131*

1 constatia *R*[1] 2 praeces (-is *D*) *PRD* 3 romanus *P*[a]*D* 4 *refecer^i^t (i *s. s. m. 1*) *P* 5 territus *D* 6 coegeret (-it *m. 3*) *P*[1] || internitionem (it *in* et *m. 2 R*) *R*[1]*D* 9 exstare (s *eras.*) *P* 10 lettere *D* 13 adsumsit *P* assumpsit *R*[2] 15 fiscalium] *P*[3]*R*[2]ς fiscalia *D* fiscali *P*[1]*R*[1] || negotiorum (*et* titulorum *s. s. m. 3*) *P* negociorum *R*[1] neguciorum (o *in ras. m. 1*) *D* 16 congesta|***** (*eras.* gesta) *R* 17 panonia *D* 18 diē (˜ *m. 2 ut uid. add.*) *P* 19 nongentissimo trecissimo (*quarta* i *ex corr. sed statim add.*) *D* || lutius *R* || cum modus *D* 20 successit (cc *in ras. m. 2*) *R* 21 annis ·XIII· (nis ·XIII· *in ras. m. 1*) *P*

citer gessit. ceterum per omnia luxuriae et obscenitatis dedecore deprauatus, gladiatoriis quoque armis saepissime in ludo depugnauit et in amphitheatro feris sese frequenter obiecit; interfecit etiam quamplurimos senatores, maxime quos animaduertit nobilitate industriaque excellere. flagitia regis 3
poena Vrbis insequitur. nam fulmine Capitolium ictum, ex quo facta inflammatio bybliothecam illam, maiorum cura studioque compositam, aedesque alias iuxta sitas rapaci turbine concremauit. deinde aliud incendium postea Romae exortum aedem Vestae et Palatium plurimamque Vrbis partem solo coaequauit. Commodus cunctis incommodus in domo Vestiliani 4
strangulatus interisse fertur, hostis generis humani etiam uiuus iu|dicatus. p. 497

Post hunc a senatu creatus est senex Heluius Pertinax 5
sextus decimus ab Augusto. qui sexto mense quam regnare coeperat Iuliani iuris periti scelere in palatio occisus est. Iu- 6
lianus interfecto Per|tinace inuasit imperium sed mox a Seuero p. 498
apud pontem Muluium bello ciuili uictus et interfectus est mense septimo postquam coeperat imperare. ita inter Pertinacem et Iulianum unus annus absumptus est.

AVCTORES § 3 flagitia—insequitur. nam *Orosius* || fulmine—concremauit *Hier. 2204 illis* maiorum—studioque *ex 6, 15 § 31 repetitis* || deinde—coaequauit *Hier. 2208*[e] § 4 *Eutrop. 8, 15* (mortuus *Eutr.*, uiuus *Oros.*) *et Hier. 2208*[h]*; ad* cunctis incommodus *cf. Vita Taciti 6 § 4* § 5 et § 6 *Hier. 2209*[l] *et 2209*[m] *et Eutr. 8, 16 et 17*

EXPILATORES 17 a Seuero—19 imperare *compilauit Beda D. t. r. a. 4144*

1 *post* dederunt *exhibet* quan*quā (n *ex* m) *sed linea subducta del. R* || iustę *R* || conpraehensi *PD* cō*p̄hensi (ō* *ex* on) *R* 3 execrati *PR* ex|secreti *D* 4 inueniantur (in *s. s. m. coaeua*) *R* 5 mallet *D* 7 solicitudinem *D* || quan*quā (n *ex* m) *R* || ob hoc] ho *D;* ad hoc *O* adhuc *V* || parbari *D* 8 immissi R^b inmis *D* || uulgo (l *s. s. m. 1*) *D* 9 eclesiae *PD* || hunis] *PRD* || et *post* hunis *add.* $DVWN^4T(O)h$ || suebis] *PR* sueuis $DGKN_1X_2$ suaeuis *W* sueis *V* || uandalis] PR^1 uamdalis *D* uuandalis *R m. coaeua, G* 10 *post* diuersisque *add.* et GTX_2Zv 11 attollenda R^b || Dei misericordia *fsh* 13 ad quam (ad *s. s. m. coaeua*) *R* || uenire *R* || occasionē (˜ *eras.*) *R* 15 hic *D* || quo*libet (*erasa* d *esse potest*) *R* 16 abstrahi˙˙ (i *et interrog. signum in ras. m. 1*) *R* || au*tē (*in 4—5 litt. ras. m. 1 prius facta quam scriberetur pagina sequens, uide ad p. 556, 11; post* au *foramen radendo natum est*) *D* 17 aduersum *PR* || obdurata *D* || protraat *D* 18 quanto|que *D* quandoquidem *Gfsh* || inoreturo *D* || cui *om.* $M^a(K)fsh$, *ante* mor. *add.* M^b || desperata* (*eras.* m *ut uid.*) *R* disperata *D*

Et quia ineffabilia sunt iudicia Dei, quae nec scire omnia 10
nec explicare quae scimus possumus, breuiter expresserim,
correptionem iudicis Dei, quoquo pacto accidat, iuste sustinere
qui sciunt, iuste sustinere qui nesciunt.

[1]Anno ab Vrbe condita MCLXV Honorius imperator, uidens p. 581 42
tot oppositis tyrannis nihil aduersus barbaros agi posse, ipsos
prius tyrannos deleri iubet. Constantio comiti huius belli
summa commissa est. sensit tunc demum respublica et quam 2
utilitatem in Romano tandem duce receperit et quam eatenus
perniciem per longa tempora barbaris comitibus subiecta
tolerarit. igitur Constantius comes in Galliam cum exercitu 3
profectus, Constantinum imperatorem apud Arelatem ciuitatem
clausit cepit occidit.

Iam hinc, ut de catalogo tyrannorum quam breuissime 4

AVCTORES 1 ineffabilia sunt iudicia Dei *Pauli Ep. ad Rom. 11, 33*

EXPILATORES 5 Honorius . . 7 iubet, 11 Constantius — 13 occidit *compilauit Beda Hist. eccl. 1, 11* 5 Honorius imp. *et* 11 Constantius — 12 profectus *uid. adhibuisse Paulus 315, 11—14* 11 Constantius comes — p. 556, 3 substituit *compilauit Prosper Chron. ad a. 411 p. 646, cf. Neues Archiv 1 (1876) p. 88* 12 Constantinum — p. 556, 10 occisus est *excerpsit Paulus 315, 14—21* 12 Constantinum — 13 occidit *et* p. 556, 1 Constantem — 2 interfecit *adhib. uid. Marcellinus Com. ad a. 411 p. 278 Ronc., cui similia habet Iordanis Get. 32 p. 119 et Chron. p. 238 D*[2]

3 corruptionem *D* || accidat iustae sustinere qui nesciunt (*omissis* qui sciunt iuste sustinere) *D* || accidat iuste (t ius *in ras. m. 1*) *P* 5 Anno ab] Ab *R* || ·ɪ·cLxu· *P* ·ī·cLxv· *in ras. m. ut uid. 1 R* millesemo centissimo sexaginsimo quinto *D* || *inter* imperator *et* uidens *rasura circ. 25 litt. capax R* 6 aduersum *PR* 8 tum *DVOW* || et (t *in ras m. 1*) *D* et *om. R* (*non P*) 9 romano (no *s. s. m. 2*) *P* || quam] quem *D* 11 excitu *D* 12 constantinūimperaturem (ūi *m. 1 ex* us) *D* || arelatem] *R* harelatem (h *del. m. ut uid. 1*) *P* arilatem *D* 13 clasit R^a || et cepit *sed* et *del. m.* 1^c *G* || et occidit *Gv* 14 $\overset{ut}{*}$ (ut *s. s. m. 2, infra una lin. erasa*) *P* ut *om. R solus* || catologo *D*

loquar, Constantem Constantini filium Gerontius comes suus, uir nequam magis quam probus, apud Viennam interfecit atque in eius locum Maximum quendam substituit. ipse uero
5 Gerontius a suis militibus occisus est. Maximus exutus purpura destitutusque a militibus Gallicanis, qui in Africam traiecti, deinde in Italiam reuocati sunt, nunc inter barbaros in
6 Hispania egens exulat. Iouinus postea uir Galliarum nobilissimus in tyrannidem mox ut adsurrexit et cecidit. Sebastianus
p. 582 frater eiusdem hoc solum, ut tyrannus moreretur, ele|git: nam
7 continuo ut creatus occisus est. quid de infelicissimo Attalo loquar, cui occidi inter tyrannos honor et mori lucrum fuit? in hoc Alaricus imperatore facto infecto refecto ac defecto, citius his omnibus actis paene quam dictis, mimum risit et

AVCTORES § 7 *cf. 2, 3 § 4*

EXPILATORES 1 Constantem — suus, 2 apud — interfecit *exscripsit Beda Hist. eccl. 1, 11* 7 Iouinus — 10 occisus est *fort. adhib. Marcellinus Comes ad a. 412* (*inde Iordanis Chron. p. 238 D^2*), *similia habet Iordanis Get. 32 p. 119*

1 eloquar *D* || constamtem *D* || geruntius *R* (*non in seqq.*) || suus] sus *D* 2 magis quam probus] ac inprobus *fsh* || interficit *D* 3 adque PR^1 4 est *om. PRW soli* || exutur *D* 5 distitusqui (squi *in ras. m. 1*) *D* 6 in italiam] italiam *D* || in hispania inter barbaros PRX_2 *soli* || *sic* in hispaniae gens *D* hispanie gens (te *supra*) *M* 7 exultat *D* || iouinus] iuuenis *D* 8 assurrexit R^2 || *supra* et *scr.* ·i· etiã *m. 2 in G*, et *expunctum al. m. in R*, *om. v* || caecidit *a. ras. R* c edit *D* || sabastianus (sæb- $\mathfrak{A}^2$) $D\mathfrak{A}^1$ 9 moretur *D* || eligit *D* 10 de infilicissimo (de in *in ras. m. 1 ex* ..d.) *D* 11 inter (ter *s. s. m. 1*) *D* || tyrannushonor (sh *statim ex* m) *D* || honor* (*una litt. er.*) *P* || fuit] P^1Gv fuit** (*fort. eras. nil nisi interpunctio; supra ras. interrogandi signum posuit m. 2 et* in *seq. in* In *mut.*) *R* fuisset $P^2DVKTONN_1WX_2$ (e *superius scriptum propter foramen rasura factum*, *uide supra ad p. 554, 16 D*) fuisse *M* 12 in] P^1R inter P^2 *om. D* || alaricus *DG*] halaricus *PR* alarichus N_1 || refecto ac defecto *om. sed s. s. m. 1 aut 2 R* || ac defecto *om.* (*more suo in talibus*) *D* 13 citius (ti *statim s. s.*) *D* || poene *R* || risit] resistet **risit (*linea subducta m. fort. 2*, *erasum* et *uidetur*) *R*

ludum spectauit imperii; nec mirum si iure hac pompa miser 8
lusus est, cuius ille umbratilis consul Tertullus ausus est in
curia dicere loquar uobis, patres conscripti, consul
et pontifex, quorum alterum teneo, alterum spero,
sperans ab eo qui spem non habebat et maledictus utique
quia spem suam posuerat in homine. Attalus itaque tamquam 9
inane imperii simulacrum cum Gothis usque ad Hispanias
portatus est, unde discedens naui incerta moliens in mari
captus et ad Constantium comitem deductus, deinde impera-
tori Honorio exhibitus truncata manu uitae relictus est.
Heraclianus interea Africae comes missus, cum idem Attalus 10
umbram gestaret imperii, Africam strenue aduersum iudices
ab eo missos tutatus, consulatum adsecutus est; quo elatus 11
supercilio Sabinum domesticum suum, uirum ingenio callidum
industriaque sollertem et sapientem nominandum si animi
uires tranquillis studiis adcommodauisset, generum allegit;
cum quo quorundam periculorum suspiciones dum patitur fecit 12
atque, aliquamdiu Africana annona extra ordinem detenta,

AVCTORES *lin.* 5 maledictus — 6 homine *Ierem. proph. 17, 5*

EXPILATORES 2 consul—11 Heraclianus *breuiter excerpsit Paulus 315, 21 — 25* 8 in mari captus, 10 Honorio — relictus est *compilauit Marcellinus Comes ad a. 412* 11 Heraclianus — comes, p. 558, 1 cum — 3 naues, 6 is simul — 9 interfectus est *adhibuit Marcellinus Comes ad a. 413* (*inde Iordanis Chron. p. 238* E^2) 14 Sabinum, 16 generum, p. 558, 2 Romam contendit, 3 tria — naues *adhibuit Paulus 315 not. lin. 6 sq.*

1 hac] ac PR^1 || pompam *D* 2 **ausus *R* 3 quria *D* || lo⌋ quar (*litteram incohatam deleuit m. 1*) *P* || conscriti *D* 4 corum *D* || teneo alterum *om. D solus* 5 habebant *D* || meledictus (e *prior in* a *corr. m. 2*, c *radendo ex* t) *R* 6 quia] qui *DV* N_1*MTOW* 7 gohtis *D* || s|panias *D* 8 discedens] *GW* descedens *P* descendens *RH*X_2 discendens *DVKMTO* 9 constium *D* 11 adtalus *D* 12 *haec* strenue — p. 559, 2 priuatus (*quae unius fere paginae codicis spatium aequant*) *om. D* || aduersus *GVW* 13 assecutus R^1*G* 15 solertem *R* 16 accommodauisset R^1*G* 17 suspitiones *R* 18 adque PR^1 (d *in* t *m. coaeua R*) || aliquandiu *G et ex corr. al. m. PR*

p. 583 ipse tandem cum inmensa, certe temporibus nostris satis in-
13 credibili classe nauium Romam contendit. nam habuisse tunc tria milia septingentas naues dicitur, quem numerum ne apud Xerxen quidem praeclarum illum Persarum regem et Alexandrum Magnum uel quemquam alium regum fuisse historiae
14 ferunt. is simul ut cum agmine militum ad Vrbem pergens litore egressus est, occursu comitis Marini territus et in fugam uersus, arrepta naui solus Carthaginem rediit atque ibi continuo militari manu interfectus est. Sabinus gener eius Constantinopolim fugit, unde post aliquantum temporis retractus exilioque damnatus est.

15 Hunc omnem catalogum, ut dixi, uel manifestorum tyrannorum uel inoboedientium ducum optima Honorius imperator religione et felicitate meruit, magna Constantius comes in-
16 dustria et celeritate confecit: merito sane, quia in his diebus praecipiente Honorio et adiuuante Constantio pax et unitas per uniuersam Africam Ecclesiae catholicae reddita est et corpus Christi, quod nos sumus, redintegrata discissione sanatum est, imposita exsecutione sacri praecepti Marcellino tribuno, uiro inprimis prudenti et industrio omniumque bo-
17 norum studiorum appetentissimo. quem Marinus comes apud

EXPILATORES 7 occursu — 9 interfectus est *excerpsit Paulus 316, 11—14* 13 optima — 17 reddita *excerpsit Paulus 316, 14—17*

1 immensa R^bG || **certe *R* || et satis (et *s. s. m. 2*) *R* 3 ·III· mil· DCC· *P* ·III· milia DCC· *R* || nauis R^a 4 xerxen] *PRG* || preclarum *P* || et] nec *v* 5 fuisse regum *TW*(*O*)*h* 6 his (*cum glossa* nauibus) *G* || cum *om. G solus* 8 arepta R^1 || naui (ui *in ras. 3 litt. m. 2*) *P* || solus *post* Carthaginem *traiecit h* || karthaginem *PR* || adque PR^1 9 constantinupolim *P* 10 aliquantulum N_1 || tempus *VKMTO* 11 dampnatus *a. ras. R* 13 deleri *post* ducum *addidit supra uersum m. 3 G* 14 occidi *ante* meruit *add.* OY_1Y_3h 17 eclesiae *P* 18 discessione G^{1a} (*corr.* 1^c) $VKMOH^bWX_2$ 19 inposita PR^a || executione (e *alt. s. s. et post* u *erasis* sa *sic R*) P^3R^{a1} excussatione P^1 excusatione R^1 || sacri] $PRWX_2$ sancti GVN_1(ς)*v* 20 tribuno] tribuno bono P^3THWX_2 tribuno notario N_1 (notario *interpolatum uidetur ex Augustino*) || imprimis R^b

Carthaginem — incertum zelo stimulatus an auro corruptus
— occidit: qui continuo reuocatus ex Africa factusque priua-
tus uel ad poenam uel ad paenitentiam conscientiae suae di-
missus est.

p. 584
'Anno ab Vrbe condita MCLXVIII Constantius comes apud 43
Arelatem Galliae urbem consistens, magna rerum gerendarum
industria Gothos a Narbona expulit atque abire in Hispaniam
coegit interdicto praecipue atque intercluso omni commeatu
nauium et peregrinorum usu commerciorum. Gothorum tunc 2
populis Athaulfus rex praeerat: qui post inruptionem Vrbis
ac mortem Alarici Placidia, ut dixi, captiua sorore imperatoris
in uxorem adsumpta Alarico in regnum successerat. is, ut 3
saepe auditum atque ultimo exitu eius probatum est, satis
studiose sectator pacis militare fideliter Honorio imperatori
ac pro defendenda Romana republica inpendere uires Gothorum
praeoptauit. nam ego quoque ipse uirum quendam Narbonen- 4
sem inlustris sub Theodosio militiae, etiam religiosum pru-

AVCTORES § 2 ut dixi *7, 40 § 2* § 4 ego — audiui

1 karthaginem *PR* || an auro] amaro X_2 anlaro (*post* an *fort. aliquid eras.*) *V* || auro] pecuniae ui (pecuniae *uersu extr. add. 1°*) *G* 2 qui continuo] Continuoq· (q· *s. s.*) *G* || euocatus *G solus* 3 |uel ad paenam *D* 5 ·I·CLXVIII· *PR* millissimo cen|dissimo sexaginsimo octauo *D* 6 arilatem *D* 7 gotho s- (s *coni. c. seqq.*) P^1 || a] *PGV*ς * (*erasa* a *esse potest*) *R* e *D solus om. v* || adque *P* 8 adque PR^a || in|clusus *D* incluso *KM* || comeato *D* 9 per crinorum *D* || tunc *om. DVT* 10 populis· (*eras.* s, *punct. ex corr. add.*) *R* populus *D* || athaulfus] $DGVN_1WX_2$ (ς) atahulfus *PR* Ataulphus *fsh* || rex] tunc *DV* rex tunc *T* rex *ante* athaulfus *exhibet* N_1 || irruptionem R^b || urbis (r *statim in ras. scr.*) *D* 11 alarici] *Gv* halarici *PRD* alarichi N_1 || placidi aut P^1 || captiua *om. D* || sororem *D* 12 uxorē P^2 oxorem *D* uxore P^1R || assumpta R^b adsumta *PD* || alarico] *Gv* halarico *PR* alaricho N_1 halaricum *D* 13 adque PR^a 14 honoria *D* 15 pro defendenda romana republica] prodi puplica *D* || impendere R^b || uires *s. s. m. 1 in D* 16 uirum] uerum *D* 17 inlustrē R^{a1} || sup *D* || religiosum (li *statim s. s.*) *D*

dentemque et grauem, apud Bethleem oppidum Palaestinae
beatissimo Hieronymo presbytero referentem audiui, se familia-
rissimum Athaulfo apud Narbonam fuisse ac de eo saepe sub
p. 585 testificatione ¹didicisse, quod ille, cum esset animo uiribus
5 ingenioque nimius, referre solitus esset: se inprimis ardenter
inhiasse, ut oblitterato Romano nomine Romanum omne solum
Gothorum imperium et faceret et uocaret essetque, ut uulga-
riter loquar, Gothia quod Romania fuisset *et* fieret nunc
6 Athaulfus quod quondam Caesar Augustus, at ubi multa
experientia probauisset neque Gothos ullo modo parere legibus
posse propter effrenatam barbariem neque reipublicae interdici
leges oportere, sine quibus respublica non est respublica,
elegisse saltim, ut gloriam sibi de restituendo in integrum
augendoque Romano nomine Gothorum uiribus quaereret ha-
bereturque apud posteros Romanae restitutionis auctor, post-
7 quam esse non potuerat immutator. ob hoc abstinere a bello,
ob hoc inhiare paci nitebatur, praecipue Placidiae uxoris suae,

EXPILATORES 17 inhiare — p. 561, 9 confirmaret *epitomauit Paulus 313, 20—27*

1 et*grauim (*er.* a) *D* || bethleem] $PN_1X_2W(NO)v$ bethle*em (*er.* h *ut uid.*) *R* bethlehem G^3 bethele en *D* betheleem *H* bethl*lē (*eras.* e) *V* bethlem *T* bethel G^1KM || palestinae *PRD* 2 h*ieronymo *R* hieronimo *D* || praesbytero *D* prbo *P* prbto *R* || referentem (f *m. 2 corr. ex* s *uel* p *uel* r) *P* 3 athaulfo] GN_1X_2 atahulfo *PR* adthaulfo (h *s. s. m. 1,* f *statim ex* s) *D* atheulfo (f *s. s. m. 1*) *W* 4 dedicisse *D* || ille *om. R solus* || esse *D* 5 imprimis R^b 6 oblitterato (tt *in ras., illa m. 1, haec m. 2*) *P* obli*terato (*er.* t) *R* oblitorato *D* 7 faceret] fecerit *D* || et *om. D* || esseque *D* || uulgaliter $PRVN_1$ 8 et fieret] *scripsi* fieret· Et *D* fieret PRG^1; (; Fieret *R*) fieretque $G^3M^bN_1Tfsh$ 9 athaulfus] GVN_1X_2 atahulfus *P* ataulfus (*sic*) *R* athaufos *D* athoulfus *W* || quod] et quod *O* || at] ad P^1R^1 10 probabisset PR^1 11 effrenata (t *statim in ras. scr.*) *D* 12 rē*publicā R^2 13 elegisse (se *in ras. m. 2*) *P* elegisset *N* legisse (*s. s. glossa* pro elegisse *m. 3*) *G* || se *post* elegisse *add. v* || saltem R^bh salutem *edd. Col. fs* 15 actor *D* 16 potuerat*** (*nulla littera ut uid. erasa; spatium est 2 uel 3 litt.*) *P* 17 Praecipue *P* Praecipuę *a. ras. R* (*sic* P *maiore; inde factum ut in* N_1 *ea littera omitteretur mox rubricanda*) || sue *P*

feminae sane ingenio acerrimae et religione satis probae, ad
omnia bonarum ordinationum opera persuasu et consilio tempe-
ratus. cumque eidem paci petendae atque offerendae studio- 8
sissime insisteret, apud Barcinonam Hispaniae urbem dolo
suorum, ut fertur, occisus est.

Post hunc Segericus rex a Gothis creatus cum itidem iudicio 9
Dei ad pacem pronus esset, nihilominus a suis interfectus est.

Deinde Vallia successit in regnum ad hoc electus a Gothis, 10
ut pacem infringeret, ad hoc ordinatus a Deo, ut pacem con-
firmaret. hic igitur — territus maxime iudicio Dei, quia cum 11
magna superiore abhinc anno Gothorum manus instructa armis
nauigiisque transire in Africam moliretur, in duodecim mili-

AVCTORES *lin.* 5 ut fertur

EXPILATORES 6 Post — 7 interfectus est *compilauit Isidorus Hist. Goth. 20 cf. Iordanis Get. 31 extr.* 8 Deinde — 9 confirmaret *compilauit Isidorus Hist. Goth. 21* 8 Deinde — regnum *cf. Iordanis Get. 32* 8 Vallia — regnum *cf. Marcellinus Comes ad a. 414* 10 hic — p. 562, 2 cladis *cf. Iordanis Get. 33 p. 123, 18 — 124, 3* 11 Gothorum — p. 562, 2 cladis *compilauit Isidorus Hist. Goth. 22*

1 f*eminę *R* || sanę *a. ras. R* || religione* satis (ne sa *in ras. m. 1*) *D* || religione] *PGV*ς religione (gi *s. s. m. 2*) *R* religionis (*O*)*v* || satis (s *fin. corr. ex aita litt. m. 2*) *P* || prope *D* probatae *KM* 2 persuasu** (su *alt. in ras. m. 1, post* su *er. 2 litt.*, su *?*) *P* suasus *D* persuasus *VNO* 3 pace R^2 || petente R^1 appetente R^2 adpetende *VT* || adque PR^1 || offende (-di *V*) *VT* || studiosissimę *a. ras. R* 4 barcinonam] X_4 barchinonam (h *statim ex* n) *D* barchilonem PRN_1𝔄 barcylonam *H* barcilonem *GKMT*𝔅 barcillonem (ch *O*) *VWO* barchilinem X_2 barcinonem (*N*) *fsh; etiam 1, 2 § 104* barcinonam *scribendum uid.* 6 hounc (o *del. m. 1*) *P* || segericus] *PDW*𝔓 segaricus (*sic*) *R* || ididem *D* 7 pronos *D* || esse *D* (*lin. s. s. tenuissima fortuita uid.*) || a] et a *sh* 8 uallia] *DTW*(*KMO*)*v* *item uel* uuallia 𝔓 ualia $PRGHN_1X_2$𝔖 (*sed idem* 𝔖 *in Get. mox* uallia) bęllia *N* uuluia *V* || successit*in (sit i *in ras. m. 1*) *D* || ad hoc] adhuc *D* || electus] ordinatus *DKMO* (*sic* ad hoc ordinatus adõ pacem ꝯfirmar& a gothis ut pacẽ infringer& *V*) 10 maximę *a. ras. R* maximae *D* || quia] *T*(*VON*)Z_1*v* qui $PRDKMHN_1WX_2$ qđ *ex* qu* (*corr. m. 1*) *G* 11 manus (s *er.*) *R* manu NX_2 12 nauigiisque (gi *s. s. m. 2*) *P* || oliretur *D* || duodicem *D* || mili**bus (*er.* ti) *D*

p. 586 bus passuum Gaditani freti [1]tempestate correpta, miserabili
12 exitu perierat, memor etiam illius acceptae sub Alarico cladis, cum in Siciliam Gothi transire conati, in conspectu suorum miserabiliter arrepti et demersi sunt — pacem optimam cum Honorio imperatore, datis lectissimis obsidibus pepigit; Placidiam imperatoris sororem honorifice apud se honesteque
13 habitam fratri reddidit; Romanae securitati periculum suum obtulit, ut aduersus ceteras gentes, quae per Hispanias conse-
14 dissent, sibi pugnaret et Romanis uinceret. quamuis et ceteri Alanorum Vandalorum Sueborumque reges eodem nobiscum placito depecti forent mandantes imperatori Honorio: tu cum omnibus pacem habe omniumque obsides accipe: nos nobis confligimus, nobis perimus, tibi uincimus, immortali uero quaestu reipublicae tuae, si
15 utrique pereamus. quis haec crederet, nisi res doceret?

AVCTORES § 12 pacem *cf. 1, 17 § 3 et 3, 20 § 9* § 13 *cf. 1, 16 § 3 et 1, 17 § 3*

EXPILATORES 2 memor — 3 conati *cf. Iordanis Get. 33 p. 124, 2 sq.* 2 acceptae — 4 demersi sunt *uid. adhibuisse Isidorus Hist. Goth. 18* 3 in Siciliam — conati *cf. Iordanis Get. 30 p. 114, 8* 4 pacem — 7 reddidit *compilauit Isidorus Hist. Goth. 21; cf. Marcellinus Comes ad a. 414* (*inde Iordanis Chron. p. 238 E*[2]) 4 pacem — 15 pereamus (*aliunde his* exigente Constantio *insertis*) *excerpsit Paulus 316, 20 — 28* 4 pacem — 9 uinceret *uid. adhibuisse Iordanis Get. 32 p. 119* 7 reddidit *adhibuit Seuerus Chron. p. 450, 4*

2 alarico] $GVWX_2$ (ri *s. s. m. 1 in V*) *v* halarico *PRD* alaricho N_1 halaric. $\mathfrak{H}^1$ alaric. $\mathfrak{H}^2$ 3 sicilia *RH et ante corr. m. 3 aut 4 P* 5 lectissimis obsidibus (lectissimis ob *in ras. m. 1*) *P* || pepiegit *D* 7 Romanę (an *s. s. m. 2*, ˛ *erasum sed mox m. coaeua restitutum*) *R* 8 aduersum (ς) *v* || cęteras *a. ras. R* 9 pugnaret et] pugnaret *DVTONW* || cęteri *a. ras. R* citeri *D* 10 alanorum] *Gv* halanorum $PDVN_1X_2W$ halanorū (˜ *eras., fort. casu*) *R* || uuandalorum $GWX_2\mathfrak{P}$ || sueborumque] *PR* sueuorum q: *D* || eodem] eorum *D* 11 depecti] PR^aDG^{1a} depacti $R^bG^{1c}v$ || honori *D* 12 omniumque obsides] obsidesque (i *ex* e *V*) *DVTO* 13 confligimur *D* || uincemus (*more suo*) *D* 14 immort. — 15 pereamus] tuae erit quaestus reipublicae si utrique pereamus $\mathfrak{P}$ || immortali] R^bD inmortali PR^a, ς inmortalis X_2v || quaestu] *PRD*ς quaestus X_2v || erit *add. post* quaestus *v* 15 utri*que (*ex* utroque ?) *R*

itaque nunc cottidie apud Hispanias geri bella gentium et agi
strages ex alterutro barbarorum crebris certisque nuntiis disci-
mus, praecipue Valliam Gothorum regem insistere patrandae
paci ferunt. ex quo utcumque concesserim, ut licenter Chri- 16
stiana tempora reprehendantur, si quid a conditione mundi p. 587
usque ad nunc simili factum felicitate doceatur. manifestaui- 17
mus, ut arbitror, atque ostendimus non magis uerbo paene
quam digito innumera bella sopita, plurimos extinctos tyran-
nos, conpressas coangustatas addictas exinanitasque immanis-
simas gentes minimo sanguine, nullo certamine ac paene sine
caede. superest ut obtrectatores nostros molitionum suarum 18
paeniteat ueritatique erubescant Deumque uerum et solum,
qui potest omnia, credant timeant diligant et sequantur, cuius
omnia, et quae mala putant, bona esse didicerunt.

Explicui adiuuante Christo secundum praeceptum tuum, 19
beatissime pater Augustine, ab initio mundi usque in prae-

AVCTORES *lin.* 2 nuntiis discimus || *lin.* 4 ferunt

EXPILATORES 16 ab initio — 564, 1 annos *et q. s.*] Nam et Horosius (*sic Naz.*) diligentissime haec (haec *om. Naz.*) inquirens, omnem numerum annorum ab initio mundi usque ad suum tempus in unum collegit *Gregorius Turon. I prol.* 16 ab initio — p. 564, 2 octo] Orosius presbyter in septimo ad Augustinum libro ab initio mundi usque ad tempora Honori II annos V̄·DCXVIII· adserit *Prosperi auctarium* (*ex codice Vat. Reg. 2077 saec.* VI *extr. scripto; cf. Exempla codd. Latt. 1876 ad t.* IIII *Roncall. 1 p. 723*

1 cottidiae *D* cotidie *PR* 3 praecipue *sqq. cf. Tillemont Hist. des Emp. ad a. 416 cap. 57* || ualliam] *PDVWX₂v* uilliam· *R* ualiam *GN₁* || petrande (*pro* e *pr. m. 1 scriptura erat* a, *corr. in* a *m. 2;* e *fin. in ras., ex* a *fort.*) *R* 5 repraehendantur *PRD* 7 adque *P*[1]*R*[1] (*corr. m. coaeua in R*) 8 tyrrannos *R* 9 cônp̄ssas (on *corr. in* õ*) *R* || coangustatas (ta *prior statim s. s. et* s *fin. ex corr. sed statim inserta*) *D* || exanitasque (t *ex* n *uid. corr. sed statim*) *D* || inmanissimas *PR* 10 nullo] et nullo *DVT* || p*ene *R* benae *D* 11 ut] -ot *D* || molitionum (o *prior ex* i *corr. m. 1*) *P* 12 paeniteat (a *prior linea del. in P, erasa in R*) paeneteat *D* || erubiscant (i *in* e *corr. m. 3 aut 4*) *P* 13 diligant et sequantur *om. D solus* || diligant** (*fort. litt. nulla er.; spat. 1 aut 2 litt.*) *P* 14 potant *D* || bona (a *in ras. m. 2*) *P* || *in* didicerunt (i *pr. ex* e) *desinit V* 15 *sic* Explicui *PRD* || tuum praeceptum *v* 16 agustine *D* || in] ad *PRTOW* || p̄*sentem (*erasa* s ?) *R*

sentem diem, hoc est per annos quinque milia sescentos decem et octo, cupiditates et punitiones hominum peccatorum, conflictationes saeculi et iudicia Dei quam breuissime et quam simplicissime potui, Christianis tamen temporibus propter praesentem magis Christi gratiam ab illa incredulitatis confusione discretis. ita iam ego certo et solo, quem concupiscere debui, oboedientiae meae fructu fruor; de qualitate autem opusculorum tu uideris qui praecepisti, tibi adiudicanda si edas, per te iudicata si deleas.

1 quinque milia sescentos decem et octo] *PRG* (sexc- *R*) *idem numerus in ς et Prosp. auct. et edd. ante h* quinque milia sescentos et octo *D* ·v· mił ðcviii N_1O || decem et octo] septemdecim *h inuitis codd. et edd. omnibus nec ullo uerbo addito, notatus iam ab Gallandio uol. 9 p.* xii 2 c*upiditates (*eras.* i) *R* || punitates *DT* 3 scli *R* || bræuissime *P* 4 propter] *sic* ppt̃ *P* 5 illo PR^1X_2 7 meae] mae *D* 8 praecipisti R^1 precipisti *D* || adiu**|dicanda *P*

Explicit· | Pauli · horosi · historiarum ∴ aduersū paganos | liber vii · feliciter:·. epistula· seueri ad scm̃ paulinum epm̃ *P* EXPLICIT PAVLI HOROSI HISTORI|ARVM ADVERSVM PAGANOS LIB̄ · VII · FELICIT̄ ·; EPISTVLA (V *in* O *m. 2*) SEVERI* |AD SCM̄ PAVLINV̄ EPM̄ · *R*

EXPLICIT : PAVLI OROSII · LIB̄ · VII · (*nigris litt.*) |DE TREGINTA : ANNORVM (*rubris maior. litt.*) | PRAESCRIPTIONE OMNIBVS CAVSIS OPPONENDA· (*nigris minor. litt.*) | Jmperator theudosius *et q. s. D*

PAVLI OROSII HISTORIARVM CAPITVLA.

EX CODICE *D*.

CAPITVLA LIBRI PRIMI.

I. De exordio auctorum tam Graecorum quam Latinorum, quod initium scribendi a Nino rege, Beli filio, sumserint. [1 § 1]

II. Quanti ab Adam usque ad eundem Ninum Magnum anni fuerint. [1 § 5]

III. De temporibus regis ipsius usque ad Caesarem Augustum, hoc est usque ad natiuitatem Christi, quae annorum summa cucurrerit, et quod tam prolixo spatio temporum raro bella cladesque cessauerint. [1 § 6]

IIII. De situ totius Orbis, quibus aut quam magnis regionibus terminetur, et quod *in* tres plagas id est Asiae Europae et Africae scindatur, sicut alii testantur auctores. [2 § 1]

V. De diluuii tempore, quod relictis in arca paucis humanum genus, quod manebat extrinsecus, sit deletum. [3 § 1]

Lectionis uarietatem ex D adnotaui integram. — in contextum nomina propria recepi intacta exceptis uulgaribus, uelut Hircules *et* Sartanapallus, *ac terminationum barbarismis, uelut* Troianus (*pro* -os), Nine (*pro* -ni), *huic codici sollemnibus. praeterea paucula quaedam, licet ab ipso fortasse epitomae auctore profecta, correxi, ne legentem inutiliter morarentur; uelut p. 567, 24* Aremulo *scripsi pro* Romulo. — *in fine capituli unius cuiusque indicaui, ubi quisque capituli numerus in ipso Orosii opere a codice D positus sit.*

fol. 1r incipit: PAVLI⁝ OROSII⁝ LIBRVM (*corrige* LIBR· VII) *col. rubro* | HISTORIARVM· *col. uiridi* | I (*col. nigro, sed numeri seqq. rubro*) De exordio

1 grecorum 2 sumserunt 5 agustum 7 spacio 8 cessauerit 9 *in Orosio ipso non addidit numerum nec maiore littera capituli initium distinxit* || tutius urbis 10 terminitur || in *addidi* || tris || eurupae 11 afrecae || scinditur 12 *in Orosio ipso* Iu̲ *sic* || d*iluuii (*er.* I *ut uid.*) 13 manibat || est

VI. De Nini cuius supra regis initio et fine, et quod ipsi uxor eius Samyramis successerit in regno. [4 § 1]

VII. De interitu quattuor cum Sodoma ciuitatum. [5 § 1]

VIII. De bello quod inter Thelcises et Charsatios aduersus Foroneum regem Argiuorum et Parasios gestum est. [7 § 1]

VIIII. De secundo diluuio, quod Ogi temporibus legale quidem sed maximum terris effusum est. [7 § 3]

X. De ubertate Aegypti et fame, quae Ioseph temporibus acta sunt, de quibus plenius sacra testatur historia. [8 § 1]

XI. De inundatione aquarum, quae Anphyctionis regis Atheniensium tempore maximam populorum partem Thessaliae absumpsit, quando etiam Deocalion regnasse, Liber quoque pater Indiam superasse perhibetur. [9 § 1]

XII. De Hebraeorum ex Aegypto egressione per Moyssen ducem et decem Aegyptiorum plagis, quas pro Iudeorum retentatione diuinitus pertulerunt, et quod eodem tempore uehementius solito sol accensus totum paene Orbem suo calore torruerit. [10 § 1]

XIII. De parricidio filiorum Danai atque Aegypti, et quod Danai tanti sceleris fabricator ad Argos, pulsus regno, migrauerit. [11 § 1]

XIIII. De Busiridis in Aegypto hospitalitate crudeli, qui diis suis hospitum innocentum sanguinem inmolabat. [11 § 2]

XV. De Perseo, qui a Graecia transuectus in Asiam plurimas ibi barbaras gentes domuit, ubi ad ultimum uictae genti de suo uocabulo Persarum primus nomen inposuit. [11 § 4]

XVI. De diuturnitate regni Assyriorum, quod usque ad regem Sardanapallum constat extensum. [12 § 2]

XVII. De Tantali in Ganymedem flagitiosi amoris incestu et Pelopis certaminibus contra Dardanum atque Troianos nec non

1 nine || inicio || finem || ipse 2 successit 3 ciuitatū (ū *m. 1 in ras., ex* e *ut uid.*) 4 charsatius 5 parasius 6 diluuiu* (*eras.* m) || se* (*eras.* d) 11 maxima || tessaliae 12 india 14 xii *euanidus* || hebreorum 15 decim 16 pertolerunt 19 xiii *euanidus* || quod danaui 20 spulsus 22 crudile 23 sanguinum 24 persa eo || grecia 25 uicti 26 uocabulum 29 gansmidem || flagiciosi 30 troianus

plurimarum gentium gestis ac regum, quorum cursim habita solum nominum mentione longum uisum singillatim facta discribi eo quod multis familiaria et nota sint fabulis. [12 § 3 lin. 2]

XVIII. De Atheniensium bello et de Minotauro, cui Cretenses uorandos Atheniensium nobilium filios addicebant. [13 § 1]

XVIIII. De certamine Lapitharum et Thessalorum. [13 § 3]

XX. De rege Aegypti Vesoze, qui Scythas primum in bella commouit et ab eisdem uictus refugit in regnum: ex quibus sunt Amazones bellatrices, quas Hercules postea superauit: quae Europae et Asiae ex parte aliqua dominantes Ephesum simulque urbes alias condiderunt. [14 § 1]

XXI. De raptu Helenae et obsidione decennali Troiae atque excidio subsecuto simulque Aeneae in Italiam ingressu. [17 § 1]

XXII. De Sardanapalli regis Assyriorum prauis moribus, et quod defuncto illo eorum regnum primum concesserit in Medos, postea in Scythas Chaldaeosque peruenerit. [19 § 1]

XXIII. De Fraorte rege Medorum et Diocle successore eius, cui Astyages pari modo successit in regnum. [19 § 4]

XXIIII. De Cyro rege Persarum, qui auo suo Astyagi certamen indixit, quo uicto regni summa potitus sit, et quod huius temporibus Phalaris Siculus arrepta tyrannide Agrigentinos grauiter populatus est. [19 § 6 l. 2]

XXV. De Aremulo Latinorum rege ac flagitiis ipsius, et quod fulmine ictus interiit. [20 § 5]

XXVI. De bello Peloponensium et Atheniensium graui, quando etiam Asiam Amazonum gentis exercitus diu lateque uastauit. [21 § 1]

XXVII. De Lacedaemoniorum et Messeniorum bello, quod adhibitis Atheniensibus et Peloponensibus sibi sociis per annos plures usque ad internicionem prope inexplebili furore gesserunt. [21 § 3]

6 filius 10 amazonos || hirculis 11 erupae et asia 13 rapto elinae || decenali 15 sartana palli || assiriorum 16 defunctu || concessit 18 medurum || successorem 19 arteages 20 astiagi 22 falaris sicuius 24 romulo || flagitus 26 atthiniensium 28 *in Orosio ipso sic* XXCI || laci demoniorum 29 pilo penensibus 30 internitionem || inexplebile

CAPITVLA LIBRI II.

I. De regnis quattuor Orbis uniuersi, quae dispensatione Dei successu temporum principalia per mundi partes quattuor steterunt, id est Babylonium primum, exinde Macedonicum, post Africanum atque in fine Romanum.

II. De conditione urbis Romae, quo post euersionem Troiae anno fundata sit, et quod suorum regum ac principum per ducentos et tres annos usque ad consules assiduis fracta fuerit et infecta criminibus. [4 § 1]

III. De Bruto, qui apud Romanos primus consulis nomen obtinuit. [5 § 1]

IIII. De Romanorum et Sabinorum bello et discessione plebis a patribus ac fame et pestilentia protenus subsecuta: quibus utique malis non parum Roma quassata sit. [5 § 4]

V. De Veientium et Etruscorum graui certamine, quos Marcus Fabius consul non sine maximo reipublicae dispendio superauit: in quo bello omnis Fabiorum familia insidiis trucidatur. [5 § 6 l. 5]

VI. De Cyro rege Persarum, qui urbem potentissimam Babylonam Euphratis alueo deriuato magnis exercitus sui copiis occupauit, et qualis urbis ipsius situs fuerit quodque eodem tempore Lydiam pari felicitate deuicerit. [6 § 1]

VII. De bello, quod cum Scythis quibus regina Thamyris praeerat idem Cyrus postea habuit: a qua uictus et extinctus est. [7 § 1]

VIII. De rege Dario, qui cum Antero Scytharum rege certatus est, ubi etiam non paruam manum sui amisit exercitus, et quod postea Macedoniam atque Asiam adgressus obtinuit, deinde contra Athenienses bellum gessit, a quibus plurima

1 INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI II· (*litt. nigris*) 2 urbis || quae] q: 4 babilonium || machedonicum 5 africum sic in fine 6 euersione 8 ducentus et tris annus 10 *in Orosio ipso* II *temere* || romanus || consules 12 a *om.* 14 quassata (*prior* s *statim s. s.*) 15 ueiencium || certamini 16 consol || reipublice 17 omnes 19 babillonam 20 eufratis || diriuato || cupiis 22 filicitate 24 uictus et] et uictus 27 parua manu sua misit 28 machedoniam

populi sui parte confecta uictus refugit in Persas, ubi dum contra uictores bellum molitur interiit. [8 § 1]

VIIII. De eius Darii filio Xerxe, successore eius, et Leonida Spartanorum rege, qui cum quatuor milibus hominum innumerabilem Persarum fudit exercitum; in quo etiam bello Leonidas rex plures occidendo cum paucis suis lassatus et mortuus est; cui etiam certamini Xerxes foedissime se subtrahens Mardonium ducem reliquit, qui residuum quod erat populi Persarum propemodum sua infelicitate contriuit. [8 § 13 olymp.]

X. De pestilentia, quae Romae prodigiis praecedentibus uiolenter exarsit, quando ab exulibus ciuibus ac fugitiuis seruis contra Valerium consulem bello quasi ciuili conmoto Capitolium Vrbis incensum est. tunc etiam de hostibus ipsis uictoriam dictator Quintius Cincinnatus obtinuit. [12 § 2]

XI. De consulum potestate decemuiris tradita et statu reipublicae per tyrannos rebus plurimis perturbato; quando etiam terrae motus in Italia graues exorti sunt. [13 § 1]

XII. De Fidenatibus hostibus reipublicae, quos Aemilius dictator tertius superauit, et Siciliae uitio dissensionis, quae tyrannorum nutrix et bellorum diu fuit captiua seruilium. [13 § 10]

XIII. De dissensione et bello ciuili Siciliae, quo, Syracusani dum a Catanensibus dissiderent Graecorum sibi solaciis inploratis, spe obtinendae Siciliae grauia diuturnaque certamina inter Athenienses Spartanosque uersata sunt. [14 § 4]

XIIII. Quod ad extremum Lacedaemonii solacio adiuti Persarum Athenienses prope usque ad internicionem actos imperio suo datis urbi rectoribus subdiderunt, quos etiam postea Thrasy-

3 successorem || sparthanorum 4 innum|merabilem 6 mortuos 7 certamine 8 reliquid 9 prope modo || infilicitate 10 pestilentiae || praecidentibus 11 ab *om.* 12 consolem || conmutu capitulium 13 uicturiam 14 quentius 15 consolum || decim uiris || statu reipublicae] scitatu*|reipublicae (*er.* s; r *ante lin. add. statim m. 1*) *D* 16 tyramnos || terre mutus 18 emilius· 19 tercius || uicio disensionis 23 gregorum || solacius 25 athinienses sparthanosque 26 lace dimoniis 27 actus 28 subdederunt || trasibulus

bulus quidam Atheniensium pro patriae libertate consurgens sub specie conloquii circumuentos fraude decepit. [16 § 8]

XV. De ciuili bello Persarum, quod Artaxerxes et Cyrus filii Darii de statu regni certantes egerunt, quorum uno id est Cyro interfecto ad Artaxerxem regni summa peruenerit. [18 § 1]

XVI. De terrae motu concussae Siciliae, ubi Aetna mons eo tempore aestus suos solito grauiores effudit. [18 § 6]

XVII. De obsidione Veiorum, quos Romani cum suo maximo detrimento decem annis continuis obsederunt. [19 § 1]

XVIII. De Senonum in Italiam Vrbemque inruptione Gallorum, et quibus stragibus populum senatumque Romanum inaudita prius crudelitate trucidauerint quodque eorum atrocissimum impetum ictu fulminum Vrbis fuerit incendium subsecutum. [19 § 5]

CAPITVLA LIBRI III.

I. De pace Graecis a rege Persarum Artaxerxe ueluti iure dominantis indicta, quibus ut ab armis quiescerent imperauit. [1 § 1]

II. De bello Spartanorum atque Persarum, quod adhibitis sibi auxiliaribus copiis usque ad internicionem prope Lacedaemoniorum diu grauiterque gesserunt. [1 § 5]

III. De reparatione Atheniensium per Cononem. [1 § 23]

IIII. De certamine, quod cum Arcadibus Spartani propter castellum quoddam adgressum inruptione furtiua quasi de imperio desperantes inter extrema gesserunt. [1 § 25]

V. De terrae motu, quod Achaia uniuersa concussa duas ciuitates prouinciae ipsius, id est Ebora et Helice, disruptas terrae hiatus absorbuit et quod diebus illis, quibus auctor haec scribit Orosius, Constantinopolim terrae motu graui

2 speciae || circumuentus 3 Decinile || artaxerses 4 regini 6 terre || ethna 9 decim 10 inruptionem 12 crudilitate 13 ictum fluminum (flu *statim in* ful *corr.*)

15 Incipivnt capitvla : libri : iii ⁝ 16 grecis 17 nominantes 19 sparthanorum 20 cupiis || lacedemoniorum 22 ii (*pro* iii) || perco.nomen· 23 partani 24 quodam 25 disperantes 26 terre mutu || ciuitatis 27 disruptae 29 constantinopolim] *cf. Rhein. Museum 30 (1875) p. 314* || terre

flammaque caelitus desuper inminente maximo patuit obiecta discrimini tantamque iram Dei Arcadii oratione principis cum supplicatione totius populi Christiani constet auersam. [3 § 1]

VI. De uictoria Romanorum, quam de Vulscis Faliscis ac Praenestinis, qui multis retro temporibus infestissimi Vrbi hostes extabant, ueloci felicitate tulerunt. [3 § 4]

VII. De pestilentia Vrbis atque prodigio, cum hiatu terra terribili a se scissa dissiluit: in quem Marcus Curtius eques uiuus sponte descendit. [4 § 1]

VIII. De secunda inruptione simulque internicione Gallorum, qui non longe ab Vrbe a Manlio Torquato et Quintio ac Sulpicio dictatoribus superati, dum se per oram maritimam diffudissent, ad extremum a Marco Valerio, qui Gallum quendam cui singulari pugna conflixit corui adiutus auxilio superauit, uicti atque trucidati sunt. [6 § 1]

VIIII. De tempore, quo petentibus Carthaginiensibus pacem diuersa Romae prodigia praecesserunt, quodque isdem diebus Artaxerxes Iudaeorum gentem bello superatam in Hyrcaniam plurima ex parte transtulerit, Aegyptios quoque Persarum simul regno subdiderit. [7 § 2]

X. Quod aduersum Samnitas grauia ilico Romanis bella suscepta sint ac Latinos nihilominus rebellantes Manlius Torquatus consul uicerit. [8 § 1]

XI. De Minuciae uirginis Vestalis incestu atque interitu, et quod isdem diebus plurimae in Vrbe matronarum in maleficio detectae punitae sint. [9 § 5]

XII. De Alexandro Epirotarum rege, Alexandri illius qui uocatur Magnus auunculo, a Samnitibus uicto atque interfecto. [11 § 1]

5 uicturia || quādeuulscis (d *in ras. m. 1*) 7 ueluci filicitate 9 quem] quo || curcius 10 uiuos ponte discidit (i *in* en *statim corr.*) 13 ora maritima 14 extremo 17 chartaginiensibus 18 hisdem 19 hircaniam 20 plurimā· || aegyptius 22 Quod] Dequo 24 consol e,uicerit (*interpunctio ex corr. m. 1*) 25 interito 26 hisdem 28 alexandri (i *statim ex* o *corr.*) || qui|qui

XIII. De Philippo potentissimo rege Macedonum, qui Graeciam proeliorum suorum uirtute quassauit et plures prouinciae ipsius nobilissimas ciuitates dolo captas et hominibus et opibus uacuauit. [12 § 1]

XIIII. Quod idem obsessa Byzantio Scythis bellum intulerit, a quibus sumpta uictoria dum rediret Triballis obuius factus belloque congressus in ipso fuerit certamine uulneratus. [13 § 1]

XV. De eiusdem Philippi prosperitate uictoriae, quam de Atheniensibus Lacedaemoniis ac Thebanis, ad ultimum calcato ipsarum urbium dominatu, cruentissimam cepit, et quod mox dum in Persas bellum molitur interiit. [13 § 9]

XVI. De infelici cum Samnitibus congressione Romanorum, quando ad Caudinas furculas uicti missique sub iugum sunt, et Papirii consulis, euoluto anno, de uictis eisdem hostibus subiugatisque uictoria. [15 § 2]

XVII. De Alexandri Magni, qui patri Philippo successit in regnum, uirtutibus ac triumphis, quos de Persida atque Aegypto aliisque prouinciis mira et celeri felicitate promeruit. [16 § 1]

XVIII. Quod praedicti regis temporibus, etiam quo accessus ipsi non patuit, sanguine proeliorum totus paene Orbis incaluit in tantum, ut Agidis Lacedaemonii regis in Graecia, Alexandri Epiri regis in Lucania, Zopyrionis praefecti Ponti in Scythia plura bella et grauia gererentur. [18 § 1]

XVIIII. De eis, quae aduersum gentem Indorum idem Magnus Alexander terribiliter gessit, qualiterque omnibus paene populis Orientis oppressis, dum ad extremum Babylonam regressus mundi totius legationes exceperit, ueneno hausto clam puero tradente defecerit. [18 § 5]

1 greciam 5 bizantio schythis 6 uicturia || treballis 9 uicturiae 10 lace daemoniss 11 coepit, *cf. Oros. 3, 14 princ.* || et mox 13 infilici 15 pauperii consules euuluto 16 uicturia 19 filicitate 22 lace daemonii,regis (r *m. 1 ex* s, *interp. add. ex corr. m. 1*) || *haec* ingrecia | alaxdri epyri regis in lucania zoferionis prȩfecti ponti in schitia | *in ras. m. 1* 25 his 27 oppresit || babilonam 28 tutius || austo 29 tradentes

XX. De Gallorum caede atque Samnitium, quos aduersum Romam uno agmine conspirantes Fabius consul excepit caesisque quam plurimis feliciter superauit. [21 § 1]

XXI. De bello, quod inter Samnites et Romanos euêntu alternante uictoriae item gestum est, et quod ad extremum cum rege suo Pontio superati Samnites, post longum quamquàm temporis spatium, dominandi tamen regnandique finem sibi debitum acceperint. [22 § 1]

XXII. De internicione Sabinorum, qualiter per Curium consulem uicti addictique Romanae fuerint dicioni. [22 § 11]

XXIII. De proelio, quod Romani cum Etruscis Gallisque Senonibus infeliciter Caecilio praetore gesserunt. [22 § 12]

XXIIII. De clade Alexandro mortuo ac dissensione Macedonum, et quod regni Macedonici per eundem Alexandrum corpus longe lateque porrectum, defuncto eo per multos reges ac principes scissum, in Asia Aegypto atque India aliisque prouinciis grauibus atque innumeris proeliis gestis per quattuordecim annos contritum atque laniatum sit. [23 § 6]

CAPITVLA LIBRI IIII.

I. De duobus proeliis famosissimis Romanorum, in quibus uicti atque uictores non mediocriter extiterunt, quae cum rege potentissimo Pyrrho Tarentinorum causa excitante gesserunt, et pestilentia, quae bellis quibus supra cessantibus grauis nimium Romam cunctosque fines eius inuasit. [1 § 1]

II. De eiusdem Pyrrhi ad extremum luctuoso Romanis et damnoso ualde congressu, quodque ab eisdem tertio utique bello uictus abscedens, dum in Achaia apud urbem quandam Spartanum regnum auidus dominationis adpeteret, saxo ictus obierit. [2 § 3]

1 samnicium 2 fauius 3 filiciter 4 samnites (*prior* s *radendo ex* r) || euente 5 uicturiae 7 spacium || tamen] tam || debetum 8 acceperunt 10 romani 12 infiliciter 13 acedonum 14 alaxandrum 15 multus regis 18 annus

19 INCIPIVNT : CAPIT : LIBRI : IIII (*litt. rubris*) 20 De duobus *usque ad* uicti *in ras. statim scr.* 21 uictures || extetirunt 22 pyrro 24 roma 25 pyrri 26 congressu (u *in* o *m. 1 mut.*) quodq: (q: *ex* ab *m. 1*) 27 abscidens 28 dominationes

III. Quod Pyrrhi morte conperta Tarentini aduersum Romanos, Carthaginiensium sibi adiuncto solacio, iterum arma sumserunt, in qua etiam pugna superati sunt; quibus diebus magna Romae fuerint uisa prodigia. [3 § 1]

IIII. De bello, in quo aduersum Picentes duce Sempronio consule dimicantes Romani uictores quidem sed cum strage multa militum extiterunt, et quod plura eos fuerint secuta prodigia. [4 § 5]

V. Quod Vulsinienses in libertinos suos, qui eos urbe coniugibus et facultate priuauerant, acceptae ultores iniuriae adiuti seueritate reipublicae uiriliter extiterunt. [5 § 3]

VI. De pestilentia, quae apud Romam grauissima conflagrauit in tantum, ut plus perisse populi quam superfuisse referatur, et Capparoniae uirginis Vestalis incestu simulque suspendio, quo uitam adulterii conuicta finiuit. [5 § 6]

VII. De bello Carthaginiensium, quod infeliciter contra Siculos Sardosque gesserunt; ubi etiam urbis ipsius rex Himilco intolerabili pestilentia totum paene morbo amiserit exercitum regressusque Carthaginem gladio mortem sibi ipse conciuerit. [6 § 2]

VIII. De Hannonis cuiusdam Carthaginiensis potentissimi hominis in ciues suos inpietate uel scelere dignoque suis moribus exitu et Hamilcare Carthaginiensi uiro facundo ad Alexandrum per dolum misso regressoque ad propria post mortem Alexandri ueluti ciuium inimico a suis per inuidiam interfecto. [6 § 16]

VIIII. De Siculorum certamine et strage Poenorum, quam per Agathoclem Siciliae regem in Africam ex consilio transuectum Carthaginienses non mediocriter sui exercitus amissione sen-

1 pirri (i *prior ex* e *radendo mut.*) || romanus chartagini ensium (*altera* i *statim ex* e) 5 duces est pronio 7 extetirunt 11 reipublice 12 pestilencia 14 incestu,ssimul (*interpunctio ex corr. m. 1,* s *tamen non deleta*) 15 alulterii 16 carthageniensium || infiliciter || siculus 17 himelco 18 intolerabile || pene || amisit 19 gladium 21 *in ipso Orosio* VIII *ante 6 § 15* haec Darii *exstat* || chartageniensis 22 pietate 23 amilcare || charthaginiensi uero || alaxandrum 25 inuidia 28 transuectu (u *alt. in* o *m. 1*) 29 chartaginienses || non] non de (e *statim ex* i)

serunt, Pyrrhi regis Epirotae conlato Siculis aduersum Afros auxilio. [6 § 23]

X. Quod falso catholicae fidei aduersarii rerum perturbationes, quaecumque accidunt temporibus Christianis, grauibus ac ueteribus Romanorum aliarumque gentium cladibus seu miseriis anteponunt. [6 § 34]

XI. Qualiter bellum, quod inter Mamertinos et Hieronem Syracusanum regem, adiuuantibus eum Afrorum copiis, uertebatur, a Romanis pro Mamertinorum statu susceptum celeriterque finitum sit; a quo etiam proelio Hannibal senior Agrigenti a consulibus obsessus, Afris bello quam maxime profligatis, cum paucis facta eruptione discesserit. [7 § 1]

XII. Quod Gnaeo Cornelio Asina et Duilio Gaio consulibus idem Hannibal, dum Italiae oram maritimam instructa classe uastaret, nauali Romanis pugna conflixerit, ex quibus uno prius consule fraude decepto ab alio captis nauibus mersisque quam plurimis fuerit superatus, et de Hannone quodam pro Sardis et Corsis in locum Hannibalis subrograto ab Scipione consule, deleto exercitu ipsius, interfecto. [7 § 7]

XIII. Quodque idem Hannibal senior a Romanis tertio superatus ad ultimum seditione exercitus sui obpressus obierit. [8 § 1]

XIIII. De primo certamine, quod in Africa odiorum crescente negotio Romani consules prospere aduersum Poenorum duces, Hamilcarem scilicet Hannonemque, cum grandi nauium classe gesserunt, et quod Afrorum nauibus plurimis aut mersis aut captis, multis quoque Africae oppidis depopulatis Manlius consul Romam cum ingentibus spoliis uictor ingressus sit. [8 § 6]

XV. Cuius magnitudinis serpentem Regulus dux Romanus adiutorio militum congressus occiderit. [8 § 10]

1 pyrri || epyrotae   5 gencium || meseriis   7 bello || siracusanum   8 adiuuentibus || cupiis   10 agrigento   13 quod genio cornilio asinam et diulio gaiceonsolibus idem (*cf. cap. 34 et 41*)   14 ora maretima   17 et de] et   18 loco   19 exercito || interfectu   20 annibal || tercio   22 nigotio   24 amicarem || grande   29 adiutorium

XVI. De eiusdem Reguli aduersum Poenos primum quidem prospere gesto certamine sed postea infeliciter cum suo quoque exitio terminato, Xanthippo rege Lacedaemonum Afris commodante solacia. [8 § 16]

XVII. Quantis et quam atrocibus bellis ac maximis cum Romanis in Africa Siciliaque per uiginti annos aut eo amplius Afris terra marique certatum sit et quod euentu quidem uario, ad extremum tamen Romani extitere uictores quodque inter ista classis magnae redeuntis Italiam amissae naufragio non modica Romani damna senserunt. [9 § 5]

XVIII. De pace Carthaginiensibus data, supplicibus et statutae summae solutione inposita. [11 § 1]

XVIIII. De aquarum peste et damnoso Vrbi nimis incendio seu ruinis uel priuatarum domorum uel moenium publicorum. [11 § 5]

XX. De certamine, quod cum Faliscis et Cisalpinis Gallis a Romanis uictoribus non sine militum damno confectum est. [11 § 10]

XXI. De inrupto a Carthaginiensibus propter Sardiniam insulam foedere, quod pepigerant cum Romanis, et quod pace ipsis petentibus reddita eodem anno — quod diu ante uix cesserat — Romani ab omnibus proeliis quieuerunt. [12 § 2]

XXII. De bello, quod contra Hispanos Hamilcar dux Carthaginiensium gessit, ubi etiam interfectus est: quo tempore legatos Romani suos ab Illyriis peremtos bello sunt atrocissimo persecuti. [13 § 1]

XXIII. De sacrilegis sacrificiisque pontificum, quibus Romanas uictorias foedauerunt, prodigiisque feralibus Vrbe turbata quanta et quam cruenta cum utrisque Gallis, id est Cisalpinis Transalpinisque, certamina licet uictor tamen solito

1 poenus 2 infiliciter 3 xantippo || afrisco modante (s *ex corr. add. m. 1*) 9 clasis || redeuntes || italiam] ad italiam *Orosius* || naufragium 11 carthagineensibus || subplicibus || statutae (u *statim ex* a) 12 summa solutionis 14 publicarum 17 damnum 19 chartaginiensibus 20 pepegerant 23 amilcar || chartaginiensium 24 legatus 25 illiriis 27 sacrificiisque] *sic pro* sacrificiis 28 uicturias 29 et] etiam

multo copiosior undique contractus Romanus gesserit exercitus quodque ipsis diebus Fabius Censorius filium furti insimulatum crudeliter interfecerit. [13 § 3]

XXIIII. De secundo bello Punico cum Romanis, quod duce Hannibale iuniore euersa ab eo Sagunto statutae pacis iura soluente non sine magna partis utriusque strage confectum est, quodque idem Hannibal montibus Pyrenaeis Alpibusque transmissis ad Italiae loca plana perueniens ad flumen Treuiam duobus proeliis cum duobus consulibus successu sibi prospero sed Romanis aduerso nimium dimicauerit et quod in eodem bello fuerit sauciatus multumque in Appennino cum elephantis, quos paene omnes amisit, hominum numerum iumentorumque perdiderit. [14 § 1]

XXV. Quod Scipio frater Scipionis consulis in Hispania cum Magone duce Poenorum isdem diebus plura feliciter bella confecerit quodque ostentis multis et grauibus tunc Romanos datorum prodigiorum causa terruerit. [14 § 9]

XXVI. De certamine, quod inter Flaminium consulem et Hannibalem ad lacum Transumennum cum clade maxima actum est Romanorum, et quod paulo ante idem Hannibal oculum frigoris uirtute perdiderit, ac de terrae motu terribili, quem exercitus uterque, dum dimicat intentus certamini uehementer, omnino non senserit. [15 § 2]

XXVII. Quod apud Cannas Apuliae uicum Hannibali infestissimo Romani nominis inimico congressus senatus populusque Romanus usque ad internicionem prope cum maxima militum strage certauerit. [16 § 1]

XXVIII. Qualia quantaque certamina Romani duces et consules, urbis suae nutante potentia, exercitu quatripertito reipublicae, uno eodemque tempore contra Philippum in Macedonia,

1 cupiosior || gessit 2 fauius censurius 3 crudiliter 4 XIIII 7 pyreneis 9 consolibus 10 aduersum || dimicauit 12 poene 14 XV || consules || spaniam 15 hisdem || filiciter 16 romanus 18 XVI || interin || consule 20 quod *addidi* || hanniba culum 21 de *addidi* || terribile 22 certamine 24 XVII 28 XVIII 29 exercito 30 -que *addidi*

contra Hasdrubalem in Hispania, in Sardinia quoque contra alium Carthaginiensem Hasdrubalem, in Italia cum Hannibale cateruatim occidendo moriendoque gesserint. [16 § 7]

XXVIIII. Quod Claudius Marcellus Syracusanorum urbem his diebus secundum obsessam uictor obtinuit Archimede mechanico primae obsidionis euentum suis machinis retardante. [17 § 1]

XXX. Qualiter Hannibal de Campania exercitum mouens et non longe ab Vrbe castra constituens in conspectu Romae cum consulibus dimicare pluuiae causa largissimae primum mistae cum grandine dein secunda quoque imbrium effusione sit uetitus. [17 § 2]

XXXI. De duobus Scipionibus in Hispania a fratre Hasdrubale interfectis captaque urbe Campaniae Capua a proconsule Fuluio senatuque ipsius ciuitatis ab eodem duce Romano prope ad integrum interempto. [17 § 12]

XXXII. Quod paucitas senatus exegerit, ut Scipio Africanus adhuc adulescens dux contra Hannibalem mitteretur, quodque continuo felici successu in Hispania cum magnis Afrorum opibus Noua capta Carthagine Magonem illic fratrem Hannibalis cum ceteris captum Romam transmiserit. [18 § 1]

XXXIII. De Laeuino consule, qui Siciliam reipublicae consilio armisque subiecit Agrigento prius urbe fortissima insulae ipsius expugnata, et Marcelli consulis atque Crispini Fuluiique proconsulis mortibus, quos isdem diebus in Italia Hannibal cum parte Romani exercitus congressu, alios insidiis trucidauit, quodque plures Scipio, dum haec geruntur, Hispaniae ciuitates obtinuerit. [18 § 2]

2 chartaginiensem (e *alt. statim ex* iu) || hannibali 3 gesserunt 4 xviiii 5 obsessa || mychanico (c *in ras. m. 1, ex* l ?) 7 xx 9 consolibus dimigare || misitae *ante corr.* 12 xxii (*sic*) || hasdrubalis 14 ducae 16 xxiii (*sic*) || exegit 17 aduliscens || mitteritur 18 filice 19 cartaginem || annibalis 20 citeris || romam et (*cf. cap. 36*) 21 xxv (*sic*) || leuino || siliciam 23 consules 24 proconsulis (lis *ex* les *m. 1*) || hisdem 25 *fort.* illum *addendum ante* cum 27 ciuitatis obtinuit

XXXIIII. De Hasdrubale Hannibalis fratre, quem Claudio Nerone et Liuio Marco consulibus, dum ab Hispania per Gallias in Italiam cum exercitu et elephantis adiutorio fratri futurus accedit, magno proelio feliciter superatum Romanus exercitus interfecit caputque eius in Italia fratri inopinanti transmisit. [18 § 9]

XXXV. De eiusdem Scipionis Africani prosperitate successuum, quod Hispania uelociter uniuersa adiuncta reipublicae triumphans Vrbem uictor intrauerit. [18 § 16]

XXXVI. Quod idem Scipio felicitate mirifica Africam ingressus Poenorum duces magnos, Syphacem scilicet Hasdrubalemque, superauerit hibernis Poenorum prius siue Numidarum miro consilio clam noctu incendio conflagratis, ubi maximam Afrorum partem inermem atque inter castra currentem insperatus obpresserit, Syphacem quoque per Laelium uinctum Romam transmiserit [18 § 17 consul]

XXXVII. De bello ultimo maximoque inter Scipionem et e diuerso perniciosum Romanis hostem Hannibalem, qui eiusdem consilio consulis in Africam ab Italia redire coactus est, in conspectu Carthaginis magna reipublicae felicitate confecto, quodque Hannibale cum paucis in fugam uerso data pace Carthagini bellum Punicum secundum, quod per annos decem et septem actum est, fuerit tunc finitum. [19 § 1]

XXXVIII. De Macedonum et Spartanorum cum Flaminino consule et duce gesto certamine uictoribusque Romanis plurima militum clade confecto. [20 § 1]

XXXVIIII. Quod Hamilcare duce Poeno, qui in Italia Hannibale discedente remanserat, a Bois atque Cenomanis Cremona Placentiaque uastata sit et ad ultimum bello ipsi superati

1 xxvi (*sic*) 2 leuio || consulebus || galias 3 elefantis adiuturio fratri (i *fin. radendo ex* is) 4 filiciter 8 uiluciter 10 filicitate || africa 11 magnus || syfacem 14 currente 15 syfacem || lelium 16 romae (*cf. cap. 32*) 17 spicionem 19 consulis (i *statim in* e *mut.*) 20 chartaginis || reipublice filicitate confectu 21 hannibele || fuga 22 chartagine || decim 23 septim 24 framinino console 25 doce 27 amilcare || annibale 29 placentiaquae || bellum

sint quodque proconsule Flamininus Philippum regem et cum eo plurimas alias gentes euicerit. [20 § 4]

XL. De euentu uario proeliorum, quae Romani ducibus multis et optimis in Hispania citeriore siue Etruria, cum Antiocho quoque rege in Syria, cum Celtiberis atque Liguribus, cum Gallograecis in Galatia multa utriusque partis strage gesserunt, et quod tunc Scipio legati loco ad Antiochum missus cum Hannibale profugo atque a se uicto habuerit familiare conloquium. [20 § 10]

XLI. Quod Marco Claudio Marcello et Fabio Quinto consulibus Philippus rex, occisorum legatorum causa Romanis reus factus, filio suo fungente legationis officio ueniam fusa prece meruerit quodque eodem anno et Scipio Africanus apud Amiternum exsul morbo perierit et Hannibal apud Prusiam regem, dum Romanis reddendus exposcitur, ueneno se idem sponte peremerit. [20 § 27]

XLII. De Philopoemene Achiuorum duce a Messanis in Sicilia capto et occiso et insula, quae nunc Vulcania appellatur, in mari subito edita, et quod diebus ipsis cum Hispanis utrisque certamina per diuersos duces et consules Romanus feliciter egerit exercitus. [20 § 29 Philop.]

XLIII. Quod gentem ferocissimam Basternarum eodem tempore auctore Perseo, Philippi filio, Danuuius gelu siccus per sua terga uno agmine transeuntem disrupta glaciali crusta sorbuerit. [20 § 34]

XLIIII. De proelio magno, quod gestum est Perseo duce Macedonibus cum Romanis: in quo euentus primi certaminis fuit quidem Romanis aduersus sed postea duce Aemilio dimicante prosperrimus. [20 § 36]

4 ceteriore || siue] *cf. uelut V 33 et 34, VI 5* || anthioco 5 cheltiberis 6 gallogrecis 8 uictu 10 cladio || fauio 11 philippos 12 fulgente legationis (i *alt. statim in* e *mut.*) || uenia || praecae 15 idem *sic* 17 felopomen achinorum || amissa nisi sicilia *sic, Orosii 20 § 30 uerbis* in Sicilia *male coniunctis cum praecedentibus* 18 uulgania 19 mare 20 diuersus 21 filiciter egit 22 XL 23 danuuius (u *prima in* a *m. 1*) 24 disruptis || surbuerit 28 emelio || dimicante (m *et* a *ex corr. ut uid. m. 1*)

XLV. Quod Celtiberis populis Hispanorum reipublicae amicitiis discedentibus Publius Scipio Africanus dux in Hispaniam destinatus magnas illic de aduersis et perfidis strages exercuit, et de Sergio Galba praetore a Lusitanis magno proelio superato, qui toto paene amisso exercitu uix cum paucis euaserit, et quod isdem diebus lapideum theatrum censores construi in Vrbe iusserint sed Scipionis Nasicae laudabili oratione sit uetitum. [21 § 1]

XLVI. Quod idem Sergius Galba Lusitanos in deditionem receptos inermes contra fidem peremerit ignaros quodque id facinus apud omnium animos Hispanorum maximam perfidiae Romano nomini parauerit inuidiam. [21 § 10]

XLVII. De bello Punico tertio gesto annis quattuor cum Romanis, quo finito iussu senatus Carthago ciuibus spoliata sit primum incensa, sic diruta anno septingentesimo a quo eam Dido Elissa condiderat, et quod inter ista Iuuentius praetor in Macedonia Pseudophilippo congressus cum maxima parte Romani exercitus sit peremtus. [22 § 1]

XLVIII. Quod in euertenda Carthagine diu fuerit Romani senatus diuisa sententia, dum pars pro ciuium quiete perpetua delendam eam, pars pro uirtute militum exercenda proque otii abstergenda rubigine conseruandam, ne bellicosae mentis audacia securitatis ignauia solueretur, altiore consilio decernebat. [23 § 8]

CAPITVLA LIBRI V.

I. Quod illi dies, quibus haec scripsit Orosius, beatiores et catholica fide fuerint et quiete, quam ii, quibus Romanae uires saepius adtritae uehementer extrinsecus, interdum

1 *fortasse scribendum* amicitia 2 discidentibus 3 distinatus 4 de *addidi* 5 exercito 6 hisdem || lapidium 7 iusserunt 9 XLVI *om.* || lusitanus || receptus 10 peremit ignarus || id *om.* 11 animus 12 nomine parauit inuidia 13 XLVII *om.* || tercio 14 chartago 15 septingentisimo 16 iouentinus 17 macedoniam 19 XLVIII *om.* || cartagine || fuit 20 dilendam 21 exercendam 23 solueritur || alciore

25 INCIPIVNT : CAPIT̄ : LIBRI · V · (*litt. rubris*) 26 I *in ipso Orosii opere om.* 27 hii 28 uire || adtrita

quoque in se ipsae conuersae Vrbem paene totam caduca satis nimiumque mutabili felicitate fregerunt.

II. De iis, quae eodem anno quo Carthago deleta est per Mummium consulem Corinthi gesta sunt in eiusdem florentissimae urbis excidium, et Achaeis Boeotiisque a Metello praetore deuictis. [3 § 1]

III. De Viriato quodam Hispano latrone genere Lusitano, quantis qualibusque conflictibus Romanos saepe sua temeritate terruerit, et uictoria Lusitanorum hominum trecentorum, qui maioris numeri milites Romanos adgressi latrocinio potius quam bello uicerunt. [4 § 1]

IIII. De certamine Appii Claudii, quod cum Salassis Gallis habuit, et pestilentia Romae eodem tempore uehementer exorta. [4 § 7]

V. De Fabii consulis cum Lusitanis et Viriato certamine deque facinore, quod idem consul in principes sociorum reipublicae, qui sese cum oppidis plurimis sponte subdiderant, eorum contra fidem manus abscidendo commisit. [4 § 12]

VI. Quod Pompeius consul cum Numantinis non sine populi dispendio dimicauerit et qua Viriatus morte defecerit. [4 § 13]

VII. De Mithridate rege Parthorum, qui Babyloniam urbem uictor inuasit simulque plures alias gentes edomuit atque in Indiam suum extendit imperium, et Demetrio ab eo uicto bello seu capto, cuius regni ad Diodotum quendam summa peruenerit. [4 § 16]

VIII. De pace inconsulto senatu cum Numantinis facta post proelium, quod cum iis Romani satis incommodum Mancino consule duce gesserunt, et Mancini ipsius damnatione, qui, pace soluta quam fecerat, morti adiudicatus est et traditus Numantinis. [4 § 19]

1 ipse conuerse 2 filicitate 3 his || chartago 4 muminium consolem (*sed coeperat* u *pro* o *alt.*) corinthii 5 acheis byoetiisque 8 romanus sepe || timeritate 9 uicturia 10 militis 12 certamini 13 uehimenter 14 ueriato 15 reipublice 16 subdedirant 19 ueriatus 20 medridate || babilloniam 22 uictu 23 dio dothum quandam summam 25 numanantinis 26 iis *addidi* || incommodo 28 adiucatus

VIIII. De proeliis, quae apud Hispanos Romani duces euentu uario grauique gesserunt, et prodigiis, quae Romae atque in Sicilia uisa sunt. [5 § 12]

X. De seruilibus in Sicilia bellis non sine labore maximo Romani exercitus obpressis. [6 § 8]

XI. De Numantia Hispaniae citerioris urbe bellicosissima ab Scipione Africano iam consule licet maximo cum labore damnoque reipublicae quandoque tamen obpressa et deleta. [7 § 1]

XII. De seditione Romae a tribuno plebis Graccho mota et cum eius ac plurimorum internicione sopita, et quod eodem tempore in Sicilia simulque etiam per loca alia plurima bella seruilia consurgentia sint repressa. [8 § 1]

XIII. De bello, quod contra Aristonicum Attali fratrem, qui Asiam per testamentum populo Romano reliquerat, pro eodem regno peruaso per Licinium Crassum a Romanis infeliciter, a Perpenna consule deuicto hoste feliciter est gestum, et incestu ac parricidio Ptolemaei regis Alexandrinorum, quod in sororem suam priuignamque commisit. [10 § 1]

XIIII. De iis, quae inter Antiochum Babyloniae et Phrahatem regem Parthorum sunt gesta certamina, et Publii Scipionis Africani obitu. [10 § 8]

XV. De tremore Aetnae montis et aestibus, quodque solito flammas euomens grauiores Liparam insulam uicinumque ipsi mare suo ardore torruerit. [10 § 11]

XVI. De pestilentia, quae in Africa orta ex putredine lucustarum innumerabiles populos cum pecudibus auibus bestiisque inaudita prius clade consumpsit. [11 § 1]

1 hispanus 2 graueque || quae] q: 6 numancia || ceteriores 7 console 10 muta 11 internitionē subita 13 sunt 15 per *addidi* 16 licinio grassom || infeliciter] infliciter ėst gestum (*sic m. 1*) || a perpenna — est g *in ras. m. 1* 17 deuictu oste filiciter 18 a protho|lomei || alexandrini || quod in sororem *in ras. m. 1* 19 priuignaque 20 his || anthiocum babilloniae 23 ethanae mostis 24 leporam || ipsi (i *fin. statim ex* e) 26 pestilencia || pudridine 27 populus || pecodibus || bestiisquae

1 chartaginis reparatione 3 siditione 4 ciuile ueloti 5 metello (e *pr. statim ex* a) 6 infestationis 7 cum allobrogibus] callobrogis 8 filiciter || hisdem 9 solido || perniciem (iem *statim ex* em) || catenensium iges || ethnạ (ına *in ras. m. 1*) mon 11 claude 15 reipublice 19 equos romanis (is *statim in* vs) || corrupturibus (u *alt. statim in* o *corr.*) 21 tiburinis 22 fuga || interfectu 24 caepio tholosatium 25 cupiis 26 teotonis 27 consurgentis 28 romano

primum congressione fregerunt, sed mox Mario consuli subsequenti de sua suorumque omnium clade bis uicti atque deleti triumphum magnum reipublicae nomine contulerunt. [16 § 1]

XXV. De matricidio Publici Malleoli et damnatione eius. [16 § 22]

XXVI. De bello ciuili, quod auctore eodem Mario Romae magna senatorum ac ciuium clade confectum est, et quibusdam ex ciuibus iussu senatus exilio destinatis. [17 § 1]

XXVII. De socialibus bellis Italiae et pluribus grauibusque prodigiis, quae urbem Romam tam relatione quam uisu grauissime terruerunt. [18 § 1]

XXVIII. De defectione Picentum Samnitium Lucanorum aliorumque socialium populorum et bellis, quae cum eis diu Romani duces et consules cum magna partis utriusque strage atque infelicitate gesserunt, et quod iisdem diebus rex Sothimus cum maximis copiis Thracum Graeciam ingressus uniuersos fines Macedoniae deuastauerit. [18 § 8]

XXVIIII. Quod paulo post Mithridaticum bellum diuturnum et graue surrexerit. [19 § 1]

XXX. De ciuilibus bellis nimium perniciosis reipublicae, quae auctoribus Mario et Sylla, Cinna atque Sertorio diuturna dissensione uersata sunt, ac proscriptionibus senatorum. [19 § 3]

XXXI. Quod eiusdem belli ciuilis auctoribus Mario utique et Sylla defunctis Lepidus et Catulus singularum partium sectatores quicquid retro actae caedis residuum uidebatur in ciues suos fratresque gesserint. [22 § 16]

XXXII. De bellis et cladibus, quae in Hispania senatore Romano Sertorio rebellante reipublicae, qui ex Vrbe Syllae fugerat

1 consule subsequente 3 deliti || reipublice 5 publii 6 ciuile 8 distinatis 10 quae] q: 12 samnicium 15 infilicitate || hisdem || othimus 16 cupiis || greciam || uniuersus 17 finis || deuastauit 18 medridaticum 21 serturio 24 silla 25 parcium 27 fratrisque gesserunt 28 *sq. fort. scribendum* De cladibus reipublicae et bellis, quae — rebellante, qui ex *et q. s.* 28 q: 29 serturio

dominatum, per Romanos duces ac milites diu cruentissime gesta sunt, uictoriaque Pompei, qui ad ultimum interfecto Sertorio cunctam Hispaniam in deditionem amicitiamque suscepit. [23 § 1]

XXXIII. Qualia in Macedonia siue Dardania Claudio et Scribonio ducibus a Romanis fuerint acta certamina uel quae Publius Seruilius in Cilicia atque Pamphylia aduersum hostes reipublicae, in Illyrico uero Cosconius proconsule feliciter egerint. [23 § 17]

XXXIIII. De rebellione gladiatorum a Capua fugientum, qui ducibus Crixo seu Spartaco fugitiuorum adnitente solacio Romano exercitui conflixerunt, et quod ad extremum labore magno a consulibus sint repressi, laboriosius tamen a Crasso atque felicius Spartacus suorum manu fusa quam maxime fuerit superatus. [24 § 1]

XXXV. De miseriis et cladibus Romanorum, quas usque ad id temporis indefesse per bella capitalia et strage succidua aut ciuili malo id est sua sponte pepererunt aut inlata forinsecus cruentissime pertulerunt. [24 § 9]

CAPITVLA LIBRI VI.

I. De prouidentia et dispensatione diuina, qua ideo Romano imperio cunctus Orbis factus est subditus, ut facilius sub imperatoris unius principatu per incarnationem Christi et praedicationem eius siue apostolorum ipsius in unam fidem uniuersitas populorum destructu idolorum cultu percepta Dei ueri agnitione confluеret. [1 § 5 itaque]

2 uicturiaque || interfectu 3 serturio (r *pr. statim ex* s) || amicitiamquae 4 suscipit 6 q: plūblius (l *sic statim deleta*) 7 ciliaci || pamphilia 8 ylliri || proconsole filiciter 9 regerint 10 fugientem 11 sparthago 12 a *addidi* 13 consolibus || represi laborisius 14 filicius parthacus || maximę 17 indefessec *sic* ec *i. e. aut* a (ıc) *statim in* e *aut* e *in* a *corr.* 18 siue (*pro* suıc)

20 INCIPIVNT · CAPITVLA · LIBRI · SEXTI · (*litt. rubris*) 22 cunctus (u *alt. statim ex* i) 24 una fide 25 distructu 26 confluerit

II. De Mithridatis regis Ponti et Armeniae diuturnis cum egregiis ducibus Romanorum, specialiter Lucullo atque Pompeio, per Asiam maximisque conflictibus, quantaque tandem ui fuerit superatus. [1 § 28]

III. Quod inter ista satelles Marianarum partium Fimbria Ilium subuerterit sed Sylla restituerit et quod eodem tempore Siciliam Verres praetor adflixerit, piraticam uero insolentiam uehementer Gnaeus Pompeius terra marique tunc presserit, insulam quoque Cretam longo bello edomitam reipublicae Metellus adiunxerit. [2 § 9 interea]

IIII. De eiusdem Pompei cum diuersis ac ualidis gentibus congressu plurimisque famosissimisque uictoriis et Mithridatis *in Bosporo* dum a filio Pharnace obsideretur interitu. [4 § 3]

V. Qualia idem Pompeius in Syria ac Phoenice siue Arabia deinceps bella confecerit uel quales urbe capta euersaque Hierusolyma de Iudaeis strages egerit et de coniuratione contra patriam Catilinae a Cicerone consule feliciter extincta. [6 § 1]

VI. De magnitudine proeliorum Iulii Caesaris seu triumphis, quos deuictis fortissimis populis regibusque Gallorum, Brittannis quoque atque Germanis pari prosperitate superatis hostium domitor singularis emeruit. [7 § 1]

VII. De Parthorum prospero nimium in Crassum consulem Romanosque successu et e diuerso continuo Cassii de Parthis secuta uictoria. [12 § 2]

VIII. De bello ciuili grauissimo, quod auctoribus Caesare Iulio atque Pompeio cum maxima nobilitatis et populi strage actum est et finitum. [14 § 5]

1 metridatis || arminiae 5 parcium 6 subuertit || restituit 7 uerres] uerbis || insulentiam 8 geneus 9 insula || edomita 11 plurimisque congressu 12 *inter* uicturiis *et* 13 dum *circ. 20 litt. erasae, ubi* et mithridatis in bosporo *fuisse coniecі; horum* et mithridatis *uestigia agnoscuntur* 13 obsideritur 14 fonice sibi 15 qualis 16 hyerusolima || iudeis || de *addidi* 17 catillinae || console filiciter 19 magnitudinem 22 domitur 23 consolem romanusque 25 uicturia 27 nubilitatis

VIIII. Qualia idem Caesar illico Alexandriae interfecto urbis ipsius Ptolemaeo rege bella peregerit et quod regnum Aegypti Cleopatrae reginae tradiderit, quaeque in Ponto ac Syria aduersum hostes Romani nominis gesserit. [15 § 29]

X. Quod Romam post haec uictor ingressus dictator creatus et consul in Africam atque inde in Hispaniam contra Pompeios duos Pompei Magni filios sit profectus et quod in utraque prouincia plurimas senatorum strages Pompeianarum partium amatorum cum multa militum utriusque partis clade confecerit. [16 § 3 postea]

XI. De eiusdem Iulii Caesaris obitu, et quod eo defuncto multa et grauia exarserint bella ciuilia. [17 § 1]

XII. De exordio magni et felicis imperii Octauiani Caesaris, ex quo imperatores omnes Augusti appellari coeperunt, bellisque ciuilibus, quae sub eo ac per eum cum multorum excidio gesta sunt senatorum, deque Bruti et Cassii exitu, et quod eiusdem Augusti temporibus natus sit dominus Iesus Christus. [18 § 1]

XIII. De rebellione Sexti Pompei contra rempublicam, et quod aduersum eum a Caesare gestum sit cruentissimum nauale certamen, deque uictoria, quam de Persis et Parthis magnam in Syria per Ventidium ducem Romanus sumsit exercitus, Lepidique certamine, qui cum Augusto dimicauit, et quod uictus a Caesare supplicando et ueniam fuerit consecutus et uitam. [18 § 19]

XIIII. De rebellione seruorum, quae Caesaris auctoritate conpressa est, et quod his diebus Romae e terra oleum fluxerit. [18 § 32 Taurus]

XV. Quod in partibus Orientis ab exercitu reipublicae duce Antonio infelicia acta sint proelia, a quo deinceps in Graecia

1 interfectu 2 thodomeo 3 tradedirit || pontu 4 hostis 5 romana 6 afrecam adque || pompeius 7 filio 8 parcium 12 exarserunt 13 filicis 14 agusti apellare ceperunt 16 cassu 17 agusti 20 sit *statim ex* est *corr.* 21 uicturia 22 romanos 23 laepideque || agusto 26 caesari⟨s auctoritate⟩ *inclusa in ras. m. 1* 30 infilicia || grecia

Pompeius qui supra fugiens bello uictus et captus occisus sit, plurimisque uictoriis Caesaris, quas in Illyrico Pannoniaque sortitus est. [19 § 1]

XVI. Quod Artabanem, regem Armeniae uictum Antonius cum suis opibus ceperit itemque elatus Antonius Caesari terra marique conflixerit, qualiterque ad ultimum cum affectibus suis uitam morte finierit. [19 § 8 Antonius]

XVII. De pompis eiusdem Caesaris Augusti uictoris ab Oriente redeuntis, cum quibus Vrbem tripliciter ingressus est, et quod hic primus triumphi sui fuerit qui postea Epiphaniae Christi factus est dies, in quo Augusti honores et nomen acceperit, quodque ad hunc primum imperii totius pertinuerit monarchia. [20 § 1]

XVIII. De circulo, qui in modum arcus caeli diebus illis orbem solis ambiuit, et quod ab eodem Augusto in Sicilia repressis seruilibus bellis multa milia seruulorum propriis dominis restituta fuerint, atque iterum de olei fonte largissimo per totum diem Romae de taberna meritoria exorto, et quod hoc signum dominicae incarnationis extiterit sine dubietate mysterium. [20 § 5]

XVIIII. De eiusdem uictoriis Augusti, quas in Cantabros atque Astures aliasque fortissimas gentes Hispaniae laudabiliter consummauit. [21 § 1]

XX. De commotione gentium diuersarum tam in Dalmatia quam in Pannonia Thracia Africa Germania Galliaque reliquisque prouinciis a pace reipublicae discedentium, qualiter eas idem Augustus per diuersos ac plurimos duces mira felicitate subegerit, et per ipsum Caesarem inter ista Cantabrico bello, quod ipse susceperat, quinquennio terminato. [21 § 12]

2 uicturiis || illirico 4 arminiae || antinius 6 qualeq: 7 mortem 8 agusti 9 urbe trepliciter 10 epyfaniae 11 qua agusti || et *addidi* 12 tutius 14 modo || caelestis *Orosius* 15 quod *addidi* || ab eo die agusto 16 seruolorum 17 fuerint *addidi* || de *addidi* 18 meretoria 19 extiterit (i *prior statim ex* e) 21 uicturiis agusti 22 gentis 24 dalmacia 25 tharacia 26 discedendum quali 27 agustus || diuersus || plurimus || filicitate 28 et *addidi*

XXI. De Varo Quintilio reipublicae cum tribus legionibus a Germanis extincto, Bosporanis uero ab Agrippa ad deditionem coactis et foedere Parthorum, quod ab Augusto Caesare, signis quae Crasso ablata fuerant restitutis, fusis precibus datisque obsidibus meruerunt. [21 § 26]

XXII. De pace, quam eiusdem Augusti felicitate cunctus continuo Orbis obtinuit, et quod dominum se edentem ludos omnino uocari prohibuerit. [22 § 1]

XXIII. De natiuitate domini nostri Iesu Christi eodemque anno censu in cunctas prouincias iussu Caesaris agitato. [22 § 5]

CAPITVLA LIBRI VII.

I. De eo quod pagani impii loquendo blasphemant quaerentes quid causae fuerit, ut prope in extrema parte saeculorum a uero Deo Romanum conderetur imperium, cum illud uane credant a diis suis potius surrexisse. [1 § 1]

II. Quod Romanae urbis seu potestatis exordium Babylonia cadente surrexerit et quod principalia regna similiter id est Macedoniae atque Africae aequa propemodum temporum subputatione regnauerint quodque anno septingentesimo conditionis suae incertum unde surgentia reliquis grauiora Vrbem incendia conflagrauerint. [2 § 1]

III. Quod sanctus Abraham Nini regis Babyloniae quadragensimo tertio regni anno natus fuerit, ex cuius semine dominus noster Iesus Christus toto anno imperii Augusti Caesaris ex uirgine nasci dignatus sit. [2 § 13]

IIII. Quoto anno ab Vrbe condita domini et saluatoris nostri uniuerso Orbi carnalis aduentus inluxerit et de nece in Bethlem acta iussu Herodis infantum. [3 § 1]

1 uario 2 bosforanis || deditione 4 q: grasso || praecibus 6 agusti filicitate 7 urbis

11 INCIPIUNT · CAP · LIBR : SEP$^{TI}_{mi}$ *(litteris rubris)* 12 pagani (ni *statim ex* m) 13 prope in] propem 14 romano 15 putius 16 babyllonia 17 surrexerit *in ras. m. 1* 18 atq: *in ras. m. 1* || propemodo 19 septingentissimo 20 incentum 22 *in Orosio ipso huius cap. initium nec numero nec littera maiore indicatum est* || babylloniae 23 fuerit *statim ex* fuit || simine 24 toto] *i. e.* quoto Abraham *et q. s.* || agusti 26 uniuersu 27 orbe

V. De fame, quae Augusto Caesare senescente grauissima Romae orta est, et quod usque ad transitum ipsius Augusti pax per totum paene mundum diffusa regnauerit, extremo tamen tempore ipsius quibusdam in locis proelia sonuisse, et quod id futurum dominus noster discipulis suis praecedentium proeliorum opinione praedixerit. [3 § 6]

VI. De principio regni Tiberii Caesaris et ad ultimum crudelitate, sub quo Romae dominica resurrectio nuntiata senatus indignatione respuitur, quodque tunc in amphitheatro apud urbem Fidenatium magna pars populi caueae ipsius ruina perierit. [4 § 1]

VII. De passione et resurrectione dominica, quoto anno eiusdem Tiberii Caesaris fuerit adimpleta, ac plagis, quae Iudaeam illico fuerint subsecutae, nec non grauissimo Asiae terrae motu, quo causa dominicae passionis ciuitates multae sint dirutae. [4 § 13]

VIII. De crudelitate et stupris infamibus Gai Caligulae Caesaris, quantaque domi suae uenena latentia a successore ipsius sint detecta, et iis, quae Iudaei seditione grauissima apud Alexandriam pertulerunt, euersoque Hierusolymis sacrario templi et Pilati praesidis obitu. [5 § 1]

VIIII. De successore eius Tiberio Claudio, in cuius exordio Romam beatissimus Petrus apostolus suo inlustrauit aduentu, quaeque temporibus eius Romae in abolendo imperii principatu uel tractata a senatu clam fuerint uel repressa per principem, belloque ciuili, quod aduersum eum Camillus et Scribonianus euentu contrario mouere conati sunt, quaeque idem Augustus in Brittania feliciter gesserit, et quod Orcadas insulas Romano imperio uictor adiecerit, uel quibus propter inopiam populi in Vrbe seditionibus fuerit agitatus. [6 § 1]

1 agustu || seniscente 2 agusti 3 paene] pae 7 crudilitate 8 nunciata 10 fidenacium 13 adimplita || iudea 14 inilito || terre 15 moto || ciuitatis 16 derutae 17 *numerus in Oros. ipso omissus est* || crudilitate || caligolae 18 uenina 19 his || iudei || alexandria 20 hierusolimis 22 roma 23 aduentum 26 ciuile || uersum || camellus et *sic* 27 conato 28 agustus || filiciter || orchadas 29 insula 30 inopia

X. Quemadmodum Nero successor infandis sceleribus uniuersisque flagitiis plenus beatissimos apostolos Petrum ac Paulum primus Christiani nominis inimicus occiderit, quaeque temporibus ipsius contraria reipublicae in diuersis prouinciis acciderint, de eiusdemque digno suis meritis exitu. [7 § 1]

XI. Quod successores eius infeliciter breuiterque parum amplius quam anni unius spatio tres tyranni id est Galba Otho Vitellius regnauerint et quae in extremo uitae Vitellius de quibusdam senatoribus ciuibusque crudeliter in Capitolio gesserit. [8 § 1]

XII. Quod Vespasiano imperatore legitimo succedente Hierusolyma fuerit obsessa per Titum eius filium atque euersa quodque sub eiusdem imperio magnae sint multaeque prouinciae adiunctae reipublicae. [9 § 1]

XIII. De eiusdem Titi successoris ac filii dominatu tranquille quidem acto sed breuiter terminato nec non Vrbis et Biuii montis damnoso circumiectis locis incendio. [9 § 13]

XIIII. Quemadmodum Domitianus frater successorque Titi crudeliter impieque rempublicam rexerit et quod primus Neronis imitator ecclesias Christi grauissime fuerit persecutus, sub quo etiam beatissimus Iohannes apostolus in Pamphum insulam diu manserit relegatus, et de iis, quae in senatum Vrbis exercuit, simulque aduersum Dacos atque Germanos duce Fusco quae proelia infeliciter crudeliterque magno militum gesserit detrimento, de uilissimoque eius interitu. [10 § 1]

XV. Quod Nerua successor ipsius breui tempore fuerit dominatus. [11 § 1]

1 quemadmodo 2 flagiciis || beatissimus apostolus || primis 3 inimicos || quineq: 4 acciderunt 5 de *addidi* 6 infiliciter 7 tris || galua 8 q: || uetellius 9 crudiliter || capitulio 11 succidente hierusolima 12 ac 15 titi (i *fin. in ras. m. 1, ex* u *fort.*) successores 16 biuii *sic* 18 quemadmodo domicianus || crudiliter 20 imitatur 21 iohannis || pamphum *sic* || insula 22 religatus || de *addidi* || hisq: || senatu 23 dach || germanus 24 q: || infiliciter crudiliterque magnum 25 de *addidi*

XVI. De Traiani imperatoris bellis uictoriisque felicibus, absque eo quod Christianam fidem regni sui ultimo tempore persecutus est, terrae motibus per loca grauissimis urbibusque subuersis, quaeque aduersum Iudaeos suis fuerint acta temporibus. [12 § 1]

XVII. Quod successor huius Hadrianus Sauromatum gentem feliciter superauerit, Iudaeos quoque Palaestinam prouinciam debellantes obpresserit, Christianos uero absque obiectione criminis iusserit penitus non punire et quod Hierusolymae uocabulum nominis hoc est Aeliam de suo praenomine iusserit inponi. [13 § 1]

XVIII. Quemadmodum Antoninus Pius optimus princeps et benigne rem publicam gubernauerit et cum Christianis ciuiliter egerit quodque huius temporibus Valentinus et Cerdo haeresiarchae Romam prauis dogmatibus foedauerint. [14 § 1]

XVIIII. Quod huic Antoninus Verus et Aurelius Commodus succedentes uictoriam de Persis laudabili felicitate sumserint et quod idem Augustus Antoninus plura cum plurimis gentibus bella confecerit, cuius ex parte temporibus pro persecutione nominis Christiani Italiam totam pestilentia magna uastauerit quodque deinceps, dum aduersum Quades laborioso bello confligeret, ad inuocationem nominis Christi exercitui suo, siti grauissima laboranti in castris, pluuiae ubertas aduenerit. [15 § 1]

XX. De Commodo cuius supra Aureli filio successore qui, aduersum Germanos bellum quidem prospere gesserit, deinceps tamen animi prauitate nefaria multa conmiserit nec non praecipuos extinxerit senatorum. cuius temporibus fulmine

1 filicibus 2 christiana 3 terre 6 adrianus || sauromatum *sic* || filiciter 7 superauit || palestinam 8 obpressit christianus 9 iussit paenitus || ponire || hierusolimae 10 helian || pronomine iussit 12 quemadmodum (um *statim in* o) antininus || benignae 13 rempublica 14 haeresiarche 15 foedauerunt 16 antuninus 17 uicturiam || laudabile filicitate sumserunt 18 agustus antuninus 22 confligerit || inuocatione 23 sit 25 comodo || aurili 26 germanus

ictum fuerit Capitolium bybliothecamque maiorum ignis inde egressus accenderit casu, alia quoque per loca Vrbem incendia conflagrauerint. [16 § 1]

XXI. De Heluio Pertinace et interfectore ac successore eius iuris peritissimo Iuliano, et quod uterque uix anni unius spatio tenuerit dominatum. [16 § 5]

XXII. Quemadmodum Seuerus Pertinax, occiso a se de quo supra dictum est Iuliano, imperium sumserit multaque diuersis in locis contra Parthos quoque et Arabas proelia gesserit, sed et Christiani nominis fuerit persecutor bellaque ciuilia cum multa Romani sanguinis effusione confecerit partemque Brittaniae non paruo amisso numero militum occupauerit, quam etiam a uicinis indomitis gentibus crediderit distinguendam. [17 § 1]

XXIII. Quod huic filius Bassianus Antoninus cognomine successerit in regnum, qui etiam et Caracalla uocitatus dum contra Parthos bellum infeliciter moliretur, ab hostibus circumuentus occisus sit, et quod huic Macrinus successor extiterit. [18 § 1]

XXIIII. Quod eiusdem Macrini successor Marcus Aurelius Antoninus paruo tempore flagitiose dominatus cum matre Romae tumultu militum sit peremptus. [18 § 4]

XXV. Quemadmodum Aurelius Alexander, qui huic successerit in regno, laudabiliter gubernata republica, matre etiam Christiana Origene docente presbytero gloriosam de Persis tulerit confecto hoste uictoriam. [18 § 6]

XXVI. Quod Maximinus post hunc princeps absque senatus electione ab exercitu sit creatus, qui legis catholicae persecutor a Pupieno Aquileiae fuerit interfectus. [19 § 1]

1 capitulium bybliothicamque 3 conflagrauerunt 5 spacio 6 tenuerit (t *statim in* nt *mut.*) 7 quemadmodo || occisu 8 imperio 9 gesserit (e *in ras. m. 1*) 10 persecutur 11 exfusione conficerit 12 nomero 13 crededirit distinguentem 15 Antuninus || successit 16 caro calla 17 infiliciter 19 antuninus 20 flagiciose || tumultum 22 quemadmodo || alexarder || successit 23 reipublica 24 origine 25 confectu || uicturiam 27 persequutur appopieno

XXVII. De successore eius adhuc puero Gordiano, qui multis aduersum Parthos proeliis feliciter gestis suorum super Euphraten fraude perierit. [19 § 3]

XXVIII. Quod Philippus Gordiani successor primus imperatorum fuerit Christianus, cuius regni anno tertio millesimus a condita Vrbe conpletus sit, quodque idem cum filio Philippo tumultu militum fraude Decii sit peremptus. [20 § 1]

XXVIIII. De eodem Decio interfectore et successore eius, qui pauco tempore potitus imperio et in Christianos multa crudeliter gesserit et cum filio Caesare a barbaris interfectus fuerit. [21 § 1]

XXX. Quod Gallus Hostilianus post hunc adeptus imperium breuissimo spatio dominatus cum filio Aemiliani fraude perierit quodque grauissima pestilentia Decii persecutoris tempore suscitata omnes tunc paene prouincias Romanae reipublicae depopulata uacuauerit. [21 § 4]

XXXI. De Valeriani et Gallieni turbidissimis miserrimisque temporibus, qui imperatores uno quidem facti in tempore, sed tyrannis per loca grassantibus, plurimis etiam gentibus contra Romanum nomen in arma surgentibus infeliciter republica administrata perierint. quorum unus Christiani nominis persecutor a Persis uictus et captus turpi illic, donec uixit, seruitute depressus Romani nominis foedauit imperium, alter regno deserto dum apud Mediolanium libidinibus operam impendit, occisus est. [22 § 1]

XXXII. De Claudio successore horum, qualiter Gothos annis paene multis Illyricum Macedoniamque uastantes prospero conflictu prostrauerit. cui paruo tempore dominanti Quintillus frater in regno succedens mox ut ordinatus occisus est. [23 § 1]

1 gurdiano 2 filiciter || eufraten 4 gurdiani successur 5 tercio milesimus 6 conplitus 7 tumultum 8 *in Orosii opere ipso* XXVIII *temere* || successore (o *statim ex* u *corr.*) 9 christianus || crudiliter 10 et *statim s. s.* || interfectus fuerit] interierit 13 spacio || emeliani 14 pestilencia 16 depupulata 17 turpidissimis 18 imperatoris || factis 19 crassantibus || gentibus — 20 romano (*sic*) *in ras. statim m. 1* 20 nomen — infiliciter *statim in marg. addita* 21 repuplica 22 persequutur 24 mediolanum (n *in* n' *statim corr.; cf. cap. 49*) 28 dominante 29 succidens

XXXIII. Quemadmodum Aurelianus post hos adeptus imperium de Gothis magnam uictoriam sumpserit ac reipublicae terminos statui pristino per loca reddiderit, Vrbem quoque muris firmioribus cinxerit et persecutionem extremo tempore regni sui meditatus fuerit interfectus. [23 § 3]

XXXIIII. De successorum eius Taciti et Floriani breuissimo regnandi spatio et fine. [24 § 1]

XXXV. Quod Probus horum successor imperii sui tempore Gallias de manu hostium eripuerit bellaque ciuilia apud Agrippinam unum, aliud in Oriente confecerit, quibus sopitis tumultu militum Sirmi fuerit interemptus. [24 § 2]

XXXVI. Quod huius successor nomine Carus genere Narbonensis apud Parthos in castris fulmine ictus obierit. [24 § 4]

XXXVII. Quod Diocletiani et Maximiani temporibus euentus uarios habuerit proeliorum Romana respublica, quique inmanissimi persecutores Christiani nominis extiterunt, nam sponte imperii pariter dignitate deposita Galerio et Constantio Augustis regni summam in duas partes eo primum diuisam tempore reliquerunt. [25 § 1]

XXXVIII. Quod praefatorum temporibus Augustorum decima post Neronem Ecclesia passione uexata sit et quod his decem calamitatibus paganorum decem plagarum Aegypti merito numerus conparetur, quoniam ecclesiasticae adflictionis in illis tunc figura praecesserit. [26 § 1]

XXXVIIII. De felicitate ac fide temporum principis Constantini et pace ecclesiis per ipsum catholicis restituta, et qui sub regno eius aemuli principatus dissimili quidem sed celeri fine

1 *in Orosio ipso* XXXII *temere* 2 magna uicturia || terminus 3 reddederit 4 rigni 7 spacio || finem 10 unam alium || supitis || tumultum 11 Syrmi 14 dioclitiani 15 habuit 16 persequutores (· *fortuitum ?*) 17 agustis 18 diuisa 20 agustorum 21 nerone || decim 22 calamitatibus (ami *statim ex* is *corr.*) || decim 23 numerus (u *prior statim ex* o *corr.*) 24 figuram 25 filicitate 26 ecclesias 27 dissimile || celere

decepti sint, de eiusdemque Augusti uel uictoria, quam sumpsit ex Gothis, uel obitu. [28 § 5]

XL. Quod huius filii Constantius et Constans imperii successores extiterint, quorum uno id est Constantio fauore Arrium prosequente haeresis Arrianae damnabile saeculo dogma diffusum sit, et quod idem Constantius motus multorum cohibuerit tyrannorum, cum Parthis quoque proeliatus dum aduersum Iulianum acturus bellum ciuile remearet, in itinere morbo praeuentus obierit quodque frater ipsius Constans Magnenti tyranni fraude deceptus in oppido uicino Hispaniae, cui nomen est Helena, fuerit interemtus. [29 § 1]

XLI. Quod idem Iulianus regnum adeptus studio reparandi cultus idolorum fidem catholicam dum persequi moliretur, contra Parthos eduxerit exercitum, ubi etiam hoste obuio ab uno equite incautus occisus sit. [30 § 1]

XLII. Quod huic in castris ilico successerit Iouianus, qui ad Illyricum rediens pauco dominatus tempore casuali morte decesserit. [31 § 1]

XLIII. De Valentiniano successore ac persecutore nominis Christiani facto regni participe, quod idem Valentinianus aduersum Saxones feliciter dimicauerit et Burgundionibus a Druso et Tiberio ripa Rheni fluminis pro custodia limitis constitutis, nec non Valentiniani praecepto, quod Theodosius imperatoris Theodosii genitor per inuidiam fuerit interfectus. [32 § 1]

XLIIII. Quod Gratianus Valentiniani successor ac filius adhuc patruo suo Valente regnante Alamannorum gentem apud Argentariam oppidum mira felicitate superauerit quodque idem Valens patruus Gratiani plurimis Dei seruis ac sacerdotibus in exilium destinatis et sponte Gothis in sua regna

1 deceptissint; *cf. Orosius 7, 29 § 1* || de *addidi* || agusti || uicturia 3 successoris 4 extiterint (i *alt. radendo ex* u) || constante fautore arrio 8 itere 10 fraude| dedeceptus 14 eduxit 15 occessus 21 saxonis filiciter dimigauerit 22 militis 24 theudosii || genitur 26 ualentini 27 paruo 28 filicitate 29 patruos 30 distinatis || ghotis

susceptis ab eis postea cum magna reipublicae clade iudicio Dei superâtus incensus sit, quibus idem dudum Arrianae sectae primum miserat sacerdotes. [33 § 8]

XLV. Quod idem Gratianus Valente mortuo Theodosium consortem sibi adsciuerit imperii: qui protenus aduersum Scythicas gentes proeliorum opinione terribiles emersit intrepidus afflictumque reipublicae statum uelociter reparauit, insuper easdem imperio suo foederatas effecit. [34 § 1]

XLVI. Qualiter Gratianus princeps per tyrannum Maximum sit deceptus. [34 § 9]

XLVII. Quemadmodum Theodosius Augustus Valentinianum utique iuniorem, Gratiani fratrem, Maximo pulsum Italia restituere uolens Occidentis imperio, Aquileiae hostem ipsum nomine et inmanitate bis maximum obsessum captumque peremerit, Andragatio quoque comite Maximi pariter interfecto. [35 § 1]

XLVIII. Quod idem Valentinianus apud Viennam per Arbogastem palatii sui comitem fuerit interfectus. [35 § 10]

XLVIIII. De Eugenii per Arbogastem tyrannide contra imperatorem sumta Theodosium, qua felicitate idem Augustus utramque personam uirtute Christi adiutus oppresserit, eiusdemque principis apud Mediolanium obitu. [35 § 11]

L. De filiis eiusdem Theodosii Arcadio et Honorio Augustis, quibus adhuc pueris inchoantibus imperare Gildo comes Africae rebellare meditatus a fratre Mascezele pro parte Romani nominis fuerit superatus, eiusdemque Mascezelis interitu. [36 § 1]

4 theodosio 5 adsciuit 6 terrebiles 7 uiluciter 9 tyrrannum 11 *in Orosio ipso* XLVI *temere* || quemadmodo || agustus 12 iuniorem (em *statim ex* um) || frater 15 comitem || interfectu 16 XLVIII *radendo corr. ex* XLVIIII || aruogastem 18 XLVIIII *sic* XL·IIII (*fuisse uid.* L·) || aruogastem 19 filicitatem || agustus 20 uirtutem || adiutos oppreserit || eiusdempq: (*statim corr.*) 21 mediolanio 22 eiusdem *statim in ras.* || archadio || agusti (*sic*) 24 marcezele

LI. De eruptione gentium diuersarum aduersum imperii utriusque rempublicam ab Stilicone et Rufino palatii rectoribus perfidis excitata et quemadmodum Radagaisus rex Gothorum absque clade aliqua Romanorum, magis fame et siti quam gladio, cum ingenti sui gentis excidio sit peremptus et quod Stilico comes Honorii rempublicam sceleris sui detecta perfidia ab eodem Augusto cum Eucherio filio sit punitus. [37 § 1]

LII. Quod urbem Romam rex Gothorum Alaricus inruperit quodque illic a duce ipso uel misericorditer sint plura gesta uel fortiter, de ictuque fulminis in Vrbe moenium publicarum. [38 § 7]

LIII. Quod ab eiusdem Alarici regis propinquo Athaulfo Placidia in Vrbe tunc capta atque in uxorem adsumta sit et quae quantaeque per Galliam Stilicionis perfidia suscitatae gentes eruperint Francosque protriuerint et quod diebus ipsis Constantinus tyrannus humili loco natus adiunctis filio solaciis barbarorum adgressus Hispanias magnas ciuium prouinciae ipsius strages ediderit. [40 § 1]

LIIII. Quod Honorius Augustus et easdem gentes, quas supra diximus, et multos in Africa siue Gallia tyrannorum ac per loca reliqua saeuientum adiutorio Christi per Constantium comitem magna felicitate represserit. [42 § 1]

LV. De eiusdem strenuitate Constantii, qui de Galliis in Hispanias Gothos transire coegit, et Athaulfi regis Gothorum, successoris Alarici, qui Placidiam de Vrbe sibi sumsit uxorem, uel deuotione erga rempublicam uel apud Barchinonam fine. [43 § 1]

2 rempublica 3 quemammodo 5 ingente 7 agusto || eucerio 11 de *addidi* || publicarum *sic* 13 placedia 15 quantae || suscitate 16 francusque 17 tyrrannus 19 stragesi diderit 20 L || agustus 21 dixemus || multus || tyrrannorum 23 filicitate 24 LI *h. l.*, L·N: *in ipso Orosii opere* 27 deuutione

LVI. Quod Segericus a Gothis rex creatus mox Vallia succedente decesserit, qui protinus cum Honorio imperatore pacto foedere Placidiam sororem ipsius honorifice honesteque reddiderit, et quod Alanorum seu reliquarum gentium reges in Gallia consistentum foederatos se Romanae reipublicae tradiderint. [43 § 9]

1 LII || sygericus || succidente 2 pactu 3 placediam 4 gencium regis 5 foederatus || tradiderunt

HAEC SVNT IN HOC CODICAE PAULL (*sic*) OROSII HISTORIAR · LIBRI ·VII· (*litteris nigris*); *infra haec* (*media pagina*) *rubro colore* Ii *i. e. uerbi* INCIPIT *initium scr.*, *sed paginae pars dimidia uacua relicta est sequentisque principio rubro colore scripta sunt haec:* INCIPIT : OROSII : LIBRI (*sic*) PRIMVS :

PAVLI OROSII

PRESBYTERI

LIBER APOLOGETICVS.

Σ = codex Parisinus Lat. n. 17349 saec. VIIII—X.
Υ = „ Parisinus Lat. n. 1863 saec. X.
Φ = „ Vaticanus Reginae n. 286 saec. X—XI.
X = „ bibl. oppidi Troyes n. 1145 saec. XIII ut uid.
Ψ = „ bibl. oppidi St.-Omer saec. XIIII.
c = editio princeps Ioannis Costeri, Louanii 1558.
f = „ Fabricii, Colon. 1574 (f^2 ed. Colon. 1582).
s = „ A. Schotti, Mogunt. 1615.
h = „ Haverkampi, Lugd. Bat. 1738 = 1767.
g = „ Gallandii, Biblioth. PP. tom. VIIII (Venet. 1788) p. 157 sqq.
b = „ horum 1 § 3 *mihi necessitas* — 8 § 1 *testes quaerere* in Augustini opp. ed. Bened. X app. p. 79—82 (Paris. 1690).
v = editorum consensus.

Integram dedi lectionum diuersitatem ex ΣΥΦXΨ, nisi quod ex ΥXΨ *e* et *ae*, *ci* et *ti* inter se permutatas non adnotaui.

a r (uelut Σ^{ar}) ante rasuram, *p r* (uelut Σ^{pr}) post rasuram significant.

PAVLI OROSII p. 588 Hav.

PRESBYTERI

LIBER APOLOGETICVS.

Possibilitatis non est neque praesumptionis meae, beatissimi 1
sacerdotes, sed artissimae ac paene extremae, ut ipsi agnoscitis,
necessitatis, ut ego nunc uidear. quod quidem ut facerem,
iniuria coactus sum, non solum defensor fidei meae sed etiam
perfidiae manifestator alienae. sicut enim purgationi propriae 2
studere debeo propter conscientiam — conscientiam autem dico
non meam sed alterius —, ita et deprehensos in grege ouium
lupos ostentare ad digitum cogor propter fidem et zelum —
zelum autem non meum dico sed Christi. sed neque ego, cum 3
sim minimus omnium, aliquid temeritate praesumo: mihi

OROSII PRBI LIB APOLLOGETIC INCIP (*rubris litteris*) | Σ OROSII PRBI LIBER APOLOGETICVS INCIPIT *T* Orosii presbiteri liber apologeticus incipit *Φ* Orosii prbı lıb apologetic9 incip· *X* Incipit liber apologeticus orosii prbri *Ψ* Pauli Orosii uiri doctissimi (P. O. presbyteri *s*) liber apologeticus contra Pelagium de arbitrii libertate *v*

1 P *uerbi* possibilitatis *grandis et rubra in Σ grandis et coloribus picta in Ψ* || |POSSIBILITATIS — NEQVE| *uncialibus in Σ* || Non praesumptionis meae est beatissimi (*et in mg. m. 1:* Initium huius operis in quodam codice sic inuenimus; possibilitatis est neque presumptionis meae) *codex Ashburnhamianus Librianus n. 86 s.* XII || non] *Σ om. TΦXΨ* || praesumtionis *TΦ* presumtionis *X* 2 poene *TΦ* 3 uidear *cum rasura supra* a *Σ* 4 iniuria* (*eras.* m) *Φ* || Non *cum ras. supra* N *Σ* 5 purgati*oni (*eras. ut uid.* r) *Σ* 6 conscientiam *alterum om. h* 7 et] ut *Ψ* || dephensos *Σ* deprehensus (u *in* o *corr. m. 1 Φ*) *ΦX* 8 ostenta|re (ostenta *in ras. m. 1*) *X* 10 Michi *XΨ*

necessitas est iniuriam manifestare, quam passus sum. cunctis pateat qui fecerunt. Dei enim et uoluntas et ordinatio est, ut malum, quod per patientiam tolerabatur, necessarie proderetur,
p. 589 et per contentionem furoris eorum ipsis dignam merce'dem quam oportuit erroris sui recipientibus non solum pessimorum denotatio fieret dogmatum sed corripiendarum manifestatio
4 personarum. patres enim et qui iam quieuerunt martyres et confessores, Cyprianus, Hilarius et Ambrosius, et quibus etiam nunc permanere adhuc in carne necessarium est, qui sunt columnae et firmamenta Ecclesiae catholicae, Aurelius Augustinus et Hieronymus, multa iam aduersus hanc nefariam haeresim absque designatione nominum haereticorum scriptis
5 probatissimis ediderunt. quamquam et haec uenenatissimorum dogmatum abominatio habet etiam nunc uiuentes mortuos mortuosque uiuentes. nam Origenes et Priscillianus et Iouinianus, olim apud se mortui, in his uiuunt, et non solum uiuunt
6 uerum etiam loquuntur; nunc uero Pelagius et Caelestius, si in his perseuerauerint uiuentes mortui, ecce aduersus Ecclesiam, quod miserum est, et, quod multo miserius est, in ecclesia palam sibilant impiique serpentes uibrantibus infecta linguis ora lambentes dum sanctam et munitissimam sedem cui subtiliter inrepsere obsident, cunctos fideles, ne ad illud firmissimum quondam in Sion refugium conuolemus, exterrent. fetor siquidem oris eorum longe lateque diffusus omnium, quibus odor uitae in uitam erat, odorem uertit in mortem.

2 Contra hunc serpentem suffocantemque halitum multa utique

1 ut cunctis Σ 3 Necessariae Σ^{a} 4 furor's (*sic m. 1 i. e.* furoris *et in marg. ad hunc u.* 3 necess.—4 eorum *nota adscr.* r *i. e.* require) *X* 7 martires *Ψ* 8 confessores] *Σ et in mg. b* concordes *ΤΦΧΨv* || bylarius *Ψ* || ambrosi**us (an *eras. m. 2*) *X* 11 hieronymus] *T* hieronimus *ΣΦΧ* ieronimus *Ψ* 12 heresim *codices* || hereticorum *codices* 14 ab*ominatio (*eras.* h) *Σ* 16 non solù uiunt *Σ* 17 locuntur *ΤΦΧ* || celestius *ΣΤΦΨ* 20 inpiique *T* 21 suptiliter *Ψ* 22 irrepsere $\Sigma X^{b}\Psi$ || ne* (*eras.* c) *Φ* 23 syon *Ψ* || *haec* fetor—25 in mortem *om. v* (*non b*) || fateor $T\Phi^{t}X^{t}\Psi$ 24 diffusus] diffusum uirus *Ψb* 26 alitum *Ψ*

beatissimi quos supra memorauimus uiri et multifaria suaue-
olentia scripturarum unguenta conficiunt et ad reficienda
aestuantium corda populorum fragrantissimum thymiama cum
oblatione orationis incendunt. sed hoc parum est, incerto 2
propemodum auctore contendere et contraria substituendo
contrariis infectum pestifero halitu aerem temperare, nisi ipsi
in medium protrahantur proteranturque serpentes. qui cum 3
tuendi solius capitis causa reliquum concisioni atque iniuriae
corpus exponunt nihil damni arbitrantes ea tantum sui parte
a periculo libera, quae multimodas uenenatasque in se obtinet
linguas, si etiam membris omnibus amputentur: nobis sufficere
uidetur temperando saltem putori satisfacere, ipsos autem a
penetralibus non mouere? — quasi ullus exhalationis fetidae 4
finis sit nisi auctore finito —. et inter haec illud Salomonis
testimonium non occurrit? unus aedificans, alius de-
struens, quis eorum proficiet nisi labor? stat etiam 5
inmanissimus superbia Goliath carnali potentia tumidus, omnia
se per se posse confidens capite manu, ac per totum insuper
corpus plurimo *aere* uestitus, ha|bens post se armigerum suum, p. 590
qui etsi ipse non dimicat, cuncta tamen aeris ac ferri suffragia

AVCTORES 15 *Ecclesiastic. 34, 28* 17 Goliath — 19 armigerum suum (*quibus significat Pelagium et Caelestium, cf. 24 § 3*) *sec. Reg. 1, 17, 4—7*

1 et] ex *ΤΧΨ* || multipharia *Ψ* multafaria *Σ*¹ || suaueolentia] suauiolentia *Σ*²*Τ* sua uiolentia *Ψ* 3 estuantium *Φ* || fraglantissimum *Σ*¹*ΦΧΨ* flagrantissimum *Τ* || tymiama *ΣΤΦΧΨ* 5 contendere auctore *Σ* 6 alitu *Ψ* 9 exponunt* (*interpunctio ut uid. erasa*) *Φ* || nichil *Ψ* || dampni *Τ* || arbitrantur *Τ*²*b* 10 quae] qui *Ψ* || optinet *ΧΨ* 11 linguas* (*interpunctio ut uid. erasa*) *Φ* || menbris *Χ* || anputentur *Χ* 12 pudori *Σ*² 13 quasi uero ullus (*lin. deletiles add. m. 1*) *Φ* || exalationis *ΣΤΦΧ*¹*Ψ* 15 non] *ΣΤΧΨcf* (on *ex corr. m. 2; fuisse uid.* ch; *an* cn ? *Ψ*) nunc *Φshgb* 16 proficiens *Ψ* 17 immanissimus *ΦΨ* || superbia *om. Ψ* 18 se per se posse] per se posse se *Χ* || capite] *ΣΤΦΧ* caput *Ψv* || manu] *ΣΤΦΧ* manus *Ψv* || ac per totum] *ΤΦΧ* et per totum *Σ* ac totum *Ψ* totum *v* 19 plurimo aere] *scripsi* plurimo *Σ*¹*ΤΦΧ* plurimo aere ferroque *Σ*² (*ex coniect. ut uid.; cf. lin. 20*) plurimo apparatu *Ψv* 20 qui] *Σ*²*ΦΨ* quem *Σ*¹*ΤΧ* || *eris (*sic m. 2 ex* aeris) ac (c *m. 2 in ras.*) *Χ* || ac] et *v*

subministrat. et non mirum est, si competenter hunc locum
prouidens Scriptura pronuntiat, ubi ait, Philistiim stabant
6 super montem ex hac parte. ab Ecclesia siquidem haereseos
impugnator expellitur et nutriri in sinu Ecclesiae haereticus
inuenitur, et propter hoc per Spiritum Sanctum inde
Israel stare pronuntiatur, hinc hostis. et hoc saepe. nam
et rex Dauid usque ad impium filium pius pater ab Hierusalem
deposito regis habitu fugatur: ubi protinus Absalon tyrannus
7 ingreditur. stat ergo Goliath — pro dolor! — ex hac parte,
id est in Ecclesia, et non solum stat, uerum et prouocat,
simulque per dies plurimos sanctum Israel manifesti timoris
exprobrat.

3 Ne, quaeso, beatissimi sacerdotes, quisquam me arbitretur
sub praetextu speciei Goliath Dauid nomine gloriari: uos me
participem certaminis uestri esse uoluistis, ut auxiliator non
2 auctor accederem. latebam siquidem in Bethleem, ignotus
aduena pauper — quid miser ego sic loquor, iterum forsitan
iactantiae notandus? quoniam quidem et ipse Dauid et talis
et inde processit — latebam ergo in Bethleem, traditus a
patre Augustino, ut timorem Domini discerem sedens ad pedes
Hieronymi. inde Hierusalem uobis accersientibus uocatus ad-
ueni; dehinc in conuentum uestrum una uobiscum Iohanne
3 episcopo praecipiente conscendi. ilico a pusillitate mea postu-
lastis uniuersi, ut si quid super hac haeresi, quam Pelagius

AVCTORES 2 *Reg. 1, 17, 3* 5.6 *Reg. 1, 17, 3*

1 sumministrat (sum *s. s. man. poster. T*) *ΤΦΧΨ* || hunc] huc *X* 2 phylistiim $T\Phi^b$ philistim Σ^1 phylistim Φ^a 3 *in marg. ad u.* siquidem — 4 nutrire *nota adscr.* r: *X* || hereseos *ΣΦ* heresęos *X* 4 inpugnator *ΦX* || expelletur *TΦX* || nutrire *TΦX* || hereticus *ΣΦ* *om. Ψ* 6 isrł *ΣΦXΨ* (*sic omnes passim*) || hoc sepe (oc s *in ras. m. 2,* e *prior ex* ę *radendo mut.*) *Σ* || nam et] Nam *Σ* 7 inpium *X* || iherłm *X* ierl'm *Ψ* 8 tirannus *Ψ* 9 ph *Ψ'* 11 israhel *Σ* isrl' *Ψ* 14 pretextu *ΣΦ* || specie *ΦX* 15 non auctor *om.* X^1 18 tales Φ^a 21 hieronimi *ΣTΦ* iheronimi *X* ieronimi *Ψ* || iherl'm *X* ierl'm *Ψ* || nobis Φ^a || accersientibus] *ΣTΦXΨ* 23 conscendi (scen *in ras. m. 1*) *Ψ* consedi *v* || pusillanimitate *Ψ* || postulatis $\Sigma^1 X^1$ 24 heresi *ΣΦ*

et Caelestius seminarunt, in Africa gestum esse cognoscerem,
fideliter ac simpliciter indicarem. exposui coronae uestrae 4
breuiter ut potui, Caelestium iam ad honorem presbyterii
subrepentem apud Carthaginem plurimis episcopis iudicantibus
proditum auditum conuictum confessum detestatumque ab
Ecclesia ex Africa profugisse; contra librum uero Pelagii 5
beatum Augustinum discipulis ipsius Pelagii prodentibus ac
petentibus plenissime respondere, extare etiam in manibus
meis epistulam supra memorati episcopi, quam nuper ad
Siciliam ordinasset, in qua multas quaestiones haereticorum
retudit: quam etiam ibidem ut legerem praecepistis et legi.
ad haec Iohannes episcopus ut Pelagius coram intromitteretur 6
expetiit. cui et propter paternitatis ipsius reuerentiam et
propter actionis uti|litatem, dum praesentem ab episcopo rectius p. 591
crederetis confutandum, intromittendi coniuentia praestita est.

Intromissum Pelagium unanimiter omnes interrogastis, an 4
haec, quibus Augustinus episcopus respondisset, se docuisse
cognosceret. ilico ille respondit: 'et quis est mihi Augustinus?'
cumque uniuersi acclamarent, blasphemantem in episcopum,
ex cuius ore Dominus uniuersae Africae unitatis indulserit
sanitatem, non solum a conuentu illo uerum ab omni ecclesia
pellendum, episcopus Iohannes ilico eum, hominem uidelicet
laicum in consessu presbyterorum, reum haereseos manifestae

AVCTORES 3 iam — 4 subrepentem *ex Augustini ad Hilarium Epist. 157, 3 § 22* 7 Augustinum .. 8 respondere] *libro* De natura et gratia; *cf. infra 4 § 5* 9 *Augustinus Epist. 157 ad Hilarium Syracusanum*

1 celestius *codices* || affrica Σ¹Ψ 3 presbiterii ΣΤΦΧ p̃sbıterií Ψ presbyteri (-bi- *s*) *cfshg* 4 cartaginem ΣΨ kartaginem ΤΦΧ 6 eccła Φ || affrica (ff *ex* f *m. ut uid. 2 X*) Σ¹ΨΧ 8 respondere] ΤΦΧ Ψ*v* respondisse Σ (*scil. ex lin. 17*) 9 epłam Σ epl'am (*sic fere ubique*) Ψ || memoraui *ut uid.* Σ¹ || nup *in ras. m. 1* Ψ 10 questiones Τ || hereticorum ΣΦ 11 retudit] ΤΦΧ retulit ΣΨ*v* 15 coniuentia] Ψ conibentia (ntia *m. 2 in ras. paullo minore X*) ΣΤΦΧ || praestata Σ 16 pelagıṽ (ṽ *m. 2 in ras., uid.* ã *fuisse*) Σ 17 respondıss&| &̣ Φ 19 uniuersa Σ¹ 20 affricę Σ affrice Ψ 21 c̃uentu *in ras. minore m. 1* Ψ 22 iohanñ·| Σ 23 consessu (*prima* s *radendo ex* f *corr.*) Χ || pr̃brorũ Σ presbiterorum ΦΧΨ || hereseos ΣΦ || manifestę ΦΧ manifeste ΣΤΨ*v* (*non b*), *cum seqq. coniunxerunt* Σ¹ΦΧ*v*

2 in medio catholicorum sedere praecepit et deinde ait: 'Augusti-
nus ego sum,' ut scilicet persona quasi praesentis assumpta
liberius ex auctoritate eius qui laedebatur ignosceret et do-
3 lentium animos temperaret. cui mox a nobis dictum est: 'si
Augustini personam sumis, Augustini sequere sententiam'. tunc
idem episcopus nobis omnibus ait: 'haec, quae leguntur, in alios
dicta sunt, *dicta* autem de Pelagio suggerendum putatis; si in
4 ipsum ergo Pelagium quid dicatis, expromite'. ego autem uobis
annuentibus dixi: 'Pelagius mihi dixit docere se, hominem
posse esse sine peccato et mandata Dei facile custodire, si
uelit'. respondit Pelagius audientibus uobis: 'hoc et dixisse me
5 et dicere, negare non possum'. ego ilico prosecutus sum: 'hoc
in Caelestio Africana synodus detestata est; hoc Augustinus
episcopus scriptis suis, sicut audistis, exhorruit; hoc in ipsius
6 nunc Pelagii scriptis sua responsione condemnat; hoc et
beatus Hieronymus, cuius eloquium uniuersus Occidens, sicut
ros in uellus, expectat — multi enim iam haeretici cum
dogmatibus suis ipso oppugnante supplosi sunt — in epistula
sua, quam nuper ad Ctesiphontem edidit, condemnauit, simi-
liter et in libro, quem nunc scribit, collata in modum dialogi

AVCTORES 15 responsione *cf. supra ad p. 607, 7 sq.* 16 eloquium — 17 uellus *sec. Deut. 32, 2 et Iudic. 6, 37; item Orosius Commonitorio extr.* 18 ad Ctesiphontem] *Hieronymi Epist. 133* (*cf. Prologus Dialogi contra Pelag. p. 912 ed. Vallarsi*) 20 *Hieronymi Dialog. contra Pelagianos*

2 quasi *om.* Σ || assumta ΤΦΧ 3 actoritate Χ || ledebatur Φ 5 psonā (~ *eras.*) Ψ || sententiam sequere *v* (*non b*) 6 reguntur (*corr. m. 1*) Φ || in alios· dicta sunt autem de pelagio· ΣΤΦΧΨ; dicta *post* sunt *om. codd. et edd.* || autem] aut *v* 7 suggerenda Σ[2] || putatis] Σ*b* (*cum interrog. signo*) putas ΤΦΧΨ putas? *v* || si *om. b* 8 ego Χ[1] autem *v* 9 docere *in ras. m. 2* (*eiusd. aetatis atque 1*) *et in marg. m. 1* ȯ Ψ 12 *ad uers.* ilico — 13 affrica- *in marg.* · Ψ 13 celestio Φ[a] caelestino Σ celestino Χ celestino ΤΦ[b]Ψ || affricana ΣΨ || sinodus *codices* 15 condempnat ΣΤΦΧ 16 hieronimus ΣΤΦΧ ieronimus Ψ 17 heretici *codices* 18 dognatibus Τ || obpugnante Τ || et *post* sunt *add.*, *ante* 17 multi *puncto male posito*, *v* (*non b*) || epla ΣΧΨ (*sic ubique* ΧΨ) 19 tesifontem ΣΤΦΧ thesiphontem Ψ || condempnauit ΣΤΦ condepnauit (*sic*) Χ

altercatione confutat. hoc est enim lubricum in ancistro draconem tenere, ne possit effugere'.

Porro autem episcopus Iohannes nihil horum audiens a 5
nobis exigere conabatur, ut accusatores nos ipso iudice fatemur. respon'sum saepissime est ab uniuersis: 'nos accusatores p. 592
huius non sumus, sed quid fratres tui, patres nostri, senserint et decreuerint super hac haeresi, quam nunc laicus uulgo praedicat, intimamus, ne Ecclesiam, tuam praesertim ad cuius sinum conuolauimus, te ignorante conturbet'. at ille cum saepe 2
nos docendi simulatione in aliquam professionis speciem temptaret inducere, dicens, quia ad Abraham dictum esset a Domino: ambula coram me et esto sine macula, et Zachariam atque Elisabeth pronuntiatos esse iustos ambos ante Dominum, incedentes in omnibus iustificationibus Domini sine querela; — quod quidem ab Origene dictum ab eo proferri compluribus nobis notum erat — cui 3
responsum per me est: 'nos filii Ecclesiae catholicae sumus; non exigas a nobis, pater, ut doctores super doctores esse audeamus aut iudices super iudices. patres, quos uniuersa per Orbem Ecclesia probat, quorum communioni uos adhaerere gaudetis, damnabilia haec esse dogmata decreuerunt: illis probantibus nos oboedire dignum est. cur interrogas filios quid sentiant, cum patres audias quid decernant?'

AVCTORES 1 lubricum—2 tenere *Iob 40, 20 sec. LXX* 11 *Gen. 7, 1* 12 *Luc. 1, 6*

1 *ad uers.* -bricum—2 ne *in margine* · Ψ ‖ in ancistro] mancistro *T* ‖ ancistro] *ΣΦXΨb* anchistro *cf* antichristo (antichisto *g*) *shg* 2 tenere (*supra alteram* e *rasura, fort. puncti*) Ψ ‖ ne] *Σ²TΦ* ne *m. 1 aut 2 in ras. XΨ* non (*ut uid.*) *Σ¹* 3 nichil *XΨ* 6 senserint (i *ex* u *corr. m. ut uid. 1*) Ψ 7 heresi *codices* ‖ quã* nc̄| n̄c̄ *in ras. m. 1 et in marg. rasura* (*notae ut uid.*) Ψ 8 ne*ecclam (*eras.* c *uel* a) *Σ* ‖ praesertim******* ‖ ad cuius (*eras.* ad cuius *ut uid.*) *Σ* 9 conuolauimus (ui *s. s. m. 1*) *Σ* ‖ cũ *cum ras. supra* c *et ras.* (*notae ut uid.*) *in marg.* Ψ 10 tentaret *X* 11 dicens] *ΣTΦX* dicebat *Ψv* 13 zacchariam *Φ* ‖ et *v* ‖ elisabeth] *ΣΨ* helisabeth *TΦX* 14 incedentibus *Σ* 15 quidem] quidem et Ψ ‖ origine *XΨ¹* 16 proferi *X* ‖ cui] *TΦXΨv* ei *Σ; cf. Histor. 6, 3 § 5* 20 ecla (*corr. m. 1*) *Φ* ‖ communione (e *radendo in* i *mut.*) *Φ* ‖ uos] *ΣTΦXΨ, in mg. b* nos *v* 21 dampnabilia *ΣTΦX* 22 obędire *X*

6 Ad quod ille diu disputans et nostris propter imperitiam
ignoti nobis interpretis — quem saepissime uiri primarii et
religiosi Passerio et Auitus presbyteri et Domnus exduce
uel praue interpretantem uel plura subprimentem uel alia ex
aliis suggerentem confutauerunt — nostris, ut dixi, actionibus
uel interpolatis plerumque uel tacitis, episcopus Iohannes ait:
2 'si sine adiutorio Dei hoc hominem posse diceret, pessimum
et damnabile erat; nunc autem cum adiciat, posse hominem
esse sine peccato non sine adiutorio Dei, uos quid dicitis? an
3 forte uos Dei adiutorium denegatis?' cui respondi ego:
'testibus et testificantibus etiam nunc uobis et supra memoratis uiris anathema ei, qui negat adiutorium Dei. ego certe
non nego, praecipue cum e contrario in haereticos confutarim'.
4 dein cum, intellecto iudice et interprete prodito, clamaremus,
Latinum esse haereticum, nos Latinos, haeresim Latinis magis
partibus notam Latinis iudicibus disserendam, ac se paene
impudenter ad iudicandum — cum quidem nos accusatores non
p. 593 essemus — et unus et suspectus ingereret, dici a pluribus
necessarium fuit: 'non potest quisquam idem et haereticus
5 esse et aduocatus et iudex'. multisque aliis actitatis Iohannes
episcopus nouissimam sententiam protulit, confirmans tandem

1 ad] At *fshg* || inperitiam *Τ* 2 interpretes Φ^{ar} || sepissime *Φ* 3 passerio] $\Sigma T^1 \Phi X$ passerius $T^2 \Psi b$ Posserius *v* || auıtíis *ante ras.* *X* || presbiteri *ΣΦX* pb'ri *Ψ* || domínus ex duce (*supra* u *et* e *alt. eras.* ˜ *ut uid., apex uid. non esse m. 1*) *Σ* dn̄s ◡̇ ex duce (*in marg.* ◡̇ *m. 1*, ducē *a. ras.*) *Φ* dn̄s + ex duce *et in marg.* + deest *m. ut uid. 1 X* dn̄s ex duce (*in marg. notae ut uid. rasura*) *Ψ* || Domnus] *scripsi* Dominus *v* 4 int̄pretantē (a *ex* e *corr. m. 1 et supra* a *ras.*) *Ψ* || supprimentem *Ψ* 5 nr̄is (s *ex corr.*) *X* || auctionibus *X* 8 dampnabile *ΣΤΦX* || adiciat cū Σ^1 || posse (*fort. punctum sub priore* s *eras.*) *Σ* 9 adiurio *sic* *Τ* || qui *X* q̊d (d *in ras.*, *ex* ui *ut uid.*, i *s. s. m. 1*, *fort. ex corr*; *in marg. rasura fort. huc pertinens*) *Ψ* 11 uobis] *ΣΦX* nobis *ΤΨv* 13 praecipuae Σ^1 || in] id in *Σ* || hereticos *Φ* || confutarem *ΣΤΦXΨ* 14 dein] *ΣΤΦXΨ* deinde *v* || intellecto (o *ex* u *corr.*) *X* 15 hereticum *codices* || heresim *codices* 16 *ad uersum* latinis — 17 cum *adscr. in marg. m. 1* R (*i. e.* require) *in Φ* || ac se paene] *b* acsepene Σ^2 ascepe ne Φ^a as*e.pe ne Φ^b ase*pene (e pe *in ras.*) *X* asepene $\Sigma^1 T \Psi h$; *fort. excidit* episcopus *post* ac se 17 inpudenter *X* 18 unus et] unus esset *b* || ingereret] *b* ingererer *codices*, *cfshg* 19 hereticus *codices*

postulationem intentionemque nostram, ut ad beatum Innocentium, papam Romanum, fratres et epistulae mitterentur, uniuersis quod ille decerneret secuturis, sed ut haereticus Pelagius imposito sibi eatenus silentio conticesceret et ut nostri ab insultatione conuicti Iohannis confessique cessarent. uniuersi in hanc sententiam consensimus; gratiarum actione celebrata, pace facta et consummata ad pacis testimonium oratione discessimus.

Nunc autem cum post dies XL et VII primo encaeniorum 7
die, ut solitus eram quando aderam, ad obsequium Iohannis episcopi cucurrissem, statim ab eo notam falsi criminis pro gratia salutationis accepi. ait enim mihi: 'quare ad me uenis, homo qui blasphemasti?' uolens, ut credo, intellegi: n o l i m e t a n g e r e, q u i a m u n d u s s u m e t a b s q u e p e c c a t o.
at ego nihil mihi conscius interrogaui: 'quando aut quo au- 2
diente aut cuiusmodi illud est dictum, quod blasphemiae possit adscribi?' episcopus respondit: 'ego te audiui dixisse, quia nec cum Dei adiutorio possit esse homo sine peccato'. ego quidem, 3
beatissimi sacerdotes, sicut et uos testes estis et uniuersa fraternitas et praeterea sancti uiri qui huic testimonio amore ueritatis adsistunt, statim testificatus sum dicens, quia eiusmodi uerbum, quod nunc a me dictum episcopus intenderit, numquam de ore meo antea processisset. quamquam hanc

AVCTORES 13 *Isai. 65, 5 et Iob 33, 9*

2 epłae Σ epłe *XΨ* 3 uniuersis *et* secuturis *correxi*, uniuersi *et* secuturi *codices et v* || hereticus *codices* 4 imposite (e *in* o *corr.*) *X* impositu *T* || conticesseret *Ψ* || ''& 'ut (*corr. m. antiqua*) *Σ* 5 confessique] *ΣTΦX* confusique *Ψv* || cessarent] *ΦX om. ΣTΨ* (*in marg. ante uersus hos* |& ut — confes|siq:· uniuersi — Grati| ∵ *notatum m. 1 ut uid. in Σ cf. 7 § 6*) temperarent *v* 8 discessimus (s *pr. s. s. m. 1*) *X* 9 cum *om. TΨv* || primo] cum primo $T^1Ψv$ 13 ut] *ΣΦXΨcfb* ne *Th* nae *sg* || intelligi *Ψ* 15 nichil *XΨ* || quando] quando aut quomodo *Σ* 17 asscribi *ΣTΦΨ* ascribi *X* 19 baptismi *in* beatissimi *corr. m. 1 aut 2 et in marg. nota* (q̄ ?) *erasa X* 20 preterea *Σ* || qui*****| *rasura 4 aut 5 litt. capax Ψ* 21 assistunt *codices* 22 intenderet (e *tertia ex* i *m. 1 uel 2*) *Σ* || n̄quā *X* nunquam *Ψ* 23 quanquā *Σ*

inconuenientiam miserae falsitatis rumina*ns* saepius crebra
expositione non tam me probasse quam alium uidear pro-
4 didisse. concedo enim, ut, qualecumque dictum illud est,
dixerim: quomodo Latinum expers Latinitatis Graecus audiuit?
aut, si audiuit sacrilegum uerbum, cur non statim coarguit
blasphemantem uel, ut lenius ageret, quasi incautum filium
pius pater de cohibenda licentia periculosi sermonis admonuit?
5 sed e contrario post plurimam magni temporis obliuionem ipse
per se accusationem intulit, ipse testimonium perhibuit, ipse
iudicium promulgauit, omnium scelerum officia in suae per-
sonae auctoritat*em* suscipiens, praesertim euangelica lectione
diligenter instructus, Dominum nostrum Iesum nisi testimonio
6 principis non fuisse damnatum. ex alio mihi latere fratres
mei adsistebant, ex alio falsi fratres. deinde in consessu eo-
p. 594 |dem ex una mecum parte consederant Auitus et Vitalis
presbyteri, ex alia nescio quis ignotus interpres et deinde
probati et saeculo et Deo uiri Passerio presbyter et Domnus
7 exduce: qui ambo ut pro experientia ac fide sua adesse inter-
pretes dignarentur, ipso conueniente episcopo Iohanne a corona
8 uestra conrogati deductique conuenerant. medius quoque uobis
ipse fuit, quem in illa tunc circumstantia non minus audisse

1 inconuenientiam] ΦX incontinentiam ΣTΨv || ruminans] *scripsi* ruminare *codices et* v 2 expositioẽ ñ (ẽ ñ *in ras. m. 1*) Ψ 3 qualecunque T 4 expres (*supra* x *erasum* ∸ *ut uid.*) Φ expres *in* exps** *corr.* X || grecus *codices* 5 sacrilegiū *ante ras.* Σ 6 uelut *in* uel ut *corr. m. 1* Φ uelut X || lenius] ΣXΨ^2b leuius TΦ Ψ^1v 8 e *om.* TΦXΨ^1v || magni] huius (*s. s.* ł magni *m. 1 aut 2*) Ψ 9 intulit (t *s. s. m. 1*) X 10 sua ΣTΦX 11 auctoritatem] b auctoritate *codices et* v || ẽuangelica Φ 12 diligenter *om.* v (*non* b) || dñm (*supra* m *parua ras.*) Ψ || ihesum T 13 damnatū* (*fort. erasa* e) non fuisse Ψ || dampnatum ΣTΦX || ex] et *cfsh* 14 assistebant *codices* || falsi fratres] fratres falsi Ψ || consensu *in* consessu *corr.* Φ consensu Ψ 15 a uitus (t *in* c *ut uid. corr.*, *mox omnia expuncta*, *denique* a *cum seqq. coniuncta et* t *a m. 2 restituta*) Ψ 16 presb̃ri Φ prb̃i Σ prb̃i XΨ 17 p̃bati (*sic*) Ψ || dei ΣΦXΨ || passerio] ΣT^1ΦX passerius ΨT^2v || prb̃ & do|MINUS *m. 1 in ras. et in marg.* ∵ Σ || p̃bit Φ || Domnus] *scripsi* Dominus v 18 interpres Φ^a 19 dignaretur T^a

quam uidisse mirandum est, quomodo sermo dimissus tantos aduersarios collegas auditoresque praeterierit et inscias aures gnari auditoris intrauerit.

Sed ego calore ueritatis inpulsus satis urgueor: excedo pro- 8
fessionis modum. concedendum est magis, ut interpres errasse
dicendo quam episcopus audiendo finxisse uideatur et nunc
ad uicem mercedis quam haereticis praestitit exigendae falsos
in adiutorium sui testes quaerere; quippe cum mirari iam 2
nemo debeat conquiri et existere falsos testes in Hierusalem
a sacerdotibus atque senioribus: hoc sanguis Stephani clamabat, hoc dominicae crucis uexilla significant, hoc etiam
nunc excitata per eos manifestat *iniuria*. sed haec utrum
ab episcopo temere credita an malitiose ficta an ignare
subaudita uideantur, Christo iudici discutienda commendo.
absit a me umquam, ut ego pauper, peccator, ignotus 3
episcopum et praecipue Hierosolymae audeam ad episcopos
prouocare. mea mihi apud eminentissimam Trinitatem omnipotentiae Dei et apud uniuersos seruos eius catholicos simplicitas et probatio sat est. testem inuoco Deum super animam 4
meam, beatissimi sacerdotes, scientibus haec eadem uobis mecumque testantibus, nullam me in illo conuentu uestro ore meo protulisse blasphemiam neque huiuscemodi uerba quae mihi ab episcopo Iohanne sunt obiecta dixisse, hoc est, etiam

1 tantos] *ΣΨ*^{pr}*gb* tantus *ΥΦΧΨ*^{pr}*cfsh* 2 pr&erierint (n *deletum*) *Σ* 3 intrauit *ΣΥ*^{1}*ΦΧ* 4 impulsus *ΣΥΦΨ* || urgeor *ΣΨ* 5 errasset *Φ*^{b}*Χ* errassem *Υ*^{a} 7 ad..uicē (*fort. eras.* iu) *Ψ* || hereticis *codices* || prestitit *Σ* 9 conquiri] *c in mg.* conqueri *ΣΥΦΧv* *τ* (*i. e.* et *ut uid.*) 9 queri *in ras. m. 2 Ψ* || 7 esistere (7 e *in ras.*) *Χ* existere (*omisso* et) *Ψ* || iherłm *Χ* ierl'm *Ψ* 10 clamabat] *ΣΥΦΧΨ* clamat *v* 11 *ad uersum* dn̄icę—12 excitata *nota* r· *in marg. adscr. Χ* 12 manifestat iniuria] *Σ*^{2} persecutio manifestat *Ψv* manifestat *Σ*^{1}*ΥΦΧ* || utrum haec *Σ* 13 ignorare *Σ* 14 iudici* (*erasa* i) *Φ* 15 unquam *ΧΨ* quam *Φ*^{a} || ⟨paup peccator igno⟩|tus *inclusa in ras. paullo minore m. 1 Ψ* 16 hierosolimae *ΣΥ* iherosolimę *Χ* ierosolime *Ψ* 17 michi *Χ* 20 scientibus] *ΣΦΧ* scribentibus (*sic* scbentıb; *Ψ*) *ΥΨv* || uobis haec eadem *v*

cum adiutorio Dei non posse esse hominem sine peccato.
5 satisfactum etiam contentioni opinionis, ignarae nobis, ideo *uolo*, ne forte a uobis quidem non auditum, a me tamen dictum putantes testimonio laboretis ambiguo; uulgo autem rumorique propterea, ne, dum episcopum mentiri posse non crederet, alia innocentem credulitate peccaret. et inde quis
p. 595 |ignoret auctores uel in accusatione Susannae uel in lapidatione Nabuthae?

9 Et, ne forte quis nesciat, in Hierosolymam numquam ad effundendum sanguinem Christianum uel argenti suffragia uel flagella militum defuisse, nunc, quoniam ab hoc qualicumque uerbo esse me liberum reor, liberum fide uestra, liberum conscientia mea, ipsius uerbi ambiguitate discussa conabor exquirere, hi qui ita nos respondisse adserunt, qualiter ipsi interrogasse uideantur. forsitan per modum interrogationis ipsorum arcanum dogmatis denudabitur, ut reciprocis feriendo uulneribus emissorem suum remissa certius tela castigent.
2 ait enim a nobis esse responsum: 'nec cum Dei adiutorio potest homo esse sine peccato'. hoc si quisquam hominum ita dicendum putet, ut sub infirmitate hominis Deum non posse

AVCTORES 7 Susannae *Daniel 13* 8 Nabuthae *Reg. 3, 21*

1 dei adiutorio *v* || esse hominem] hominem esse Ψ 2 &*iam (*hae rasurae, itemque alia in marg. unius litterae capax, uidentur spectare ad uocabulum diuidendum*) Φ || nobis] uobis Ψ a nobis *v* || id'o uolo ne forte a *in ras. m. 2* Ψ || *ideo (*interpunctionis fort. rasura*) Φ 3 uolo] Ψ*v* *om.* ΣΥΦX || dictum tamen Σ 4 *ad uersum* testimonio — 5 ne dum *uel ad sequentem* episc. — peccare *in marg. adscr.* q (*i. e.* quaere *ut uid.*) *in* Φ 6 crederetalia (a *fin. erasa*) Σ || credulitate] *v* credulitatem Φ crudelitatem Σ^{ac}XΨ crudelitate Σ^{pr}Υ; *ante uers.* |posse — crudelitate pec| *in margine* :· Σ || peccaret] *scripsi* peccare *codices* aestimaret peccare *v* 8 nabutȩ (v *s. s. m. 1*) X nabuthé* (*eras. ut uid.* i) Ψ 9 hierosolimā (~ *eras.*) ΣΦ hierosolimam Υ iherosolimā (a *fort. ex* u *corr.*) X ierosolimā Ψ || nquā X nunquam Ψ 11 qualicunque ΥXΨ 13 mea conscientia Ψ || discussa (c *ex* f *ut uid. corr.*) X || fide ūra conabor *sed* fide ūra *lin. subducta deleta* X 14 asserunt ΣΥΦXΨ || ipsi] asserunt ipsi *sed* asserunt *linea subducta del.* X 16 ipsorum] eorum Ψ || archanum ΣΥΦXΨ || feriendis Ψ 18 esse *om.* Υ 20 ut] et ΥΨ

confirmet et omnipotentiae Dei aliquid inpossibile suspicetur
in omni creatura caelestium et terrestrium et infernorum,
hunc non tantum sententia mea dixerim blasphemum anathema
detestandum, sed etiam uel in exempl*um* Nadab et Abiu
diuino igne damnandum uel iuxta perditionem Dathan atque
Abiron hiatu terrae receptum uiuum ad inferna mergendum.
utrique siquidem praesumptione cordis Dei potentiae derogarunt 3
uel illi, dum ignem alienum, quasi hoc indigeret Deus, offerunt,
uel isti, dum resistentes Moysi in terram repromissionis in-
troduci se posse diffidunt. Deus omnia potest et quae uult 4
semper potest, quam potens in faciendo de nihilo tam facilis
in perficiendo de facto. ipsi enim sibi subest, cum ue-
lit, posse. hoc indulta secundum spiritum gratia confitetur,
hoc secundum litteram lex conscripta testatur, hoc in uniuersis lex
naturalis intellegit, hoc ordinatissimus mundi motus ostendit. quis 5
enim gentilium hoc audeat dicere, cui in prospectu
semper sunt caeli terraeque ac maris elementa distincta?
quis Iudaeorum hoc suspicari queat, ad quem traditae per Moysen 6
legis scientia quantulacumque peruenerit, cum scriptum et
agnoscat et credat, nuda discissis Erythraei maris fluctibus

AVCTORES 4 *Leuit. 10* 5 *Deut. 11, 6* 12 *Sap. 12, 18* 20 *Exod. 14*

1 impossibile ΦΨ 3 anathema] ac anathemate Σ 4 in exemplum] *v* in exemplo ΣΥΦX^bΨ exemplo X^a || nadab (d *ex* b *ut uid. statim corr.*) X 5 dampnandum ΣΦX || dathan] ΣΥΦXΨ*g* datan *cfsh* || atque] ΣΥΦΨ et X*cfsh* 6 abiron] ΣΥΦXΨ*g* abyron *cfsh* || hyatu Ψ 8 offerunt (unt *in ras. m. 1*) Ψ 9 mosi $Υ^1$ΦX^1 11 nichilo XΨ 12 sibi *om.*] Ψ*v* 13 gratiā $Σ^{ar}$ 14 in *s. s. in* Υ 15 intelligit Ψ 18 suspicari (i *fin. in* e *corr., deinde* i *restituta*) Ψ || quęat Σ || mosen ΥX^1Φ 19 quantula cunq· X quant·lacumque (*erasa* a; *sic!*) Ψ 20 nuda *pone lin. m. 2 add. in* X || discissis erythraei] *scripsi* discesseritrei $Σ^1$ discissis eritrei *in marg.* (*in rasura alius correcturae ad quam spectat quod in textu tertia* s *erasa est*) $Σ^2$ discisserit rei *corr. in* discissis eritrei *m. 1* Φ discisserit rei Υ discissi· eritrei (s *s. s. non ex corr.*) X discissis rubri (is rubri *in ras. m. 2* Ψ) Ψ*v*

profunda patuisse et tutum iter in pelago pediti praebuisse
7 terreno, diuisumque Iordanem resupinis in fontem refluxisse
p. 596 gurgi|tibus, uel mortalem in corpore Heliam euectum flammei
currus igne nec laesum, uel praeparatis onustum escis Abacuc,
ut ieiuno inter esurientes feras iusto prandium ministraret,
ut uulgata narrat editio, in momento diei a Iudaea in Baby-
8 loniam translatum fuisse protinus ac relatum? quis hoc Chri-
stianus in cor suum uel in atomo cogitationis admittat, qui
sciat Lazarum quadriduanum mortuum fetentibus membris ac
liquida iam intra semet pelle fluitantibus Domini deuoto pro-
siluisse seruitio; qui legerit caecum a natiuitate eundemque
iam aetatem habentem uel factis subito uel refectis uiguisse
9 luminibus; qui probauerit uentos fluctus ac tempestates si-
mulque inuicem elementa rixantia dominicae increpationis
audito mansuetasse praecepto; qui credat Petrum, carnali
sarcina grauem et ter Dominum continuo negaturum, super
tumidos fluctus pendulis incessisse uestigiis?
10 Itaque uniuersos homines arbitror, uel qui excellenti fide
et sapientia praediti sunt uel qui se aliter habent, hoc, quod
Deus omnia potest, uenerari credere confiteri. ideo enim
generaliter ab uniuersa creatura dicitur omnipotens, quia
omnia potest. et hoc est Deus solus qui ait: haec apud
homines inpossibilia sunt. atque alibi docet dicens:
2 sine me nihil potestis facere. potest ergo omnia in

AVCTORES 2 *Iosue 3* 3 *Reg. 4, 2* 4 *Dan. 14, 32 sqq.* 6 uulgata editio 9 *Ioh. 11* 11 *Ioh. 9* 13 *Matth. 8* 15 Petrum—16 negaturum *Matth. 26, 69 sqq.* 16 super *sqq. Matth. 14, 29 sq.* 22 *Luc. 18, 27* 24 *Iohan. 15, 5*

3 corpore *m. 2* (*fuit ante ras.* corpale) Χ 4 ꝑpatis Χ (*in quo* ꝑ *etiam pro* par *et* por *est*) || abbacuc Σ (*cf. cod. Amiat.*) abacuch Ψ 5 ieiunio (*sed* i *tertia del. m. 1 aut 2* Σ) Σ cf^2s || ministrare ΥΦΧ 6 ęditio Φ || iudea *codices* || babiloniam Ψ 8 athomo ΣΥΦΧΨ || qui] quia ΦΧ 9 quatriduanum *codices* || menbris Χ 13 tempestatibus Ψ* 14 dominice (c *s. s. m. 1*) Χ 17 fluctus tumidos Ψ || *incessisse (i *prior in rasura duarum lin.*) Ψ 19 quod] *sic* qd̄ *et saepe* Χ qd (*sic*) Φ 22 haec quae Σ^2 (*sec. Lucam*) 23 impossibilia ΥΧΨ || sunt] sunt deo possibilia esse Σ^2 (*sec. Lucam*) 24 *uerba* -ne| me nichil — p. 617, 4 egena *in spatio quattuor uersuum relicto postea a m. 1 add. sunt in* Ψ; *cf. ad p. 618, 14* || nichil Ψ

homine, qui utique potest omnia. porro autem quid superbit terra et cinis, ut dicat 'homo potest', cum Deus possit? clamat apostolus: gratia eius sum quod sum, et gratia eius egena in me non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum.
quid, incaute praesumptor, aspicis, quia dixerit 'mecum'? 3
attende, quia praemiserit 'non ego'. quapropter inter haec duo uerba 'non ego' et 'mecum' gratia Dei media est, cuius est uere et uelle et perficere pro bona uoluntate et tamen uoluntate hominis. unde et ille confisus est, ut diceret 'mecum',
qui dixerat 'non ego.' in uoluntate ergo hominis gratia diuinae 4
uirtutis operatur, quae et hoc ipsum uelle donauit. ita conscientia hominis profitetur ut dicat 'non ego'; gratia Dei largitur,
ut 'mecum'. ¦clamat apostolus: 'gratia Dei sum quod 5
sum'. meminerat enim Domini praedicantis: nemo uenit ad p. 597
me, nisi quem Pater attraxerit; et rursum alibi: ego autem uobiscum sum omnibus diebus usque in consummationem saeculi. et alio loco de Spiritu Sancto sic ait: expedit uobis, ut ego eam: nam si non abiero, non ueniet consolator ille ad uos; si autem iero, mittam eum ad uos.

Infelix, o homo, secundum ueritatem sententiae Dei! Pater 11
te attrahit, Filius tecum et Spiritus consolator, et in hac tanta diuinae maiestatis circumstantia audes dicere: 'gratia

AVCTORES 3 *Cor. 1, 15, 10* 15 *Ioh. 6, 44* 16 *Matth. 28, 20* 19 *Ioh. 16, 7*

3 quod] id quod Σ (*ex interpr. Vulg.*) 4 in me egena Ψ ‖ habundantius ΥΦΧΨ 6 presumptor Σ 7 inter] ΣΥΦΧΨ in *v* 9 uol^u ntate (*corr. m. 1*) Φ 11 qui] ΣΥΦΧΨ quia *v* 12 uelle] uelle & *in* uelle ei *corr. m 1* Σ ‖ ¦I ta (ta *in ras. m. 1*; I *ut in rubricae principio disiuncta et in margine scripta est*) Ψ 16 attraxerit *in ras. m. 1* Ψ adtraxerit Σ 17 in] ΣΦΧ ad ΥΨ*v* 18 saeculi] scłı Φ mundi Ψ ‖ alio] in alio Ψ*v* ‖ s̄cō sic¦ (s̄cō s *in ras. m. 1*; ic *ex corr. add. esse possunt*) Ψ 19 sic] sicut ΥΦΧ 22 ó ΦΧ ō Υ 23 tecum] tecum est *v* ‖ consolator spiritus Ψ ‖ consolatur *v*

quidem Dei adiuuante sed mea possibilitate sum
2 quod sum'! adseris enim nunc post hanc sociam antiquo errori
emendationem: potest homo sine peccato esse cum Dei
adiutorio; quamquam in libro tuo, quem Testimoniorum
titulatione signasti, haec ipsa sententia hoc modo scripta sit,
posse hominem sine peccato esse et facile Dei man-
3 data custodire, si uelit. nulla ibi gratia Dei, nullum
adiutorium nominatum est, quamlibet crebro dicas de gratia
Dei: non ideo negaui, quia non dixi, sed ideo di-
xisse accipiendus sum, quia non negaui. quasi uero
et Susanna ideo de adulterio confessa credenda sit, quia
arguentibus aliis non negauit, aut testimonium falsorum
4 testium Dominus Iesus, quia tacuit, adprobau*er*it. quodsi apud
uos non negasse dixisse est et tacuisse clamasse est, frustra
Dauid postulat: pone, Domine, custodiam ori meo et
ostium circumstantiae labiis meis: frustra et ego me
non dixisse, in quo arguor, testibus et testificatione confirmo,
5 si alter audire potuit, quod meus sermo non dixit. sed con-
cedo, ut quod nequaquam dixeris pro dicto accipiendum putes.
quid agimus ex eo, quod inuenientes ex sensu diuersitatem
sermonis, iuncturis discordibus non cohaerent, quod ipsa quoque
pagina discrepantia inter se uerba non recipit? scribis enim,
posse hominem sine peccato esse et facile Dei man-

AVCTORES 4 Pelagii Testimoniorum liber 14 *Psalm. 190, 3*

1 me*a* (*inter* e *et* a *statim* a *detersa*, *pone* a *una littera supraque* ˜ *erasa*) Φ || possibilitate (ssibilit *in ras. m. 1*) Σ possibilitatē Φ[ar] 2 asseris *codices* 4 adiutorio (o *finalis in rasura m. 1 ut uid.*) Φ || quanquam Σ || testimonio4 (io4 *i. e.* iorum *in ras. paullo minore m. 1*) *X* 5 scripta] conscripta *v* 11 adulterio (d *statim ex* l *aut* b *corr.*) *X* 13 testium] testi****ũ (*eras.* moni) Φ || ıhs̃ ΣΥ || quia] Σ*v* in qua ΥΦ*X*Ψ || adprobauit *codices et edd.* 14 non negasse] Ψ*v* *om.* ΣΥΦ*X* (*ad hunc uersum* 13 quodsi—14 frus *in mg. nota* ṙ *adscr. est in* Φ) || *uerba* 14 est et tacuisse—16 labiis meis *characteribus paullo minoribus a m. 1 in spatio duorum uersuum relicto postea addita sunt in* Ψ 17 testificationem *a. ras.* ΣΦΨ 18 aliter Σ[ar] || dixit*|† sed Φ 19 nequam Σ[1] 21 iunturis Υ || coherent Φ 22 inter] in *v* 22 enim non posse (*sed* non *erasum*) Σ

data custodire, si uelit; et, quemadmodum beatissimus pater
Hieronymus de hac eadem sententia in epistula, quam ad Ctesi-
phontem scripsit, exposuit, nouissime quasi e grauissimo somno p. 598
expergescens adicis: non sine ad|iutorio Dei. in hoc enim 6
repugnat tibi ipsa ueritas et reclamat. quid per fastidiosum
tumorem nausiantemque uerecundiam non necessarium tibi in
ore tuo adiutorium Dei detines, qui facilia tibi arbitraris
cuncta? summis labiis me honoras, cor autem tuum longe 7
est a me. non est opus duobus in operatione, quod uni facile
est, frustraque se gratia diuinitatis interserit, ubi fatetur se
homo, quod facile possit, si uelit. tu uolenti facilia esse man-
data dixisti, at ego etiam illud adsero, quod et difficilia dicas
conpleri. tamen quo*quo* modo per hominem posse promittas, 8
Dominum exprobras inuidiae, qui adiuncto adiutorio suo
temptet adscribere, quod solus per uoluntatem homo potuisset
implere. aut tolle homini si uelit et gratiae adscribe
quod possit aut, quia homini tribuis posse cum uelit,
remoue simulatam gratiae palpatam nec cohaerentem parti-
cipationem et nudam ex abundantia cordis profitere blas-
phemiam.

AVCTORES 1 *sqq.* Hieronymi ad Ctesiphontem Epistula *cap. 8:* 'post grauissimum somnum . . conaris adiungere' 8 labiis — 9 a me *sec. Isai. 29, 13*

1 si uelit *ante 618, 23* facile dei *traiecta in Ψ* || si] se Φ^{ar} 2 hieronimus *ΣΥΦX* ieronimus *Ψ* || epła *ΣXΨ* || ad ctesiphontem] adthesifontem *Σ* a thesi fontem *Υ* athesifontem *Φ* a.ᵈthesi fontem (d *m. 2*) *X* ad thesiphontem *Υ* 3 scripsit] *X* scribsit *Φ* scribit *ΣΥΨv* || e] ex *v* 4 expergiscens *ΣΨ* 6 nausianteq: *in ras. m. 1 Σ* || inore tuo| *in ras. m. 1 Ψ* 7 cuncta arbitraris *v* 9 operatione] *v* cooperatione *ΣΥΦX* coo patione (o p *in ras. m. 1 et supra* oo *correctura erasa; fuisse a principio uidetur* corpatione) *Ψ* 11 quod *om.* Φ^{a} || si] se Φ^{ar} 12 assero *ΥΦXΨ* *om.* (*in fine uersus*) *Σ* 13 compleri *XΨ* conpl&i Σ^{1} || quoquo modo per] cū p se *m. 2 in ras. circ. octo litt.* (q̊ modo p *?*) *capaci Ψ* || quoquo] *v* quo *ΣΥΦX* || posse X^{2} 14 exprobas *Σ* 15 asscribere *Σ* ascribere *Ψ* 16 homines Φ^{ar} || se Φ^{ar} || adscribę *Σ* asscribe** (*duarum fere litt. ras.*) *Ψ* 18 palpatam] *ΣΥΦ* palpatam *sed* ta *in ras.*, *ex* r*e *an* r e*?* *X* palpatamque *Ψv* || coherentem *Φ* 19 habundantia *ΥΦX*

12 Sed mearum ista partium non sunt latius indagare, prae-
sertim unde beatissimi patres Augustinus et Hieronymus
plenissimam conuictae haereseos probationem occidentalibus
prouinciis tradiderunt. ad propositam supra redeam quaesti-
onem, ad quam non fiducia suscitatus ingenii sed iniuria
2 motus accessi. dicis, posse in hoc saeculo esse hominem sine
peccato cum Dei adiutorio. tu dicis 'potest homo', ego dico
'potest Deus'. tres in camino pueros aestuans introrsum flamma
non laesit. quis eorum quod contra naturam factum est
potuit: utrumne ipsi an quartus in medio eorum similis filio
3 Dei? leprosus exclamat: *Domine, si uis, potes me
mundare*, possibilitate uoluntatem manifestans, uoluntatem
possibilitate confirmans. ipse est enim solus, cui, cum uelit,
posse subsistit. accesserunt ad eum caeci, ut inluminarentur
orantes; quibus ait Iesus: *creditis, quod possim hoc
facere?* Dominus Christus summo praemio fidei dignum
iudicat, si quis haec filium Dei posse crediderit; et Britannicus
noster mox, ut uoluerit, se posse confidit! fideli paralytico
4 Dominus dicit: *constans esto, fili: dimissa sunt tibi
peccata tua*; et nunc nouus magister ministerque mensarum
p. 599 |remissionem peccatorum de sua magis ausus est possibilitate
praesumere, nec de Domino expectat audire! scribae non in-
tellegentes ueritatem murmurant et dicunt: *quis potest*

AVCTORES 8 *Dan. 3* 11 *Matth. 8, 2* 15 *Matth. 9, 28* 19 *Matth. 9, 2* 23 *Marc. 2, 7*

1 indagari $Φ^{pr}$X 2 hieronimus (i *pr. s. s. m. 1 in X*) ΣΤΦX ieronimus Ψ 3 plenissimum $Φ^{1}$ || coniunctae X^{ur} || hereseos *codices* 4 prouintiis ΣΤ || questionem Φ 5 ingenii* (*eras.* s) Φ 6 sclo ΦXΨ seculo Τ 9 lesit Φ 11 si uis] suus X 12 possibilitatē uoluntate (*ultima* e *ex* ē *radendo mutata; prius* ˜ *utrum ex corr. additum sit necne dignosci nequit*) Σ || possibilitate (p *in ras.*, o *ex corr.*) Ψ || uoluntatē (˜ *in ras.*, *ut* ē *in* e *corr. mox ipsum restitutum esse uideatur*) Σ 13 possibilitate (e *radendo ex* ē *facta*) Σ 14 ceci Φ || illuminarentur ΣΨ 15 qđ (q *m. 1 ex* p) Σ || possum *v* 16 premio Σ 17 brittanicus ΣΤΦX britanicus Ψ 18 paralitico ΣΤΦΨ palitico X 20 mensarū $Φ^{a}$ 22 intelligentes Ψ 23 ueritatem] *v* ueritatem uerum ΣΤΦXΨ

dimittere peccata nisi solus Deus?; et hic abolita esse
iudicat, quae Deum nesciat dimisisse!

Ecce inflatus spiritu carnis tuae, tamquam super nihil sit, 13
libero superbus arbitrio gloriaris et dicis 'peccator sum quia
uolo; pecco dum uolo; cum autem rursum uoluero, possum
esse sine peccato'. quod dicis 'pecco cum uolo' uerum est,
quia et quod opere non feceris, cogitatione fecisti; rursus
'cum uolo, non pecco' durum quidem ac difficile, nec semper
omni subest, sed tamen aliquando fieri posse non dubium est;
at uero posse esse sine peccato qui aliquando peccauerit, in- 2
possibile est absque sola gratia baptismi, ubi ex persona
Domini dicitur: remissa sunt tibi peccata tua. quod
suadeor credere, quia permittor audire: 'possum ergo esse sine
peccato, in hac dumtaxat corruptione, qua uiuimus, non
suscipio, non praesumo, non audeo'. si enim Dauid orat ad 3
Deum tibi soli peccaui et malum coram te feci et
secundum Apocalypsim Iohannis iudicandi sunt mortui ex his,
quae coram Deo peccauerunt, ex his, quae scripta sunt in
libris, recipientes secundum opera sua: cur meum circa me
praesumo iudicium, si me scio etiam de ipso iudicandum?
aut, si libri illi sacri numquam nisi in iudicio aperiendi, 4

AVCTORES 9 *cf. 9 § 4 et 12 § 3* 16 *Psalm. 50, 6* 17 *Ioh. Apocal. 20, 12*

1 ab*o*lita (*fuit* abpollita) Φ 2 nesciant $\Sigma^1 \Phi X \Psi$ nesciunt Σ^2 || demisisse (-ssę Σ) $\Sigma^1 \Upsilon^1 \Phi X^1$ 3 spiritus ΣΦX || tanquam XΨ || nichil XΨ 4 superbus] sup Σ 8 *ad uersum* durum—9 fieri pos *adscr.* † *in marg.* Φ || semper] ΣΥΦX sēp ad *in ras. m. 2* Ψ per *v* 9 omni] Σ^{pr} omnia $\Sigma^{ar} \Upsilon \Phi X \Psi v$ || sed *in ras. m. 2* Ψ || dubium est] dubii est Σ dubi esse *sic* (*in archetypo* dubieē *fuisse uid.*) Υ dubie est ΦX 10 inpossibile est] $\Upsilon^1 \Psi$ (imp- Ψ), *v* *om.* $\Sigma \Upsilon^1 \Phi X$ 13 posse Σ 14 qua] quia Σ^{ar} || *uerba* |Non suscipio — 19 recipientes|scd'm *in spatio paullo angustiore relicto postea addita uidentur m. 1 in* Ψ 15 audeo] ΣΥXΨ audio Φ*v* 16 deum] ΣΦX dominum ΥΨ*v* 17 apocalipsin $X^2 \Psi$ apocalipsim Υ apocalipsi $\Sigma \Phi X^1$ 18 peccauerunt] Ψ*v* peccant Σ peccamus ΥΦX || sunt *om.* Ψ 21 nunquam Ψ non quā X || ap|piendi (*sic*) Ψ

pariter uitae nostrae bona malaque suscipiunt, examen iudicii in pondere praebituri: quomodo sine examine in hac uita et ante mortem abolitos esse cognoscimus, quos non solum post mortem uerum etiam post resurrectionem legimus proferendos?
5 ego in potestate habui peccare, liberari a peccato in potestate non habeo. precari meum est, absolui non meum. ubi uero peccato me dedi, seruus factus sum accusatoris, reus iudicis. possum propter adsiduarum precum praemissa suffragia de bono iudice spem ferre, innocentem sine timore conscientiam ante
6 promulgationem sententiae uindicare non possum. dicit enim
p. 600 apostolus: nolite ante tem|pus quid iudicare, donec ueniat Dominus, qui et inluminabat occulta tenebrarum et manifestabit consilia cordium: et tunc laus erit unicuique a Deo. alioquin si in potestate est hominis, ut liberum se ipse faciat a peccato suo, aut non est iudex Christus aut frustra est.

14 Sed dicis 'ego dixi hominem sine peccato secundum hunc sensum: peccator cum ingemuerit, tunc saluus erit, hoc est, tunc ad salutem incipiet pertinere'. tamen sine peccato statim non erit. Dominus enim cum intrasset domum Zachaei credentis, ait: hodie salus domui huic facta est. numquid, si unus credidit, statim uniuersa domus familia sine peccato fuit, cui tunc utique maiore domus credente initium salutis
2 intrauit? nam et Dauid cum peccasset ingemuit et, quamuis meruisset audire dimissum sibi esse delictum, multo tamen

AVCTORES 11 *Cor. 1, 4, 5* 21 *Luc. 19, 9*

1 iudici ΦX 4 resurrectionem (resur *s. s.*) Φ 6 p̃cari Φ 8 assiduarum $\Upsilon\Phi X\Psi$ || p̃cū Φ || premissa Σ^1 9 iudicem Φ^{ar} || ferre] $\Upsilon^b\Psi$ fore $\Sigma^1\Upsilon^a\Phi^a X$ foret Φ^b habere *s. s.* Σ^2 10 promulgationem (g *in ras.; fuisse uid.* t) Ψ || uendicare $\Upsilon^1\Psi$ || possū (u *m. 2 in ras.*) Σ 12 illuminabit $\Sigma\Psi$ 15 hominis est *v* || faci& Σ 20 domo $\Upsilon^1\Phi^1$ (o *fin. m. ut uid. 2 in* v, *sic,* Φ) || zachei *codices* 21 domui] domuio *ante ras.* X || nunquid Ψ 22 credidit (it *in ras. m. 2*) Ψ || familia] $\Sigma^{pr}\Phi^{pr}X\Psi^{pr}$ familias $\Upsilon\Sigma^{ar}$ ($\Phi^{ar}\Psi^{ar}$ *ut uid.*) *v* 23 maiore] Ψ *et in mg. c* maior $\Sigma\Upsilon\Phi X v$ || credente] Ψ, *coni. g* credenti $\Sigma\Upsilon\Phi^b X v$ credentem Φ^a 25 sibi] tibi $\Phi^a X^a$

postea id ipsum exilio et plurimo expiauit obprobrio, ut manifeste et poena in praesenti reddita et remissio in futurum repromissa uideatur, et per hoc Deus multum misericordiae ingemescenti donauerit peccatori, ut peccatum, quod morte
dignum erat, temporaria castigatione purgaret. Ananiae de 3
Paulo dicitur, querellam de persecutione eius cum timore facienti: ego monstrabo illi, quanta patietur propter nomen meum, ut, cum Paulus ibi solueretur, ubi ligasset persequendo Christum, mox patiendo pro Christo tribulatus usque ad mortem in resurrectione glorificatus existeret. ita fit, quia misericordia et ueritas praeeunt semper faciem Dei, ut, si in tempore ab ingemescente uoluntarium sacrificium, ut ueritas in misericordia fiat, contribulati spiritus et contriti cordis offertur, in fine misericordia iudicio praeferatur.

Dominus Christus uenturus in gloria Dei Patris et 15
creditur et speratur iudicare uiuos et mortuos, a cuius adspectu, ut Scriptura testatur, fugiet caelum et terra; et existunt homines, qui nec propter ignorantiam, ut non dicam propter conscientiam, iudicio superuenturo subiectos esse se iudicent et aduentum Domini inlustrationemque fulgoris eius
elementis ardentibus et mundo pereunte trepident! quos ex 2
illis fore timeo, de quibus praemonet Dominus: multi enim

AVCTORES 7 *Act. 9, 16* 11 *Psalm. 88, 15* 16 *Matth. 16, 27* 17 *Timoth. 2, 4, 1* || a cuius *sqq. Apoc. 20, 11* 21 aduentum — 22 trepident *sec. Pet. 2, 3, 10* 23 *Matth. 7, 22 et 23*

1 ȯpprobrio Ψ^r 2 pena $\Sigma^a\Phi$ 3 repromissa] $\Sigma\Upsilon\Phi X$ reddenda Ψv || multæ Σ || misericordie Φ 4 ingemiscenti Ψ^r 5 ananie Ψ^r annaniae ΣX annanie Φ 6 querelam $X^{pr}\Psi^r$ quaereḷlam Υ quaerelā Σ 11 *pone uersum* |ricordia — 12 ut si in tē| *in mg.* ·: Σ 12 ingemiscente $\Sigma\Upsilon^1\Psi^r$ 13 sacrificiū ut (*huc fort. pertinet nota pone praeced. u. scripta* ·:) Σ || ut (*puncta m. 2*) Υ || fiat*contribulati Σ || contribulatis spū et contritis corde Υ^1 || spus (s *fin. corr. ex* i) Ψ^r 14 misericordiae Υ || praeferantur $\Upsilon\Phi X$ 16 christus] iesus (*sic* ıh'c) Ψ^r 17 iudicare] $\Sigma\Upsilon\Phi X\Psi^r$ iudicaturus *v* 18 aspectu $\Sigma\Upsilon\Phi X\Psi^r$ || terrā Φ^{ar} 21 et] nec *hg* || ill- Υ || -quae $\Sigma\Phi^{ar}X^{ar}$ 22 ardoribus X || ex *om.* X^a 23 timeo de quiqus *bis scripta* X^{ar}

p. 601 dicent ¹in illa die — homines scilicet de illa carnali arro-
gantia, qua homines seducebant, et non tam coram Deo quam
adhuc apud semet ipsos iusti — Domine, Domine, nonne
in nomine tuo prophetauimus et in nomine tuo
uirtutes magnas fecimus? et tunc ego iurabo illis,
et dicam: non noui uos, discedite a me, operarii
3 iniquitatis. dicitur per prophetam Dauid in persona Christi:
Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo aut
quis requiescet in monte sancto tuo? qui ingreditur
sine macula et operatur iustitiam. hoc est reuera
4 dicere: qui potest esse et est sine peccato. nam et ipse de se
Dominus ait: uenit princeps mundi huius et nihil in
me inuenit suum. quid enim est diaboli? haud dubium,
quin peccatum. ab initio enim diabolus mendax est, et
contra Dominus meus est, qui loquitur ueritatem in
5 corde suo et non egit dolum in lingua sua. angelus
magnus et fortis Scriptura testante clamat in caelo: quis
dignus est aperire librum et soluere signa eius?
nec quisquam poterat, neque in caelo, neque in
terra, neque sub terra aperire librum, neque per-
6 spicere eum, flet multum Iohannes et luget, quod ex uni-
uersitate rationalium creaturarum nemo dignus repertus esset,
qui aperiret librum, ut uideret eum. flentem Iohannem unus
e senioribus consolatur et dicit: noli flere, Iohannes. ecce
uicit leo ex tribu Iuda, radix Dauid, aperire li-

AVCTORES 8 *Psalm. 14, 1 et 2* 12 *Ioh. 14, 30* 14 *Ioh. Ep. 1, 3, 8 et Ioh. Eu. 8, 44* 15 *Psalm. 14, 3* 17 *Apoc. 5, 2 et 3* 24 *Apoc. 5, 5*

1 carnalia Σ 2 qua] quia Σ || non *om.* Φ^{a} || quam *om.* Φ^{a} 7 proph&am Φ^{ar} 9 tuo sancto *v* 12 uenit] uenit enim (*sub* enim *puncta erasa*) Ψ || nichil XΨ 13 *ante hunc uersum* niet — haut *punctum positum* Ψ || inue|uiet Ψ || diaboli] ΣΦX diabolus ΥΨ*v* || haut X^{a}Ψ 14 quin (n *in ras. 1 aut 2 litt.*) Φ 15 quloquitur *sic* Υ 17 celo Φ 18 e^s^t dignus *v* 19 caelū Σ celo (o *ex* ū *corr.*) Φ 21 multā Φ^{a} 23 aperir& (& *ex* e *corr.*) X || ut] aut ΦX || iohannē** (*er. 1 aut 2 litt.*) Φ 24 e] ex Ψ || consolabatur Σ || dicit] ait Ψ

brum et soluere signa eius. quis, rogo, iste liber est,
quem de manu uiuentis in saecula nullus fuit accipere, nisi
qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam?
parum est quia sine macula, parum quia agnus, nisi et occisus, 7
nisi puritatem uitae passionis testimonio coronasset, habens
septem cornua et oculos septem, qui sunt septem
spiritus Dei: nec dubium, quin spiritus sapientiae et
intellectus, spiritus consilii et uirtutis, spiritus
scientiae et pietatis, spiritus timoris Domini. quis
ergo iste est liber? ut credo, iudicii. Pater enim non
iudicat quemquam, sed omne iudicium Filio dedit.

Pro dolor! cogor dicere, quod horrui cogitasse. ecce nunc 16
et Pelagius, qui ausus est profiteri se esse sine macula
atque peccato, consequenter arbitratur ˡdignum se accipiendo p. 602
librum atque iudicium, proximumque est, ut dicat sibi 'ego
potestatem habeo ponendi animam meam et iterum sumendi
eam' et praeparet se in throno Christi futurum esse consortem.
miser homo, qui non potius intellegit praeparare se Antichristi 2
aduentum praecursorem, qui cum fuerit reuelatus, ex-
tollit se super omne quod dicitur aut quod colitur
Deus, iuxta hunc qui se iam conparat in coaequationem unici
filii Dei. agnus Dei, filius Dei, ut accipiat librum de manu 3
Patris, praefert stigmata passionis, non iudicans perpetratam

AVCTORES 3 *Psalm.* *14, 2* 5 *Apoc.* *5, 6* 7 *Isai.* *11, 2 et 3* 10 *Ioh.* *5, 22* 19 *Thess.* *2, 2, 3 et 4*

2 scła Φ || nullus fuit] ΤΦX^{a} nullus poteus fuit Σ nullius fuit X^{b} nullus fuit dignus Ψv 3 iustitia Σ 5 testimoniū Τ^{a} 7 dei] domini ΤX 8 uirtutis] fortitudinis Ψ 11 *ad uersum* dit — 13 pelagius *in marg.* ·: *adscr. in* Τ 12 p' ΦX p'h Ψ || orrui ΤΦX 13 profitere Τ^{1}ΦX^{1} 14 accipiendo] ΣΦX accipiendum Τ ad accipiendum Ψv 17 praeparat *v* 18 intelligit Ψ || antechristi ΣΤΦ 19 aduentum] ΣΤΦXΨ aduentui *v* || praecursorem] *v* praecussorem (*sic*) Φ praecursore ΣΤX (prec- Τ) se praecursore Ψ || extollat Σ 21 comparat ΣΦXΨ || coequationem Σ^{1}ΤΦ coequatione *in ras.* *2—3 litteris ampliore; sub scriptura deleta puncta erasa sunt, item in marg. rasura est* Ψ || unici** (*eras.* ci) X

nisi in morte atque in resurrectione uictoriam; et ἀναμάρτητος
meus uenire sibi posse perfectionem uitae inmaculatae mandu-
4 canti bibenti dormientique confirmat! Dominum nostrum Iesum
post quadraginta dierum ieiunium ter diabolus temptans terque
superatus reliquit et non reliquit in perpetuum sed ad tem-
pus acrior usque ad mortem crucis apostolo praeuaricante
rediturus; et ἀπαθὴς noster uictis sane, ut sibi uidetur, cum
auctore temptationibus non posse se ultra temptari pertur-
5 barique confidit! agnus ille perfectus, ille, qui non solum
peccata non habet sed etiam tollit peccata mundi *et qui*
habet septem cornua et oculos septem, *non ita* uentilare sufficiat
temptatorem quin redeat; et noster hic mutilus, leuis in fronte,
διόφθαλμος, non necessarium sibi aestimat munimen in capite,
6 qui possibilitatem praesumit in carne! miser, qui secundum
Euangelium magis forte si caecus esset, peccatum non haberet!
sed forsitan, quia septem oculi septem spiritus sunt, abundare

AVCTORES 3 Dominum—5 superatus reliquit *Matth.* 4, *1—11* 5 *Luc.* 4, *13* 10 qui—11 oculos septem *Apocal.* 5, *6* 15 si—haberet *Ioh.* 9, *41*

1 surrectione *fsh* || anamartetus Φ[1] ana|martetus Ψ anamartatetus ΣΥΦ[2]X (ta *s. s. m. ut uid. 2 in* Φ) 2 meus] *sic:* m̄s Σ || imma-cl'ato (acl'ate *in ras. 4—5 litterarum*) Ψ 3 *post* confirmat *duarum triumue litterarum capax rasura in* Σ confirmat** (ur *ut uid. erasae; supra interrogandi nota addita a corr.*) Ψ || nostrum] meum ΦX 4 XLta Σ XL ΥΦX 5 reliquid ΥΨ || *ante uersum* |ad tempus—quasi occi| (*u. infra*) *in mg.* ∵ Σ || ad] at ΦX[1] || *inter* tempus *et* acrior *inserta sunt haec:* quem de manu uiuentis agnus quasi occisus accepit liber *in* ΣΦXΥ (*non* Ψ); *est glossa ad § 3 (cf. 15 § 6* uiuentis) *quae ex margine inrepsit* 6 preuaricante Φ 7 apathes Φ[a] apatethes ΣΥΦ[b]X (te *s. s. m. ut uid. 1 in* Φ) apatetes Ψ || uictis sane] *v* (uictis *om. s*) uictissime ΣΥ uitissime (t *in* ct *corr. et* sime *del. m. 1*) Φ uictis X inuictissimus Ψ 9 solū***| (*er.* 7 *uel 3 litt.*) Ψ 10 peccatum *v* || n̄ h̄t s; etiā (*i. e.* non habet sed etiam) *in ras. m. 1* Ψ || *ante uersum* etiā—11 sufficiat *in marg.* ∵ Σ || peccatum *v* || et qui habet—oculus septem] *addidi* et qui habet cornua septem in capite non ita *add. v, om. codices* 12 temptatorem quin redeat et *add. v, om. codices* 13 dẏoptalmus Σ dẏobtalmus ΥΦX diobtalmus (bt *in ras. m. 1*) Ψ μονόφθαλμος *v* 14 carne* (*eras.* m) Φ 15 cȩtus Φ[a] 16 forsitam X || quia septem oculi] septē oc̄lis qui *in ras. m. 1* (*idem antea in marg. ut corrigeretur notatum*) Ψ

se his omnibus iactat et quasi interiorem hominem suum
congestis septiformis gratiae uigere uirtutibus, praesertim qui
sibi totidem dogmatum suorum titulis gloriatur. unde fieri 7
potest, ut iudicio suo se arbitretur spiritu sapientiae refertum,
praecipue cum dicat facilia Dei esse mandata; spiritu in-
tellectus sufficientem maxime, quo praenoscat et praedicat
peccatores omnes simul cum impiis in aeternum ignem esse
damnandos; spiritu consilii diuitem, quo moneat malum nec 8
cogitandum; spiritu uirtutis potentem, quo adfirmet posse
esse hominem sine peccato; spiritu scientiae inflatum, quo p. 603
sperat, nisi qui scientiam legis habuerit, sine peccato esse
non posse; spiritu pietatis exuberantem, quo doceat inimicum 9
uelut amicum diligendum oblitus, quia ipse dixerit, inimico
omnimodis non credendum; spiritu timoris Dei cohonestatum,
quo post multam crapulam nouissime expergefactus adiungit,
posse hominem sine peccato esse non sine adiutorio Dei, et 10
per hos praesumptionum, ut arbitror, gradus non reformidat
ascendere usque in id elatus, ut dicat, quia in similitudinem
Christi perfecta sui potentia plenus in toto super eum de-
scenderit Spiritus Sanctus et manserit; cum tamen hoc illi 11
soli a Patre Deo datum sit, cui etiam dedit nomen,
quod est super omne nomen, qui solus sine peccato est
et ingreditur sine macula, apud quem manet ipsum sancti-

AVCTORES 15 *cf. ad 11 § 5* 21 *Philipp. 2, 9* 23 *Exod. 37, 29*

3 titulis *in ras. m. 1* (*ultima litt. erat.* s) Ψ 6 quo] Σ qui ΥΦΧΨv || praedicet ΣΦΧ predicet Υ 7 omnes peccatores ΧΨv || inpiis Χ || ignem eternum Ψ 8 dampnandos ΣΥΦ || diuitem] diuiditem Υ || quo moneat] quåmoneat (*altera* o *ex* a *ut uid. rad. corr.*) Φ quo maneat ΣΥΧ qui moneat Ψv 11 *sperat Φ 13 oblatus Σ[1] 14 coonestatum (co on- ΦΧ) ΥΦΧ 15 quo] ΣΦΧ qui ΥΨv || multū Χ || expgefact9 (gefact9 *in ras. m. 1 et antea* -gėfact9 *in marg. ut sic corrigeretur notatum ut saepe*) Ψ 17 gra*dus (*er.* r) Χ 19 descender& Φ[a] 20 mansit ΥΦΧ 21 cui] cū Σ 22 qui solus sine peccato est *in spatio uacuo add. m. 2 in* Ψ 23 sanctificationis] Φ *in mg. ead. ut uid. m.* sc̄ificaōis (ōis *in ras. m. 1 aut 2*) Χ sanctificatis ΣΥΦ[1] sanctitatis (*in ras.* Ψ) Ψv

ficationis unguentum. nos autem in odorem unguentorum
eius currimus et interim super nos aurae uitalis adflatu dulcia
uitae spiramina Domino praecedente captamus.
17 Sed dicis: 'cur tanta me lacessis iniuria, cur tam arro-
gantis uerbi inuidia grauas? egone me seruus conparare au-
deam Domino meo, egone terra et cinis conferam Verbo Dei?
egone morti obnoxius dici debeam uictori mortis aequalis?'
2 bene quidem, o condemnata nequitia, dans testimonium Deo
humiliaris in uerbis, sed aliter sensus tuus clamat in paginis.
dicis hominem posse esse sine peccato; iterum ac saepius
3 repeto. homo, qui hoc potest, Christus est: aut praesume
nomen aut depone fiduciam. Deus illud uni tantum donauit
et hoc non nisi primogenito in multis fratribus. sic catholica
4 fide traditur, sic tenemus. sane Dominus noster admonuit
infideles: ego ueni in nomine Patris mei, et non me
recepistis. ueniet alius in nomine suo, forsitan
ipsum recipietis. aut nobiscum illum, cui credimus pec-
catores, unum sine peccato eundemque unigenitum sequere
5 aut, si tu es ille alius, confitere. ipse est dominus Iesus, qui
morte deuicta et diabolo triumphato ascendens in altum
captiuam duxit captiuitatem, dedit dona homini-
bus; de cuius plenitudine nos omnes accepimus;
sicut apostolus docet: unicuique autem nostrum data
p. 604 est gratia secundum mensuram 'donationis Christi.
6 et ad Romanos idem magister gentium scribit: dico enim

AVCTORES 1 in — 2 currimus *Cantic. 1, 3* 13 prim. — fratribus *Rom. 8, 29* 15 *Ioh. 5, 43* 20 *Ephes. 4, 8* 22 de cuius *sqq. Ioh. 1, 16* 23 *Ephes. 4, 7* 25 *Rom. 12, 3*

1 odore *XΨhg* 2 eius] tuorum *Ψ* || afflatu] *Φv* afflatus *ΣTXΨ* 4 *ad uers.* |cessis — 5 grauas| *in marg.* ł *Ψ* || arrogantis] *ΣTΦX* arrgantib; (*sic*) *Ψ* arrogantibus *v* 5 uerbi] *ΣΦX* uerbis *TΨv* || comparare *XΨ* 6 E*góne (*eras.* r) *Ψ* || conferam] 9ferā me *in ras. idemque praemisso* ł *antea in marg. not. Ψ* 7 debeo *Σ* 8 condempnata *ΣTΦX* 9 paganis *fshg* 10 dicis] dicis enim *Σ* || sepius *ΣTΦX*[b]*Ψ* sepiui *X*[a] 12 una *T*[1] 14 ammonuit *TΦX* 16 forsitam *X* 20 deuicta (i *in ras.*) *Ψ* 22 de cuius] Decus *T* || cuius] *ΣX* eius *ΦΨv*

per gratiam, quae data est mihi, omnibus qui sunt
inter uos: non plus sapere quam oportet sapere,
sed sapere ad sobrietatem, et unicuique, sicut
Deus diuisit mensuram fidei. deinde ad Corinthios 7
praedicat: diuisiones uero gratiarum sunt, idem
autem spiritus; et diuisiones operationum sunt,
idem autem Dominus; et diuisiones ministrationum
sunt, idem uero Deus qui operatur omnia in omnibus,
et post enumerationes plurimas gratiarum atque uir-
tutum subicit: haec autem omnia operatur unus atque
idem spiritus, diuidens singulis prout uult. deinde 8
per conparationem membrorum in corpore hominis manifestat
corpus unitatis Ecclesiae ex disparibus operum modis in unam
perfectionis conuenire concordiam, probans nullum penitus
esse membrorum, quod non egeat alterius ope atque conpage,
ipso domino capite constituto, in quo sunt omnes sensus
ac thesauri sapientiae ac scientiae absconditi.
unde et nobis dedit sensum, per quem sciremus, 9
quod est Verbum in Christo Iesu, in quo est omnis pleni-
tudo diuinitatis corporaliter; in quem iuxta testi-
monium Iohannis descendens Spiritus Sanctus et permanens
in ipso, esse Dominum declarauit. itaque si et nemo habet, nisi 10
qui a te petit, et nemo nisi secundum diuisionem mensuramque
accipit et, qui acceptum habet, ad ipsum custodiendum alieno
eget auxilio: qua, rogo, amentia sibi de plenitudine promittit,
qui in singularitate non sufficit? de Domino euangelista 11

AVCTORES 5 *Cor. 1, 12, 4—6* 10 *Cor. 1, 12, 11* 16 *Coloss. 2, 3* 18 *Ioh. Ep. 1, 5, 20* 19 *Coloss. 2, 9* 21 descendens — 22 ipso *Ioh. 1, 32* 23 qui a te petit *Matth. 5, 42*

4 |fidei — 5 p̃di *in ras. m. 1* *Σ* || chorinthios *ΦX* 7 ministrationum] operationum *Φ*ᵃ 8 *haec* idem uero deus — 9 enumerationes plurimas *om. TΨv* 12 comparationem *ΣXΨ* 13 ex *om. hg* 14 nullam *Σ* 15 menbrorum *X* || opere *TΣ* operum *ΦX* || compage *XΨ* 16 quo sunt] *ΣΦX* quo *TΨv* 17 et scientiae sunt absconditi *v* 22 in ipso] *Ψv* in ipsum *ΣTΦX*ᵃ ipsum (*addita interp. ante* ipsum) *X*ᵇ; *fort. corr.* in ipso ipsum || si et] *ΣTΦX* et si *Ψ* si *v* 23 qui] quia *v* 24 accepit *fshg* || alienum *Φ*ᵃ

testatur: erat autem lux uera, quae inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. dicit uero Dominus apostolis suis: uos estis lux huius mundi. ibi in solo Domino lux tota, quia uera: hic in cunctis apostolis
12 lux quidem, sed de luce quae tota est. et cum hoc in apostolis ita est, in quorum electione uniuersum Ecclesiae corpus adsumptum est, quid nos — nos, inquam, et singuli — quid post eos uideri possumus, nisi secundum apostolum Petrum homines ignari credentes tantum per fidem euangelico propheticoque sermoni, tamquam lucernae lucenti in cali-
13 goso loco? quasi inlustrati etiam ipsi persuademur, ut praeparatae in operibus bonis sint lucernae ardentes in manibus nostris, quae multimodis temptationibus fatigatae
p. 605 et defectu 'semper proprio et uerbere periclitantur alieno. unde et Dominus in Euangelio ait: et si ipsa lux, quae in nobis est, tenebrae sunt: ipsae tenebrae quantae erunt?

18 Sed concedo, ut hoc, quantulumcumque lumen est, indeficienti usque in finem uigore permaneat, id est donum illud, quod sortitus est specialis gratiae, non amittat — alioquin plenitudo lucis adsistit in toto, caligo non remanet: caliginem autem dico insipientiae de peccati sordibus accidentem — quid si conpetens ratio est, ut quantum de luce

AVCTORES 1 *Ioh. 1, 9* 3 *Matth. 5, 14* 9 credentes — 11 loco *Petr. 2, 1, 19* 12 *Luc. 12, 35* 15 *Matth. 6, 23*

1 illuminat *ΣΨ* 4 tota *in ras.* *Ψ* 6 electionem *ΣΦX* 7 quid post] qui post X^a 10 tanquam *Ψ* || lucerne *Φ* || caligoso] *ΣTΦX* caliginoso *Ψv* 11 quasi] *ΣTΦXΨ* qua *cfsg* quum *h* || illustrati *Ψ* 12 preparatae *Φ* || *post* bonis *trium litt. spat. relictum in* *Φ* || lucerne $Φ^1$ 13 urĪs (*i. e.* uestris) *X* || fatigare $TΦ^1$ 14 defecto $TΦ^1$ || semper] p *X* || pereclitantur $Σ^1$ 16 tenebre *Φ* || sunt ipsae tenebrae *om.* *ΣTΦX* || quante *Φ* 17 erunt] *Ψv* sunt *ΣTΦX* 18 est *om.* *Σ* 19 ıd *corr. in* ıdē· *m. 1* *Φ* Jdē (*quod tam* idem *quam* id est *significare potest*) *Σ* || donum] domum *sic* *T* 20 alioquin] aliquando *Ψ* Alioquin si *Σ* 21 assistit *Ψ* 23 competens *Ψ*

defuerit tantum de caligine supersit? porro autem difficillimum 2
est, ut offendiculum caligo non habeat. necesse est homini,
in quantitate luminis et in reliquiis caliginis constituto, uolenti bonum et non effugienti malum, et subsistere adiutorium
et non deesse peccatum. quod si cuiquam obscure dictum 3
uidetur, accipiat exemplum conuersationis humanae. duo singuli habent dona diuersa, unus ut sit humilis in silentio, alter ut sit suadibilis in docendo. ille, cui silentium cordi est, si forte poscatur rationem de fide reddere, putasne nullam in disserendo patietur offensam? aut si is, cui doctrina in docendo commissa est, si de arrogantia castigetur, putasne nullam adsumit in
humilitate fallaciam? aut facile arbitraris, ut simplex scur- 4
rilitate careat, laetus uerbo, sollicitus iracundia, patiens neglegentia, mitis pigritia, doctus iactantia, submissus inuidia, extra illam, quae est omnium bonorum operum caligo generalis, uanae gloriae concupiscentiam. quodsi hoc pie sancteque 5
intellegitur, unusquisque nostrum adsumat conparationem, ut magis semet ipsum in melioris praelatione condemnet quam in minoris despectione iustificet. ita demum inuicem membra sociabit, praecipue si, una caritate ueluti pelle ossa circumdante neruisque iunctis indigentia, sui conscius homo hanc ipsam quam habet gratiam donum intellegat esse non debitum et magis ex eo unde accepit glorietur in Domino quam unde

3 reliquis ΣΦ^a Ψ^a 5 cuiquam (cui *in ras. 4 circ. litt.*) Ψ
9 *haec* in disserendo — 11 castigetur putasne nullam *om. v* || diserendo ΣΤΦ 10 si is] ΣΧΨ si*is Φ si his Τ 11 adsumit (t *eras. et in marg. ..*) Ψ 12 humilitatē (˜ *erasum*) ΦΧ || fallatiam Σ || *uerba* facile — 13 Lętꝯ *om. sed in marg. inf. add. m. 1 X* || **arbitraris Φ || ut *in ras.* Ψ || scurilitate Ψ 13 letus Σ laetus hoc *sed* hoc *expunctum* Φ || negligentia Ψ 14 submissus (sub *in ras.; in marg.* sum *praescriptum*) Ψ summissus ΤΦΧ sūmus Σ 15 genera| Σ[1] 16 sanctaeque Φ 17 intelligitur Ψ || assumat Ψ || comparationem ΣΨ 18 condempnet ΣΤΦΧ 19 despectione] ΣΧ dispectionē (˜ *eras.*) Φ dispectatione ΤΨ despectatione *v* || menbra Χ 20 sociebit Φ || precipue Σ praecipuæ (a *altera erasa*) Φ || caritas ΣΤΦΧ || circundante Χ 21 conscius] conscius sui *sed* sui *erasum* Φ
22 intelligat Ψ || debitum] ΣΦΧΨ dubitum Τ meritum *v*

6 non acceperit irascatur. nos enim cum essemus naturaliter
filii irae propter delictum nostrum, facti sumus filii mi-
sericordiae propter clementiam Domini, nihil digni nisi damna-
tione. non ingeramus Domino de non accepto querellam
sed de accepto gratiam repensemus gloriam solo illi creatori
redemptorique nostro Domino Iesu Christo, quem posuit
p. 606 Deus pro|pitiatorem in sanguine suo, ut in nomine
eius omne genu curuetur caelestium et terrestrium
et infernorum, quem in illa praedicta potestate iudicantem
7 omnis caro uideat et cui omnis lingua fateatur. unde et
apostolus ait: ideo contendimus siue absentes siue
praesentes placere illi. omnes enim nos mani-
festari oportet ante tribunal Christi, ut referat
unusquisque propria corporis prout gessit siue
bonum siue malum; et alibi: omnes enim stabimus
8 ante tribunal Dei. Paulus apostolus dixit etiam se sta-
turum ante tribunal Dei et propria corporis prout gessit cum
ceteris redditurum; contra autem Pelagius confidenter audet
dicere: 'ita consummo uniuersam in carne perfectionem, ut de
9 iudicis bonitate nihil sperem'. iusti in illa die iudicis operum
suorum glorias audientes, adhuc tamen uelut ignorantes,
interrogabunt: Domine, quando te uidimus et haec

AVCTORES 1 nos — 3 Domini *Ephes. 2, 3 et 4* 6 *Rom. 3, 25* (*cf. Oros. infra 25 § 4*) 7 ut in nomine *sqq. Philipp. 2, 10* 11 *Cor. 2, 5, 9 et 10* 15 *Rom. 14, 10* 22 *Matth. 25, 37*

1 enim] autem *Ψ* 2 ire *Φ* || sumus filii] sumus *ΤΦΨh* 3 nichil *ΧΨ* || dampnatione *ΤΦΧ* 4 ingeramus (*litterae* nge *in ras. m. 1*) *Χ* ignoramus *ΣΤΦ*[1] || domino de] dño·de (o *in ras. et* de *s. s. m. 2*) *Φ* domine *ΣΤ* || quaerellam *Τ* querelam *ΣΧ*[pr] *Ψ* 5 gloriam] *ΣΤΦΧ* gloriamque *Ψv* || solo] *ΣΤΦΧ* soli *Ψv; cf.* toto *Hist. 3, 1 § 6; 3, 20 § 11; 6, 5 § 11* 6 christo] christo tribuamus *v* 7 propitiatorem (iti *in ras.*) *Ψ* 8 eius *in ras. Ψ* || genu* (*eras.* s) *Φ* ||. curuetur] flectatur *Ψ* || caelestium et] celestium *Ψ* 9 iudicantem] *Ψv* iudicē (ē *ex* a *ut uid. corr.*) *Φ* indicet *ΣΤΧ* 10 cui omnis] cui om̄is (*alterum* i *ex corr. add. m. ut uid. 1*) *Φ* 12 presentes *Φ* || illi] ei *Φhg* 14 corporis] xpī *Σ*[1] 17 *ad uersum* dei et — 18 ceteris red *in marg.* ł *Ψ* 19 pfectiōē . ut (ē . ı *in ras. m. 1*) *Χ* || ut (t *in ras. unius litt.*) *Φ* 20 nichil *ΧΨ*

fecimus tibi? et hic noster scientissimus legis agnoscit
quo die, qua hora, quo momento ultimam sedem, ultra quam
non sit alia plenissimae sanctitatis, intrabit!
Aut forsitan reclamat et loquitur: ‘recte mihi haec amentiae, 19
ut non dicam superbiae, ingererentur obprobria, si dicerem sine
adiutorio hominem posse esse sine peccato; nunc autem adiu-
torium *Dei, cui* nihil difficile, adsero. an tu fortassis Dei adiu-
torium negas?’ concedo paulisper calumniae tuae, ut, dum quod 2
in te conuincere uolo in me uidear detegere, inueniamur simul
et ego in mei defensione purgatior et tu in tua confusione
manifestior. mea semper haec est fidelis atque indubitata 3
sententia, Deum adiutorium suum non solum in corpore suo,
quod est Ecclesia, cui specialia ob credentium fidem gratiae
suae dona largitur, uerum etiam uniuersis in hoc mundo
gentibus propter longanimem sui aeternamque clementiam
subministrare, non — ut tu adseris cum discipulo tuo Cae- 4
lestio, cui iam apud Africanam synodum occulta illa impiorum
dogmatum natura contusa est — in solo naturali bono et in
libero arbitrio generaliter uniuersis unam gratiam contributam,
sed speciatim cotidie per tempora, per dies, per momenta, per
atomos et cunctis et singulis ministrare. dicit enim Scriptura:
qui facit solem ¹suum oriri super bonos et malos. p. 607
at tu forte respondes: ‘ordinem suum conposita bene natura 5
custodit ac per hoc Deus elementariis semel cursibus con-

AVCTORES 22 *Matth.* 5, 45

1 legės (*sic*) Φ 4 aut] at Σ ‖ amentia *h* 5 opprobria Ψ ‖ docerem (*supra* o *scr.* ł i *ab ead. m. quae corrigenda in margine notare solet*) Ψ 6 adiutorio] adiutorio Dei *v* ‖ adiutorium] quum adiutorium adiicio *v* 7 Dei cui *addidi* (*Genes.* 18, 14), *om. add. et edd.* ‖ nichil Ψ ‖ assero $\Sigma\Upsilon\Phi^{2}X\Psi$ ‖ tú* (*eras.* i) Φ ‖ adiutorium] auxilium Ψ 8 calumni&uae Σ 12 dęus (*sic* dš) Σ 13 ẹ̄ (. *fortuitum esse potest*) Φ ‖ special'r ('r *e corr.; in marg.* ł *et mox* -l'r *notatum*) Ψ ‖ fidem (*supra* f *infraque emendatio erasa*) Ψ ‖ *gratie (q̄ *fort. aut* q̇ *eras.*) Ψ 16 sumministrat ΣΥΦΧ ‖ asseris $\Sigma\Upsilon\Phi^{2}\Psi$ ‖ caelestio] ΥΦ celestio ΣΧΨ 17 cui] cū Σ^{1} ‖ affricanam Ψ ‖ sinodum ΥΦΧ 21 athomos ΣΥΦΧΨ ἄτομας (*sic*) *cfhg* atomas *s* ‖ & singulis] singulis Σ^{1} 22 orire Υ^{1} 23 composita ΧΨ

stitutis facit inde, quia fecit'. quid ergo de illa sententiae parte, quae sequitur, opinaris? dat pluuiam super iustos et iniustos. utique qui dat, cum uult dat et ubi uult dat, uel dispensando dispositam constitutionem uel effundendo
6 propriam largitatem. ac ne secundum amentiam impietatis tuae etiam hoc euacuare mediteris, audi prophetam super hac ueritate testantem: qui aduocat aquas maris et effundit eas super faciem terrae, Dominus nomen est illi. quid uero dicam de spe uera generis humani, quia omnis qui arat, in spe arat. sperare autem non est
7 possibilitatis propriae sed largitatis alienae. cum autem quis seminauerit iactamque sementem in sinu terrae cultor absconderit, non habet ultra quod faciat nisi ut oculos tendat ad caelum, oret non terram cui commisit sed Deum cui credidit, ut labores eius uel matutino uel serotino imbre fecundet. et, ut spiritali testimonio etiam ad communes usus perfruar, neque qui plantat neque qui rigat quicquam sunt
8 sed qui incrementum dat Deus. quantum ergo de Dei adiutorio gaudeam, per *id* metire, quod ministrari per singula etiam gentibus probo: ut manifestum nobis esset, quem usque in finem cauere et quem sine cessatione inuocare debeamus.

20 Diabolus interrogatur a Domino: unde ades? at ille respondit: circumien's terram et peragrans quae sub caelo sunt adsum. rogo te: sollicitudo ista diaboli bonae uoluntatis an malae est? fatearis necesse est: omnino malae. hoc enim et sequens expostulatio eius ostendit.
2 manifestatio ista diaboli tempore Iob facta est, scilicet tem-

AVCTORES 2 *Matth. 5, 45* 7 *Amos 5, 8* 10 *Cor. 1, 9, 10* 17 *Cor. 1, 3, 7* 22 *Iob 1, 7*

1 quia] *ΣΤΦΧ* que *Ψ* quae *v* || fecit] *ΣΤ* facit *ΦΧΨv* 6 euacuere *Φ*[1] 9 quia] qua *Σ* 10 est] sit *ex* est (*?*) *corr. Ψ* 11 quis] qui *Τ* 12 terre *Φ* 13 ultra] aliud ultra *ΦΧ* || quod] quid *Ψ* 15 laboris *ΣΤΦ*[1] || ymbre *Ψ* 16 spāli *Χ* || etiam testimonio *Ψ* || **omnes (*in marg. quoque ras.*) *Ψ* 19 adiutorium (um *in* o *corr. m. 1 aut 2*) *Φ* || per id metire] *v* permetire *ΣΤΦΧΨ* || per singula] singula *hg* 23 respondens *ΣΤΦΧ* 24 assum *Ψ* || ″diaboli ″ista *Ψ* 25 bone *Φ* || male *Φ* 26 mala *ΤΦΧ*

pore Moysi. certe tunc nulla Iudaea, nulla Hierusalem, nulla
per Orbem Ecclesia erat. adhuc uniuersa gentilitas Dei
notitiam non habebat et iam tamen diabolus circumiens terram
omnia quae sub caelo sunt peragrabat atque ad seducendum
et disperdendum humanum genus incessabili malitiae suae
sollicitudine ferebatur. itaque cum uideas hominibus ignaris 3
tantam diaboli in disperdendum incubuisse nequitiam, nullamne
credis Dei in custodiendo gra'tiam praefuisse? aut forte p. 608
frustra dictum putas: Domini est terra et plenitudo
eius, orbis terrarum et uniuersi qui habitant in
eo. at uero, ut adesse adiutorium Dei et per singula et per 4
singulos manifestius probes, en ipse diabolus dum testatur de
uniuersitate, de uno interrogatur: animaduertisti, inquit
Deus, in puerum meum Iob, quia non est quisquam
similis illi super terram? nouit speciatim unumquemque 5
Dominus, nouit et diabolus; ille potestate naturae, iste labore
nequitiae; iste ut temptet, ille ut probet. Iob contradicente
aduersario a creatore laudatur. uult Dominus opus iudicare
hominis, quod ipse operatur in eo, at uero de adiutorio etiam
diabolus confitetur. dicit enim: nonne tu circumsaepsisti
quae sunt extra domum et intra domum eius? ex- 6
petente inimico famulum suum Deus spoliat per temptationem,
non nudat, aufert substantiam et dat gratiam: ecce, inquit,
omnia quaecumque habet do in manu tua, sed ipsum

AVCTORES 9 *Psalm. 23, 1* 13 *Iob 1, 8* 20 *Iob 1, 10* 23 *Iob 1, 12*

1 iherlm *X* ierl'm *Ψ* 3 tamen (*supra* a *et in marg. ras.*) *Ψ* || circuiens *Ψ* 5 disperdendum] *ΣΦX* dispergendum *ΥΨv* 7 in disp. incub. neq.] incubuisse nequitiam in disperdendum *v* || disperdendum] dispergendum *ut uid. ante corr.* *Ψ* || nullamne] $Σ^2$ nullam in $Σ^1ΥΦ^a$ nullam $Φ^bX$ nullam hinc *v* 11 eo] ea *fsgh* || et per singula *om. h* 12 probes] probem *Σ* 13 animaduertisti] ti *finales in duarum litt. ras.* *Φ*, i *fin. ex* e *corr.* *X* || inquid *Φ* 18 uult] uult enim *Σ* || iudicare *fort. in ras.* *Ψ* 19 ad $ΥΦX^{ar}$ at (t *in ras.*) *Ψ* 20 circumsaepisti (-ep- *Ψ*) $ΣΥΦ^aX^aΨ$ 22 inimica *Υ* 23 & dat grам *in ras.* *Ψ* || inquid *ΥΦ*

noli tangere. parum est hoc. inuidus furit, mortem conatur
inducere, sed e contrario dispensatione Dei mouetur, gratia
non aufertur; expetita praedoni praeda permittitur et rursus
praedae suae custos adhibetur. dicitur enim ad eum: ecce
trado eum tibi, tantum animam ipsius custodi.
7 nemo ex hoc aestimet diabolum ad seducendam in corpore
tantummodo animam laborare nisi etiam ab ipso corpore uel-
lendam, si non saucium infirmumque hominem miserentis Dei
tutela muniret et obuia cunctis insidiarum eius conatibus
semper occurreret.

21 Habes, ut arbitror, etiam in gentibus sufficientem cooper-
antis gratiae probationem: accipe manifestam quoque signi-
ficantiam de illo praecipuo dono, quod Ecclesiae et corpori suo
2 peculiare largitur. Paulus apostolus ad Corinthios scribit:
gratias ago Deo meo semper pro uobis in gratia
Dei, quae data est uobis in Christo Iesu: quia in
omnibus diuites facti estis in illo, in omni uerbo
et in omni scientia, sicut testimonium Christi con-
firmatum est in uobis: ita ut nihil uobis desit in
ulla gratia. et iterum: iustificati igitur ex fide
pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum
p. 609 Iesum Christum: per quem accessum habemus fi|dei
8 in gratia ista, per quam stamus et gloriamur. unde

AVCTORES 4 *Iob 2, 6* 15 *Cor. 1, 1, 4—7* 20 *Rom. 5, 1 et 2*

1 hoc *om. v* || conatur *ante lin. add. in X* 2 e] i *in* e *corr. m. 1 aut 2 Φ* || mouetur] amouetur *Σ* 3 permittitur] X^{b} *coni. h* praemittitur $ΣΦX^{a}Ψ^{a}$ premittitur *Υ* promittitur $Ψ^{b}$ praemitur *cfsh* promitur *h coni., g* || et *ante* 4 eum *exhibet h* (*typogr. errore*) 5 ipsius] *ΣΦX* eius *ΥΨv* 6 seducendã (dã *in ras.*) *Ψ* seducendum *Υ* 7 ab] ob *Σ* 12 significationem *Σ* 13 praecipue *v* 14 ad cor. scr.] scribit ad corinthios *Υ* 19 uobis nihil (nichil *Ψ*) *ΥΨ* || nichil *X* || in ulla] innulla $Σ^{ar}$ 21 habeamus *in ras. m. 1 Σ* || ad deum *om. X* || *haec* per dominum nostrum ihm̄ xp̄m . p̄ quem accessum habemus *omissa in marg. add. m. ut uid. 1 X* 22 quem] quem et *Ψv* || fidei] fidei Dei *h*

et Petrus apostolus admonet dicens: recipientes finem
fidei uestrae, salutem animarum. de qua salute ex-
quisierunt atque scrutati sunt prophetae, qui de
futura in nos gratia Dei prophetauerunt. ex quo
euidentissime declaratum est, nemini hominum Dei deesse
adiutorium, praesertim cum et seductor insistat et insit in-
firmitas.

Confusa euacuataque calumnia est caeci arguentis, qui ait: 4
'forte tu Dei adiutorium negas?' sed, quoniam de Iob fecimus
mentionem et superiori testimonio recensum est Domino di-
cente homo sine crimine, uerax Dei cultor, abstinens
se ab omni malo — solet enim a uobis saepissime dictitari 5
ad probandum hominem sine peccato posse esse, quia fuerit,
hoc est, quia et Iob testimonio Dei homo sine crimine est
dictus et uerax et Zacharias sine querella in euangelio
probatus ostenditur —: dixit Dominus de Iob homo sine cri- 6
mine, numquid dixit 'sine peccato'? peccatum enim cogitatio
concipit, crimen uero non nisi actus ostendit. esse etiam sine
querella eorum cognitioni iudicioque adscribitur, quibus in
promptu est, in facie quidem mansuetudinem aspicere sed
cordis bella nescire. unde et Paulus confidenter iubet dicens 7
oportet enim episcopum sine crimine esse; et alibi
generale dat testimonium Corinthiis atque adserit: ita ut
non indigeatis in ulla gratia, expectantes reue-
lationem Domini nostri Iesu Christi: qui et con-

AVCTORES 1 *Pet. 1, 1, 9 et 10* 11 *Iob 1, 8* 15 *Luc. 1, 6* 22 *Tit. 1, 7* 23 *Cor. 1, 1, 7 et 8*

1 finem] $\Phi^2\Psi v$ fidem $\Sigma\Upsilon\Phi^1 X$ 5 euidentissimo $\Upsilon\Phi X^a$ || deesse dei v 8 est calumnia v || ceci $\Sigma\Phi$ 10 et] dicamus quod et Ψv || *ad uersum* -nem et — dicente *in marg. m. ut uid. 1 adscr. est* NOTA (*monogr.*) *ad testimonium fort. spectans* X || recensum] $\Sigma\Upsilon X$ recensū** Φ^2 recensitū Φ^1 *ut uid.*, v 12 uobis (*supra* u *infraque ras.*, *emendationis ut uid.*; *in marg. ras.*) Ψ 14 dei *om.* Ψ 15 et zacharias] zacharias Σ || querela $\Sigma X^{pr}\Psi^{pr}$ queræla Ψ^{ur} || euuangelio Υ 16 ostendetur Ψ 17 nunquid Ψ 19 querela $\Sigma X^{pr}\Psi$ || ascribitur $X\Psi$ 20 promptum ΥX^{ur} 21 cordas Υ^1 23 asserit Ψ 24 in ulla] $\Sigma\Upsilon\Phi X$ ulla Ψv

8 firmabit uos usque in finem sine crimine. ecce Paulus quos testimonio suo usque in finem confirmat esse sine crimine, mox eosdem in eadem epistula corripit scribens: iam quidem omnino delictum est in uobis, quod iudicia habeatis inter uos. sub uno titulo iisdemque personis ecce sine crimine, ecce delictum: unde declarat, non statim sine
9 delicto adseri quem uideas sine crimine nominari. dixit enim et Dominus Iesus: uenit Iohannes non manducans neque bibens. et iterum scriptum est: esca illius erat locusta et mel siluestre. numquid ex alterutro aut Iohannes non manducasse aut Dominus fefellisse credendus
p. 610 est? sed e contrario in utroque ueritas 'est, quia et Iohannes in substantiam carnis escae aliquid sumpserit et rursum uere dixerit Dominus in Iohannem, nec cum ceteris nec id manducasse quod ceteros, probans se Scripturasque sanctas occul-
10 tata saepe scientia Dei hominum manifestare sententias. quamobrem obsequenter accipitur, quotiescumque Scriptura commemorat et iustum et sine querella, pro captu temporis et secundum iudicia hominum dici, non secundum illud ultimum iudicium Dei, cui uniuersorum conscientia subicitur et lingua omnium confiteatur.

22 Denique liquido intellege, quia iustificatio Iob passionumque eius in carnem permissio prouido consilio Dei confusionem diaboli arrogantis operata est, ut, dum homo de honore crea-

AVCTORES 3 *Cor. 1, 6, 7* 8 *Luc. 7, 33* 9 *Matth. 3, 4* 20 *Is. 45, 23; Rom. 14, 11; Philipp. 2, 11*

3 epła ΣΦΧΨ 4 inditia Υ 5 hisdemque Σ^{ac}ΥΦΧΨ 6 crimine (*supra* e *ras.*) Ψ || delictum (*supra* t *ras.*) Ψ 7 asseri ΣΥΦ^{2}ΧΨ (a *ex* si *corr. uid.* Ψ) 10 siluestre (re *ex corr.*) Φ || nunquid Ψ || aut] at X^{a} 15 scribturasque Υ scripturas** (q· i. e. que *eras. uid.*) Χ scripturas Σ^{1} 18 querela ΣX^{b}Ψ || captu] caput Σ^{1} 19 secundum iudicia hominum dici non] secundum hominum (hominem *c*) dici non Ψ*c*, *om.* Υ*fshg* || illud *om.* Σ 21 confiteatur] ΥΦX^{ac} confitetur ΣX^{pr}Ψ*v* 22 intellige Ψ 23 praemissio Σ p̄missio *in ras. 5 aut 6 litt.* Ψ

toris ipso Domino probante laudatur, infidelitatis notam
declinans angelus puniretur. rursus autem ne famulo suo 2
grauiorem plagam faceret, dum sanaret, et per curam carnis
animae uulnus infligeret, hoc est, ne beatus Iob tanta tem-
ptatione superata duplicatisque omnibus et restitutis in su-
perbiam elatus in iudicium incideret diaboli, admonetur ab
occultis suis, ut etsi a foris de iustitia laudaretur, intus tamen
ei se sciret subditum esse debere, *a quo custodiretur*.
dicit enim ad eum Dominus: quis est hic qui celat me 3
consili*um*, continens sermones in corde, et me
putat latere? accinge tamquam uir lumbos tuos.
interrogabo, tu autem responde mihi. ubi eras,
cum fundarem terram? indica mihi, si nosti sci-
entiam. et post multam docendo correptionem uel corripiendo 4
doctrinam respondens Iob Domino dixit: quid ego
iudicor commonitus et increpitus a Domino, audiens
talia cum nihil sim?

Talis et Zacharias, homo sine querella, dignus honore 5
hominum, dignus testimonio Scripturarum, quem aliqua iam,
ut arbitror, ex hoc inflatio titillabat, incipiebatque plus credere
famae quam conscientiae, per corripientem angelum nota in-
fidelitatis arguitur et temporario silentio castigatur. unde et 6

AVCTORES 9 *Iob 38, 2—4 sec.* LXX 15 *Iob 39, 34 sec.* LXX

1 notă (˜ *eras.*) *X* 4 anime *Σ¹Φ* || affligeret *Ψ* 5 et restitutis] restitutis *Φ*ᵃ 6 in iudicium] et iudicium *fsh* 7 ocultis *X* || a*foris (*eras. uid.* f) *Ψ* 8 debere a quo custodiretur] *v* debere***** (*dignoscuntur reliquiae his litteris similes* C*bu*) *Φ* debere *ΣΤΧΨ* 9 hic *om. ΣΤ* || cęlat (*fort.* ̨ *ex corr. add.*) *Σ* 10 consilio *ΣΤΦΧ* 11 latęre *Φ²* || accingere *ΤΦΧ* || tanquam *Ψ* 13 sci*entiam (*littera unius lineae erasa; i an* l *?*) *Ψ* 14 multa *X* || docendo] *ΣΤΦΧ* docendi *Ψv* || corripiendo] *ΣΤΦΧ* corripiendi *Ψv* 15 ego] *ΣΦXg* ergo *ΤΨcfsh* 16 increpitus] *ΣΤΦΧ*ᵃ increpatus *X*ᵇ*Ψv* || increpatus a Domino] LXX: *ἐλέγχων κύριον, sed ἐλεγχόμενος ὑπὸ κυρίου codex Alexandrinus; 'quemadmodum hic Orosius ita quoque legit S. Augustinus, ut adnotat Nobilius' g* 17 nichil *X* 18 querela *codices* 19 dignus testimonio] testimonio *Ψ* 21 fame *Ψ* famam *ΣΤΦΧ* || conscientie *Ψ* conscientię̄ (*sed* ę *eras.*) *Φ* conscientiam *ΣΤΧ*

Paulus dicit: itaque qui se existimat stare, uideat ne cadat. et quasi forma hominum de se ipse pronuntiat dicens: castigo corpus meum et in seruitutem redigo:
p. 611 ne forte, cum aliis praedicauerim, ipse re|probus efficiar. ita sine crimine dici quemquam et sine querella non est perfectionis testimonium sed conuersationis exemplum.

23 De inmaculato autem ubicumque Scriptura pronuntiat; sicut Dauid ait beati inmaculati in uia, qui ambulant in lege Domini, sana doctrina traditum reor, quia uere beati sint qui sunt inmaculati in uia, hoc est perfecta fide in ueritate gradientes, non declinantes haeretica prauitate neque in
2 dexteram neque in sinistram. uia Christus est, qui per Spiritum Sanctum ducit ad Patrem. igitur qui sine macula atque lepra nec conuiolatus ab his, quorum sermo serpit ut cancer, uenerandae gloriam Trinitatis audit credit in-
3 tellegit, beatus in fide inmaculatusque consistit. ex quo etiam dicitur ad Abraham: ambula coram me et esto sine macula. necessario enim Abraham — qui credidit Deo et reputatum est ei ad iustitiam; ut sit in eo quo credidit, uidit et gauisus est — perfectus ac sine macula commonetur, multarum gentium pater constitutus in fide et fidelium sinus, in requie ut simus omnes, qui spe-
4 ramus in Deo cum fideli Abraham. beati inmaculati in

AVCTORES 1 *Cor. 1, 10, 12* 3 *Cor. 1, 9, 27* 9 *Psalm. 118, 1* 13 *Ioh. 14, 16* 15 *Tim. 2, 2, 17* 18 *Gen. 17, 1* 19 *Rom. 4, 3 et 22* 21 *Ioh. 8, 56* 22 *Gen. 17, 5 et Rom. 4, 18* 24 *Psalm. 118, 1*

1 ęstimat $\Sigma^2 \Phi X$ estimat Σ^1 2 pronunciat *Σ* 5 efficiar *in ras.* *Ψ* || dici*****| (i *in ras. m. 2; fuisse* dicere quē *uidetur*) *Σ* || querela $\Sigma \Phi^{pr} X \Psi$ 8 immaculato *Ψ* 9 dauid] *sic* đđ *Υ* || immaculati *Ψ* 10 uere***|| Beati (*eras. ut uid.* bea; Bea *m. 2 ante uersum*) *Σ* 11 immaculati *Ψ* 12 heretica *codices* || in] ad *Ψ* || in] ad *Ψ* 14 dicit $\Sigma^1 \Upsilon \Phi^a$ 15 lępra (ę *ex* e *m. 2*) *Σ* || conuolatus Ψ^a 16 intelligit *Ψ* 17 immaculatusque *Ψ* 18 dicit *Σ* || ad *om.* *ΥΦX* || abraahm (*sic*) *X* 19 abraam X^a 20 reputatus *Υ* || ei] illi *Ψ* || quo] *ΥΦX* quē *Σ* quod *Ψv* 21 perfectus] perfectus esse *v*

uia, scriptum est; per fidem enim ambulamus non per speciem. at uero si uis de inmaculato qualem Dauid orans quaerit audire, uanam possibilitatis tuae depone fiduciam, et prostratus in precibus cum propheta oratione coniungere, flens pariter ac dicens: delicta quis intellegit? ab occultis meis munda me, Domine, et ab alienis parce seruo tuo. si enim mihi non fuerint dominati, tunc inmaculatus ero. infelix ego homo delicta, quae 5
nondum intellego, quando uitabo? Petrus diligit Christum nec umquam a dilectione declinat, testimonio dilectionis Domini nunc petra fundamenti Ecclesiae constituitur, nunc satanae uocabulo deprauatur. unum atque idem semper operanti nunc dicitur non reuelauit hoc tibi caro et sanguis, sed pater meus, qui est in caelis, nunc rursus ingeritur non sapis quae Dei sunt, sed quae sunt hominum. apostolus diligendo electus est diligendo confusus, habens pro 6
nimio amore peccatum. siquidem adnuntianti de passione sua Domino amoris inpatientia dixerat: 'propitius tibi esto, p. 612
Domine; non erit istud tibi.

O miseriam miserorum! si Petrus in aliquo Christum amando 24
peccauit, delicta quis intellegit? clamat propheta et clamat in Spiritu Sancto, clamat ille, de quo dixerat Dominus manus mea auxiliabitur ei et bracchium meum con-

AVCTORES 1 per fidem *sqq. Cor. 2, 5, 7* 5 *Psalm. 18, 13 et 14* 11 petra — constituitur *Matth. 16, 18* || satanae *Matth. 16, 23* 13 *Matth. 16, 17* 15 *Matth. 16, 23* 18 *Matth. 16, 22* 21 *Psalm. 18, 13* 23 *Psalm. 88, 22 et 23*

2 quis *ante ras.* Φ || immaculato Ψ || ****qualem (*eras.* ille) Φ qualem (a *ex* o *aut* e *corr.*) Ψ 4 p̄cibus ΣΦ || propheta* (*ante ras. uid. fuisse* prophetæ) Φ || orationem X 5 intelligit Ψ (*sic* i *ubique*) || ocultis X 6 par||ce (par *in ras. m. 1*) X 8 immaculatus Ψ 10 unquam Ψ || a] ad *ante ras.* Φ || dilectione] dilectionē Φ^1 11 nunc petra] nec petra Υ || satane ΥΦ sathane Ψ 13 non] nunc $\Sigma^1\Upsilon$ || reuelabit $\Upsilon\Phi X^1$ 15 quae sunt *om.* Ψ 17 annuntianti ΣΦXΨ annontianti Υ 18 dn̄o (o *ex* v̄ *ut uid. corr.*) Ψ || impatientia Ψ || tibi esto] esto tibi Υ 19 illud *hg* 20 miseriam] *hg* miseria *codices, cfs* 23 brachium *codices*

fortabit eum et nihil proficiet inimicus in eo, et
quid clamet adtende: ab occultis meis munda me, Do-
2 mine. Dauid ille electus secundum cor, ille, quem pro-
misit Deus facturum omnes uoluntates suas, ille, quem
unxit in regem, ille, quem prophetici spiritus sanctificatione
donauit, stupens in obreptione peccaminum clamat ad Dominum
et ut ab occultis suis mundetur implorat et dicitur ei a Domino
in alio loco: non aedificabis domum nomini meo, eo
quod sis uir bellator et sanguinem fuderis, quasi
uero sordium abolitione cunctarum ita emundare eum nequi-
3 uerit, ut dignum digno operi praepararet. Dauid usque ad
mortem non emundatur, sed praelato in templi structione sibi
filio se ipse condemnat; et Goliath cum armigero suo calumni-
atur mihi, cur Dominus non faciat in eo, quod numquam
4 fecit in saeculo! dicit et Ecclesiastes: nihil sub sole nouum,
nec ualet quisquam dicere: ecce hoc recens est;
iam enim praecessit in saeculis quae fuerunt ante
nos; et nouorum dogmatum instructor adfirmat: potest fieri,
quod numquam factum est! non requiras utrum fuerit, quod
5 posse non ambigas. aedificari domum uoluit Deus nomini suo et
hoc, ut non nisi innocens et bene inmaculatus exstrueret. duo ad

AVCTORES 2 *Psalm. 18, 13* 3 *Reg. 1, 13, 14 et Act. 13, 22* 4 *Act. 13, 22* 8 *Paralip. 1, 28, 3* 13 Goliath cum armigero suo *cf. 2 § 5* 15 *Ecclesiastes 1, 10*

1 nichil *XΨ* || inimicus• *Φ* || eum *ΣΥΦ*ᵇ*X* 2 clamat *ΥΦX* || attende *ΣΨ* || ocultis *X* occl'u (*sic! altera* i *ex* s *corr.*) *Ψ* 4 quem] *sic* q̊ *X* (*itemque u. seq.*) 5 uncxit *Υ* || ille quē pph'ici sp̄c sc̄ificatione *in ras. angustiore Ψ* || quem] que *Υ* || profetici *ΦX* 6 donauid *Υ* 7 et ut] ei ut *in rasura m. 2 Φ* ut *fshg* || ocultis *X* 8 edificabis (c *ex* l *corr.*) *Ψ* || nomine *Σ*¹ 10 eum *om. ΣΥX* 11 praeparet *Φ*ᵃ 12 sed] si *Υ* || constructione *v* 13 condempnat *ΣΥΦX* || goliath] *ΣΥΦXΨ* || calūpniatur *X* 14 fatiat *Υ* || n̄q̊ *X* nunquam *Ψ* 15 sclo *ΦXΨ* || dicit et] dicit *Φ*ᵃ*h* || nichil *XΨ* 17 iam *in ras. Ψ* || sclis *ΣΦXΨ* 18 instunctor (u *in* i *radendo mut. X*) *ΦX* || affirmat *Ψ* 19 n̄q̊ *X* nunquam *Ψ* 20 posse] posse esse *v* || ambigis *Ψv* || domum] *Σ*, *om. ΥΦXΨv* || deus] deus templum *Ψv* 21 immaculatus *Ψ* || extrueret *ΥΦXΨ*

hoc reges cunctis uiribus eliguntur, uterque ad adiutorium; de custodia utrique promittitur. ad Dauid siquidem dicit Deus: ueritas mea et misericordia mea cum eo. de Salomone uero testatur: ipsum elegi mihi in filium, et ego
ero ei in patrem. ex his duobus templum Domini unus prae- 6
parat, alter aedificat; praeparat senex, perficit puer. dignum est enim, ut sanctum Domini templum sanctus aedificet. praeparat, ut dixi, senex, sed quasi postquam peccare cessauit; perficit puer, sed paene cum adhuc peccare non coepit. ille ante peccauit, hic postea. ille multo peccato aedificare non meruit, iste multum peccando quod aedificauerat
dereliquit. et inter haec mirabiliter sibi ordinatio sancta 7
disposuit, ut inter duas aetates, quod perpetuum in homine p. 613
esse non poterat, pro captu temporis inueniret. uterque aliquando non peccauit, tamen uterque sine peccato esse non potuit: ut sit Deus uerax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est; uani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris.

Habentes utique gratiam et adiutorium Dei, tamen sine 25
peccato esse nec obtinere Dauid nec Salomon ualuit custodire; et Iouiniani filius, ut omnipotens Deus pro ipso discipulisque eius tantum rerum ordinem mutet, sperat! quod si factum
forte non fuerit, Deum inpossibilitatis accuset? 'potest, inquit, 2
homo esse sine peccato, tamen cum Dei adiutorio'. quid

AVCTORES 3 *Psalm. 88, 25* 4 *Paral. 1, 28, 6* 16 *Rom. 3, 4* (scriptum est: *Psalm. 115, 11*) 17 uani *sqq. Psalm. 61, 10*

1 cunctis] iunctis Σ² || utr*sque (*eras.* i *aut* o) Φ¹ || ad *om.* Φ¹ 2 utrique (tri *in ras. m. 2,* ///////s *m. 1*) Φ 4 elige Φ¹ 5 ei] eũ Σ illi Ψ || p̃parat*** (*uid. fuisse* p̃parauit) Ψ 6 perficit puer] puer perficit Υ 7 sanctum] secundum ΣΥ || sanctus] sc̄d *ex* scs *corr. m. 1* X 8 preparat Φ 9 sed] sed tamen *v* || poene Φ 10 cepit ΥXΨ || hic *s. lin. add. m. 1 aut 2* X 11 multo (o *in* a *corr.* X) ΣΥX || peccato Σ 12 dereliquid Υ 14 temporis] teporis Υ 17 uane ΣΥΦX¹ 20 ẽe (*prius* e *corr., ex* c *ut uid.*) Φ || optinere Ψ 22 ordine *sed cum ras. supra* e X || *ante* sperat *rasura 5 litt., in qua uid. fuisse* Vt*que, *tertia litt. aut* e *aut* o (*non* i) *fuit* Φ 23 impossibilitatis Ψ || inquid ΥX

faciam? tolerabo interim pannum nouum uestimento ueteri
conligatum, donec emendationis miserae falsitatem peior scissura
patefaciat. concedo enim, ut contra ducem ueritatis loquentis
cum dixerit 'potest homo si uelit', dixisse uideatur 'potest
3 homo cum adiutorio Dei'. nunc demum mihi ueluti ad exor-
dium propositionis sermo reuocandus est et paulisper iniuriae
dolore seposito cum reuerentia disputandi ad celsitudinem
4 capitis recurrendum. caput enim nostrum est Christus Iesus,
quem, sicut apostolus ait, proposuit Deus propitia-
tionem per fidem in sanguine ipsius ad osten-
sionem iustitiae, propter remissionem praeceden-
tium delictorum, in sustentationem Dei et osten-
sionem iustitiae eius in hoc tempore, ut sit ipse
iustus et iustificans eum, qui ex fide est Iesu.
5 itaque propitiator per fidem in sanguine suo positus ad
ostensionem formamque iustitiae ipse est mediator Dei et
hominum, homo Christus Iesus. de quo Iohannes usque
ad ipsam paene inaccessibilem lucem introductus exclamat:
in principio erat Verbum et Verbum erat apud
Deum et Deus erat Verbum. hoc erat in principio
6 apud Deum, omnia per ipsum facta sunt. ac post
paululum exposita diuini operis ueritate subiungit: et Verbum
caro factum est et habitauit in nobis; et uidimus
gloriam eius, gloriam tamquam unici nati a Patre,

AVCTORES 9 *Rom. 3, 25 et 26* 16 *Tim. 1, 2, 5* 19 *Ioh. 1, 1—3* 22 *Ioh. 1, 14*

1 interim (teri *m. 1 in ras.*) Σ 3 patefaciat (patef *in ras. m. 1; prima fuisse* s *aut* f *uidetur*) Σ ‖ enim (e *ex* i *corr. et supra emendatio erasa*) Ψ 7 se***posito (e *ex* i *corr. et 2 aut 3 lin. erasae; uid. fuisse* supposito) Ψ 8 capud Υ 9 proposuit d. propitiationem] posuit deus propitiatorem *18 § 6, cf. infra § 5* 10 ostensionem | iustitiae eius (*omissis* 11 propter remissionem — 12 et ostensionem iustitiae) Σ 12 substentationem ΦΨ subtentationem Υ 18 inuteroductus Φ[1] 21 ac] at Ψ 22 ueritate* (*eras.* m) X 23 habitabit Σ[1]ΥΦX[1] 24 gloriam eius gloriam] *scripsi*, gloriam eius Σ honorem eius gloriam ΥΦXΨ*v* ‖ tanquam X

plenum gratiae et ueritatis. qui peccatum non
fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, qui tam-
quam agnus coram tondente sic non aperiens os
suum, cum flagellatus crucifixus et mor|tuus est, qui aculeum p. 614
mortis edomuit, qui a mortuis resurrexit, qui captiuam
ducens captiuitatem ascendit in caelos. hic est uni- 7
genitus in patre, primogenitus in multis fratribus; in
quo est omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.
hic ergo Dominus Christus, hic, inquam, filius Dei, in uirtute
Patris et gloria quae in principio condidit et redemit in medio,
etiam in nouissimo iudicabit.

Itaque post conditionem uniuersae, quae secundum uolun- 26
tatem eius extitit, creationis conpositis modum rebus inposuit,
ut quod rationale factum fuerat ratione subsisteret, et quod
libero donarat arbitrio, ne in licentiam perditionis excurreret,
praecepti lege restrinxit: ut cum creatura creatorem et domini 2
donum agnosceret et praecepti stabilitatem, in subiectione
lapsus libertatem prospiciens ad hoc tantum ipsa libertate uti
uellet, ut per eam seruitium quo regeretur eligeret digno
habitus iudicio, ut ex prudenti seruitute defensionem, ex libera
uoluntate mereretur mercedem, confirmante apostolo, qui ait:
si enim uolens hoc ago, mercedem habeo. 'fiant duo 3
luminaria magna' omnipotens Deus dixit et facta sunt, prae-
cepitque, ut diuidant diem ac noctem et sint in signa et

AVCTORES 1 qui—2 eius *Petr. 1, 2, 22* 2 tamquam—4 suum *Isai. 53, 7* 5 *Ephes. 4, 8* 7 *Rom. 8, 29* || in quo *sqq. Coloss. 2, 9* 22 *Cor. 1, 9, 17* || fiant—p. 646, 1 annos *Gen. 1, 14 et 16*

1 gratiae] *ΣΥΦX* gratia *Ψ* gloria *v* || ueritatis] *Σ* ueritate *ΥΦXΨv* 2 tanquam *X* 3 sic] se *Σ* || aperuit *Ψ* 4 cum] qui *Σ*[2] || acculeum *X* 7 in patre] a patre *Ψ* 12 conditionem] *ΣΥXΨ* condicionem *Φ* 13 exstitit *Ψ* || compositis *Ψ* compositionis *shg* || imposuit *Ψ* 14 fuerat (a *ex* i *corr.*) *Ψ* 16 retrinxit *Σ*[a] || creatura *om. Σ* || **creatorem (*erasum* &) *Φ* 17 subiectionē *Σ* 18 *libertatem (*eras.* in) *Φ* || libertate ipsa *Ψ* 19 regeneretur *ΥΦX* 20 ut ex (ut *s. s. m. ut uid. 2*) *Φ* || ex libera] ita ex libera *v* 21 mereretur mercedem] *Σ* mercedem *ΥΦXΨv* 22 fiant duo] *scripsi* duo *codices et edd.* 23 magna luminaria *ΥΨ* || deus *om. Σ* || precepitque *Φ* 24 signa] signem *Υ*

tempora et dies et annos. numquid haec semel decreta distinctio non usque in praesentem permanet diem? et tamen haec ipsa, quae sic ordinato motu feruntur, creatori mutare cum uelit, potentia inerat, si ratio non teneret: quoniam in omnibus potentiae Dei ratio coniuncta est. si enim esset apud creatorem mutatio operum, qualiter a creatura expectari posset
4 obseruatio mandatorum? iussum a Deo est, ut germinet terra herbam, faenum lignumque fructiferum. hoc etiam nunc annuis uicibus incessabili parturitione custodit; et tamen iratus saepissime Deus terrae fructus negat*a* imbrium ubertate diminuit et quod auferre in totum potuit maluit castigare, ut et correptionem plaga ostenderet et ordinem
5 natura seruaret. fecit Deus hominem de limo terrae et uitalis spiritus insufflatione uiuentem posuit in paradiso deliciarum, libero insuper donauit arbitrio *uinxit*que mandato medio inmortalitatis et mortis; quamuis adserant tui,
p. 615 qui abundantiora de pectore tuo |uenena suxerunt, mortalem eum fuisse factum nihilque eidem damni ex transgressione contigisse praecepti. at uero praeuaricante homine terra maledicitur, laboribus ac doloribus homo ipse coonustatur, ut in sudore faciei panem adquirat iubetur, nota mortis circumscribitur, donec in terram, de qua sumptus est, reuertatur;

AVCTORES 7 *Gen. 1, 11* 13 fecit — 15 deliciarum *Gen. 2, 7 et 8* 19 — 22 *Gen. 3, 17 — 19*

1 nunquid *Ψ* 2 presentem *Σ* || diem permanet *Ψ* 8 fenum *codices* 10 deus sepissime *Ψ* || saepissimę *Φ* || negata] *v* negat *ΣΤΦΧΨ* || ymbrium *Ψ* 12 correptionem] *ΣΦΧ* correctionem *ΤΨv* 13 naturae *Τ* 14 uitale *Τ*¹ || paradyso *ΣΤ* 15 deliciorum *Φ*ᵃ || uinxitque] *scripsi* circumque *ΣΤΦΧ*¹ circūq: *in* cinctūq: *corr. Ψ in mg.* r. (*i. e.* require) *et supra hoc* ł circūsc;⸗ (*i. e.* uel circumscri[p ..., *cf. lin. 21*]) *m. ut uid. 2 X* circumdatumque *v; cf. § 1 extr.* || mandato (o *in ras. 2 aut 3 litt.*) *Ψ* 16 immortalitatis *Ψ* || quamuis asserant (*3 aut 4 litt. spatio relicto*) *Ψ* 17 habundantiora *ΤΦΧΨ* || tuo] suo *ΤΧ* 18 eum (e *ex* c *factum uid.*) *Φ* || nichilque *ΧΨ* nihil *Φ*ᵃ || dampni *ΤΦΧ* || trangressione *Τ* 20 ipse *om. Ψ* || ut] et ut *Σ* 21 faciei (f *ex* t *corr.*) *Ψ*

eicitur Adam de paradiso, generat filios trahentes secum seminis infidelis originale peccatum; peccat humanum genus; Deum quoque paenituit quod hominem fecisset in terra.

O Domine, sustine paulisper stultitiam meam, donec, qui 27
sibi sapiens et prudens uidetur, erubescat et sentiat inpru-
dentiam! peccante uno homine, ex quo in uniuersam suc-
cessionem dira contagia transierunt regnumque in uniuersos
mortis inualuit, paenitet te, irasceris, doles et, usquequo Ver-
bum caro factum passione, cruce ac morte opus habeat, com-
moueris. forte satius fuerat unum deleri ilico peccatorem et 2
mox alium secunda plasmatione substitui, quo ab omni sorde
libera et inmaculata propago descenderet. an haec te, omni-
potens Deus, quia non fecisse agnoscimus, non potuisse cre-
dimus? o Petre, super quam petram Christus suam fundauit 3
ecclesiam, et o Paule, qui fundamentum posuisti, praeter quod
aliud nemo potest ponere, quod est Christus, beati apostoli,
columnae et firmamenta ueritatis, uos saltem huic, qui con-
siliarius Deo est et mediator, sacris respondete sermonibus!
ait Petrus: benedictus Deus et pater domini nostri 4

AVCTORES 1 eicitur — paradiso *Gen. 3, 23 sq.* 3 Deum — terra *Gen. 6, 6* 14 Petre *sqq. Matth. 16, 18* 15 Paule — 16 Christus *Cor. 1, 3, 11* 19 *Pet. 1, 1, 3—5*

1 paradyso ΣΤΦ 3 deus (d̃s Τ) $\Tau\Phi X^1\Psi$ || penituit $\Sigma^1\Phi$ poenituit Σ^2 || fecisset (iss *in ras.*) Ψ || terram ΦΧ 5 sibi *om.* *v* || sentiat (t *fin. in ras., in qua fort. fuit* m) Ψ || inprudentiā* (t *aut* e *erasa uid.*) Φ imprudentiā Ψ inpudentiam ΣΤΧ 8 penitet $\Sigma^1\Phi$ poenitet Σ^2 || dolet X^a 9 passionem Τ passionē $\Sigma^{ac}\Phi X^t$ r̄ *i. e.* require *et* ł passionē crucis ⁊ mortis sustneat (*sic*) *m. 1 aut 2 in marg.* X || ac] a $\Tau\Phi X^t$ || morte (o *in ras.*) Ψ 10 sati9 fuerat *in ras.* Ψ || dẹleri Φ^2 || et] ut *hg* 11 alium] Φ^a alius $\Sigma\Tau\Phi^b X\Psi v$ || *post* plasmatione *pone uersum* esset *add. m. ut uid. 2* X || substitui] *scripsi* substitutus ΣΤΦΧ substitueretur Ψ*v* 12 immaculata Ψ || an hec te *in ras. minore* Ψ || an] ΣΤΦΧ ad *c* at *fshg* || deus omnipotens *c* 14 super] supra *v* || quem X^a 15 praeter *om.* ΣΤΦΧ || quod] quo* (*eras.* d) X 16 quod] *scripsi* praeter (preter $\Sigma^1\Tau X$) quod ΣΤΦΧ qui Ψ*v* || christus] christus iesus Ψ*v* 17 columne Σ^1 || firmamenta (firm *in ras.*) Ψ 18 deo *om.* Φ || est et mediator] ē exmediator X^1 ēē mediator Φ^1 || resplendete Ψ

Iesu Christi, qui per magnam misericordiam suam
regenerauit nos in spem uitae per resurrectionem
a mortuis domini nostri Iesu Christi, in here-
ditatem incorruptibilem et incontaminabilem, con-
seruatam in caelis uo*bi*s, qui in uirtute Dei custo-
dimini per fidem in salutem paratam reuelari in
5 tempore nouissimo. deinde Paulus, uas electionis, profert
thesauros salutares et ait: benedictus Deus et pater
domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in
omni benedictione spiritali in caelestibus in Chri-
sto, sicut elegit nos in ipso ante mundi consti-
tutionem, ut essemus sancti et inmaculati in con-
spectu eius in caritate, qua praedestinauit nos in
adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum,
secundum propositum uoluntatis suae, in laudem
gloriae suae, in qua gratificauit nos in dilecto,
in quo habemus redemptionem per sanguinem
p. 616 eius, remis|sionem peccatorum, secundum diuitias
gratiae eius, quae superabundauit in nobis in omni
sapientia et prudentia: ut notum faceret nobis
sacramentum uoluntatis suae secundum bonum
placitum eius quod disposuit in eo dispensatione
plenitudinis temporum, restaurare omnia in Chri-
28 sto, quae in caelis et quae in terra sunt. dicit

AVCTORES 8 *Ephes. 1, 3—10*

1 qui per magnam — 3 Christi] per quem uocati estis *v* 3 hęreditatem (ę *fort. m. 2*) *Σ* hereditatemque *Ψ* 5 uobis] *scripsi* uos *codices et edd.* 7 paulus** (u? *an* o? *et* t *erasae*) *Φ* 9 iesu *om.* *Ψ* 10 spirituali *hg* 11 in ipso *om.* *Σ* 12 immaculati *Ψ* 13 qua (a *ex corr.*) *Φ* qua (*supra* a *eras.* ˜ *ut uid.*) *Σ;* qui *corr. g* || predestinauit *Φ* 14 adobtionem *Φ* || per| (er *m. 2 in ras.; sic!*) *Σ* 16 gloriae] gloriae gratiae *corr. g* || dilecto filio suo *v* 19 superhabundauit *ΣΤΦΧΨ* 20 nobis faceret *Ψv* 22 qđ (đ *in ras. m. 1*) *X* || dispensatione] *ΣΤΦΧ* in dispensatione *Ψ* in dispensationem *v* 23 instaurare *Ψ* (*cum Vulg.*) 24 sunt *ante* et quae *traiecerunt* *ΤΨv*

Petrus in salutem paratam reuelari in tempore no-
uissimo; testatur et Paulus, quod proposuit in eo in
dispensationem plenitudinis temporum instaurare
omnia in Christo; et nunc nobis nescio quis quasi rana e
caeno emergit et personat: 'quid mihi est expectare tempus,
expectare iudicium. Deus si potest, semper potest: si semper
potest, personarum acceptor non est'! potest ergo et modo 2
potest et in te uere personarum acceptor probandus, si, quod
in omnibus potest et utique acturus in tempore suo est, in
te solo ante tempus faceret, quod neque in Moyse fecit, cui
unum tantummodo in hac uita peccatum exprobrauit et tamen
ante mortem remisit, quem ob hanc culpam mori iussit, ne
terram repromissionis intraret. audiat ergo Salomonem super 3
ordinatione temporum et Dei constitutione testantem: omnia
tempus habent et suis spatiis transeunt uniuersa
sub caelo. tempus nascendi et tempus moriendi.
tempus plantandi et tempus euellendi quod plan-
tatum est. tempus occidendi et tempus sanandi.
deinde alio loco dicit: uidi sub sole in loco iudicii im- 4
pietatem et in loco iustitiae iniquitatem et dixi
in corde meo: iustum et impium iudicabit Deus,
et tempus omnis rei tunc erit. quamobrem, o homo 5
uacue, si quam fiduciam habes, patienter expecta ordinem Dei,
quem dignatus est et ipse Dominus expectare qui fecit: fac-
tus sub lege, qui fecerat legem. audi ipsum tibi dicentem:
non est uestrum scire tempora, quae Pater posuit

AVCTORES 14 *Ecclesiastes 3, 1—3* 19 *Ecclesiastes 3, 16 et 17* 24 *Gal. 4, 4* 26 *Act. 1, 7*

1 petrus] petro Σ^{1} 3 dispensatione Σ 4 in x̊ (*i. e.* christo) *in ras.* Ψ ‖ nobis *om.* Ψ ‖ e] et *ante ras.* Φ 5 caeno] ΥΦ ceno ΣΧΨ 8 te] Ψ*v* me ΣΥΦΧ ‖ probandus (b *ex corr.*) Φ 13 repromisionis Υ ‖ intrauit (*cum interrogandi signo*) Σ ‖ audi** (*eras.* at) Σ 14 ordinationem ΥΦΧ ‖ constitutionem ΥΦΧ 17 et] *sic* ⁊ Φ *om.* ΣΥΧ ‖ euellandi ΦX^{1} 18 et] *sic* ⁊ Φ *om.* ΣΥΧΨ (·ΧΨ) 19 alio] in alio Ψ 22 omni Ψ (*item codex Amiat.*) 24 quam $\Sigma\Upsilon\Phi X^{1}$ 25 audi (di *in ras.*) Ψ 26 tempora] tempora uel momenta Ψ (*cum Vulg.*)

6 in sua potestate. aut si uis apertius accipere testimonium,
quia cum utique possit Deus tamen pro ipsa sui ordinatione
non faciat, dicit ad Petrum: an putas non posse me modo
rogare Patrem meum, et exhibebit mihi plus quam
p. 617 duodecim legiones angelorum? sed quomodo con-
7 plebuntur Scrip|turae, quia sic oportet fieri? uides
ergo, quia operator temporis temperat uirtutes et ratio dispo-
sitionis miscet potentiae patientiam. deinde ait Dominus:
reconde gladium in theca. fieri enim non potest,
ut calicem quem dedit mihi Pater non bibam illum.
8 et tamen Deus nihil non potest, nec est quicquam quod non
faciat nisi forte quod nolit, non oporteat, non proponat. lo-
quitur Paulus ad Thessalonicenses, significans de aduentu
Antichristi: non retinetis, quod cum adhuc essem
apud uos, haec dicebam uobis? et nunc quid de-
9 tineat scitis, ut reueletur in suo tempore. tanta uis
est decreti Dei et tam inreuolubilis status constitutorum in
suis quibusque causis temporum, ut propter electos suos dies
saeculi adbreuiari dixerit Dominus non auferri; ut faceret
temporum statutorum pro maiestate plenitudinem, pro pietate
breuitatem, simulque et conpendium misericordia caperet et
10 numerum mundus inpleret. et tu uis iam — ecce ego cum
dolore misericordiae loquor — tu inquam uis, o homo similis

AVCTORES 3 *Matth. 26, 53 et 54* 9 *Ioh. 18, 11* 14 *Thess. 2, 2, 5 et 6* 18 propter — 19 adbreuiari *Matth. 24, 22*

3 an] aut ΣΦΧΨ 5 duodecim] ΣΨ xii Τ ·x· milia (*lineola sub* milia *subducta*) Φ ·xu· (*i. e. ut uid.* xii *quamquam* u *non* ii *scr. est; quinarium enim numerum sic* v *notare solet*) Χ || *legiones (*una lin. uel litt. erasa;* le *ex* n *aut* u *corr.; fuisse potest* fu) Ψ || complebuntur ΣΦΧΨ 7 operator (erator *m. 2 in ras. ex* a *et quattuor ut uid. litteris*) Φ || uirtutes] posse uirtutes *sed* posse *linea subducta del.* Φ 9 gladium] gladium tuum Ψ || teca Σ 11 nichil ΧΨ 13 tessalonicenses Τ 14 anthicristi Τ 17 irreuolubilis Ψ 18 quibusque] quibus ΤΦΧ[1] 19 scli ΧΨ seculi Τ || ut] et ut Σ 20 pro pietate] pprietate *ante ras.* Χ 21 compendium ΣΤΧΨ 22 impleret ΣΦΧΨ

mei, ut tibi homines in hoc praesenti tempore, quod nusquam
antea dictum in sacris uoluminibus inuenitur, quemquam sine
peccato esse respondeant et, si in hoc forte consenserint, de
die momentoque subscribant, nouam calumniae machinam in- 11
struens, ut, quod non fieri dicimus, non posse fieri dixisse
uideamur, et in quo praecipue operantem in dispositione quam
statuit omnipotentiam praedicamus, ne inpatienter infamare
inpotentiam iudicemur? uanum, quaeso te, furorem abice,
quoniam hoc ipsum ad peccatum proficit, de quo abstergendo
possibilitatem temporis, non clementiam iudicis uideris cogi-
tasse.

Hactenus de potentia Dei, quam praedicamus et colimus, 12
et de praefinitione temporum, quae profundissimo ipsius sunt
statuta consilio, dixisse sufficiat; de qua, etsi plura quae sunt
sanctorum scripta non essent, daemonum saltim responsio sola
sufficeret, qui propria damnati conscientia uociferantur ad
Dominum. quid tibi et nobis, fili Dei? quid uenisti
ante tempus perdere nos? quos cum intellegas de con- 13
stitutione iudicii confitentes, cape certissimum ipsius contra
te exemplum. si illos in oppressione miseri hominis conpre-
|hensos ultimo tunc iudicio intellegis esse damnatos: accipe p. 618
et te ipsum hic inperturbabili emundatione purgandum; sin

AVCTORES 17 *Matth.* 8, 29

1 presenti *Σ* || nusquam] *ΦX* numquam *Σ* nunquam *ΤΨv* 4 calumnie $Φ^b$ calumne $Φ^a$ 6 precipue *Φ* || dispositione] *ΣΦX* dispositionē (o *prior et* e *in ras.;* ˜ *potest ex corr. add. esse*) *Ψ* dispositionem *Τv* 7 ne *om.* $Φ^1X$ 8 impotentiam *Ψ* per inpotentiam X^2 10 possibilitatis $Σ^1ΤΦX^1$ possibilitati *et pone hunc uersum nota* x *Ψ* || iudicis uideris] X^2 iudicis $ΣΤΦX^1Ψv$ 12 actenus $ΤΦX^1$ 15 demonum *ΤΦXΨ* || saltim] *ΤΦXΨ* saltem *Σ* 16 dampnati *ΣΦX* 18 intelligas *Ψ* 19 iudici $Σ^1$ || confitentes] *Σ Cotelerius* (*Mon. eccl.* III *p.* 526) *g* confidentes *ΤΦXΨv* 20 obpressione *Φ* || miseri] $Σ^{pr}Φ^{pr}X$ *Cotelerius g* miserit $ΤΦ^{ar}Ψ$ *et ut uid.* $Σ^{ar}v$ || hominis] $Σ^2Φ^{pr}X$ *Cotel. g* homines $Σ^1ΤΦ^{ar}Ψv$ || comprehensos *ΤX* conp̄hensos *Σ* cōp̄hensos *Ψ* 21 dampnatos *ΣΤΦX* 22 emendatione *h*

autem, ut legitur, patientia Dei adhuc illis liberum indulget arbitrium: adhuc et te crede temptandum.

29 Nunc ad aliam strictim transeo quaestionem, quam tu aduersus omnes catholicos uibrare saepius diceris. nam etiam in epistula tua illa lucubratissima haec ipsa uel intellegere uix potuimus. ita ista, inquam, ad Demetriadem puellam, ut audio, sacram et sanctam homo uerecundissimus scribere non erubuisti, docens, ut credo, reuerentiam castitatis sub stropha Ioseph et luxuriantis dominae suae, ubi dixisti, *contempta frequenter domina propiores adulescenti tendit insidias, secretum ac sine testibus manu inpudens adprehendit*, inopportunam historiam obscenissimo sermone

2 contexens; quamquam hoc quod neque apte neque decore dicitur, tibi inputare non debeamus, cui neque natales dederunt, ut honestioribus studiis erudireris, neque naturaliter prouenit, ut saperes, sed illis dictatoribus tuis, qui miserum sensum miserrimo sermone conscribunt et te legendum cachinnis quasi

3 titulum confusionis exponunt. inter haec ergo huiusmodi sensum in eadem epistula indigestis sermonibus eructasti, quod plerique nostrorum dicerent, Deum malam hominis condidisse naturam. quod etiam ille Phine*us* tuus pedetemptim nobis

AVCTORES 9 *Pelagius Epist. ad Demetriadem c.* 5 (*Augustini opp. ed. Ben. t.* II *app. pag.* 7 *C*) 19 *Pelagius l. l. c.* 3 *pag.* 6 *C*

3 questionem *codices* || q̈ (*i. e.* quam) tu *corr. ex* citū *ut uid.* Ψ 4 sepius Σ^{1} || *ad uersum* in epła — 5 intelle *adscr. m. 1 in marg.* R· (*referendum ad epistulam*) *in X* 5 epła Σ || tua] ˊsua ΣΤΦΧ || ipsa ul' (psa ul' *in ras. paullo angustiore*) Ψ ipsa ut Σ^{a}ΤΧ ipsa Σ^{b} Φv || intellegerem Σ^{ac}ΤΧ intellegeres (*sed* es *rasura mutatum in* ē) Φ 6 isti ΤΦ 7 uerecondissimus Τ 8 doces Τ || stropha] trophia Χ^{1} || et *om.* v 9 domine ΤΧΨ || contemta Ψ 10 propriores Ψ^{b} proprioris Φ^{a} proprii oris ΣΤΦ^{b}ΧΨ^{a} || adolescenti ΦΧ adolescenti* (s *ut uid. eras.*) Ψ || insidias tendit *Pelagius in ed. supra l.* 11 secretum] in secreto *Pel.* || ac] & (*supra* & *rasura*) Ψ || impudens Ψ 12 adp̃hendit ΣΦΧ app̃hendit Ψ || inoportunam ΣΦΧΨ Inoportuna Τ || obscenissimo] *codices* 14 imputare Ψ inputari ΣΦΧ imputari Τ 17 te *in* tibi *m. ut uid. 2 corr.* Χ || legentem Ψ 19 epła Σ 20 hominis] ΦΧ hominibus ΣΤ^{2}Ψv, *om.* Τ^{1} 21 phinees ˊΨv finees ΣΤΦΧ; *in marg.* ioh̄ tangit hierusa⁅| ep̄m Σ^{2}

temptauit intendere: unde breuiter primum profiteor, deinde
respondeo. ante tribunal Christi in dextera inter agnos Dei 4
non sit dignus adsistere nec mereatur uidere Dominum in
regione uiuorum nec in gloria resurrectionis uita Iesu
manifestetur in mortali corpore eius, qui dicit Deum
aliquam malam uel hominis uel cuiusque rei condidisse naturam, uel qui liberum in aliquo tollit arbitrium, cum scriptum legerit: omnia quaecumque fecit Deus, bona
ualde. et de libero hominis arbitrio scriptum est: Deus 5
creauit hominem inexterminabilem et reliquit eum
in manu consilii sui. caece et maligne — aliter enim tibi
loqui nequeo, sensum dominicae auctoritatis, sensum propriae fragilitatis, sensum communis intellegentiae non habenti —,
nos naturam hominis infirmam dicimus esse, non malam. nam
si mala esset, bonum omnino non caperet; nunc uero cum
genuino affectu concupiscat bo|num et adhaereat bono malum- p. 619
que omnino fugiat, ubi in ea malam dicendum est esse substantiam? Dominus clamat: spiritus quidem promptus, 6
caro autem infirma. clamat Abraham: ego autem terra
et cinis. clamat Iob: homo putredo et filius hominis
uermis. clamat Esaias: o miser ego, quoniam conpunctus sum, quia, cum sim homo et inmunda labia
habeam, in medio quoque populi inmunda labia

AVCTORES 4 *Cor. 2, 4, 11* 8 *Gen. 1, 31* 9 *Sap. 2, 23* 10 et reliquit *sqq. Ecclesiasticus 15, 14* 18 *Matth. 26, 41* 19 *Gen. 18, 27* 20 *Iob 25, 6* 21 *Isai. 6, 5*

3 assistere Ψ || uidere dominum] dominum| uidere Σ 5 mortali] mortale T^1 6 cuiusquam X^2 7 arbitrio $Φ^a$ 8 quaecunque X 10 reliquid TΦ 11 caece] Caece (aec *in rasura m. 1*) Σ Ecce Ψ 13 communes T^1 14 nois (n *eradi coepta est*) X 15 cum] com T 16 adhereat $Σ^1TΦXΨ$ 17 malam] $Σ^2ΦX$ malū $Σ^1$ mala Ψv || dicendum] ΣTΦX dicenda Ψv || substantiam] ΣTΦX substantia Ψv 18 promtus ΦX promtus est v 21 isaias $Σ^2Ψ$ || ego] ego homo Ψ || compunctus ΣΨ 22 immunda Ψ 23 *haec* habeam in medio quoque populi inmunda labia *om.* $ΣΦ^1$

7 habentis habitem. clamat Hieremias: anima in an-
gustiis, et spiritus anxius clamat ad te: uide
Domine et miserere. clamat Abacuc: custodiui me et
expauit uenter meus a uoce orationum et intra me
turbata est habitudo mea. clamat Dauid: exaudi me
in tua iustitia et non intres in iudicium cum seruo
tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo
8 omnis uiuens. clamant omnes apostoli infirmitatis timore tur-
bati: Domine, libera nos, perimus. clamat Iohannes:
si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi
nos seducimus, et ueritas in nobis non est. clamat
9 Iacobus: in multis enim offendimus omnes. clamat
Paulus: infelix ego homo, quis me liberabit de cor-
pore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum
dominum nostrum. et ut generaliter uniuersorum clamet
infirmitas, clamat Spiritus Sanctus in sanctis: omnis caro
faenum et gloria hominis sicut flos faeni. faenum
aruit, flos decidit; uerbum autem Domini manet
in aeternum.

30 Contra has tam splendidas perspicuasque diuinorum nubes testimoniorum audiat laborans in gemitu suo mundus uniuersus Pelagium reclamantem atque humili ueritati non solum uer-

AVCTORES 1 Hieremias] *Baruch 3, 1 et 2* 3 *Hab. 3, 16* (*cf.* LXX) 5 *Psalm. 142, 1 et 2* 9 *Matth. 8, 25* 10 *Ioh. ep. 1, 1, 8* 12 *Iacob. 3, 2* 13 *Rom. 7, 24 et 25* 16 *Isai. 40, 6 et 8*

1 habitem] *ΣΤΦΧ* habito *Ψv* (*cum Vulg.*) || ieremias *Ψ* 2 uide] audi *Vulg.* 3 abbacuc *Σ* abacuch *Ψ* || custodiui me] *codices* custodiui *v* 4 oratione *Τ*[1] || et *om.* *Ψv* 6 iuditium *Τ*[2] iudicio *Φ*[a] iuditio *Τ*[1] 8 infirmitatis (it *s. s. m. 1 aut 2*) *X* 12 multis (s *ex* ı *corr.*) *Ψ* || omnes *om.* *ΤΦΧΨ* (*non Σ*) 13 liberabit] *ΦΧΨv* liberauit *ΣΤ* 15 unuersorum (*sic*) *X* || clamat] clamet *ΤΦΧ*[1] 17 faenum] *ΦΧ* fenum *ΣΨ* foenum *Τ* || feni *Ψ* foeni *Τ* || fenum *Ψ* foenum *Τ* 19 eternum *Φ* 20 nubes (nu *ex* im *ut uid. corr.*) *Ψ* 21 testimoniorū (o *posterior ex* ū *corr. m. 1*) *Σ* 22 pelagius *X*[1] || ueritate *Σ*[1]*Τ* || non solum uerborum] uniuersorum *X*[1]

borum inpudentia sed etiam scriptorum cauteribus resistentem.
ait enim in epistula, quam supra nominauimus: uerum e 2
contrario remisso ac fastidioso animo superborum
ac nequam seruorum more in os Domini reclamamus,
et dicimus 'durum est, arduum est, non possumus;
homines sumus, fragili carne circumdamur' et — o
caecam insaniam! — et — o profanam temeritatem! —
duplicis ignorantiae accusamus scientiae Domi-
num, ut uideatur nescire quod fecit, nescire quod p. 620
iussit et quasi oblitus fragilitatis humanae,
cuius auctor ipse est, inposuerit homini, quod
ferre non possit. quid, rogo, hac praesumptione feralius? 3
quid hac increpatione peruersius? exprobras Ecclesiae catholi-
cae, cuius nos uiscera sumus, quod quasi dicere desperando
uideatur, quod Deus auctor hominis inposuerit homini quod
ferre non possit: cuius tamen fidelissima est et ore et humi- 4
litate professio, Deum et primo omnia possibilia praecepisse
et nemine tamen possibilia complente — propter quod subditus
fit omnis mundus Deo — postea pondus praecepti substituta

AVCTORES 2 *Pelagius Epist. ad Demetriadem c. 16 p. 11 E*

1 impudentia Ψ || scriptorum *om.* ΤΨ*v* || cauteriis ΣΧ[2] 2 epl̄a Σ 3 fastidioso ac remisso *Pelagius* || remisso (s *alt. ex* i *corr. et* o *in ras.*) Ψ remissio ΣΤΦΧ[ac] || superborum ac nequam seruorum more in os] *Pelagius ed. Ben.* (ac *male om. Vallarsi in Hier. opp. 11, 2 p. 14*) 4 ac neque (neq: Σ) morei nos ΣΦΧ[1] ac neq· more inos Τ *in marg.* ʀ (*i. e.* require) *m. 1 et* ł ac neq̄ (*i. e.* nequam) monitis *m. 2* Χ ac nequam|ore nos (m *in ras. m. 2,* equa *redintegratae m. 2, sub* q *et* u *puncta duo erasa*) Ψ ac nequam ore nos *v* || domino Ψ*v* 6 fragili* (*erasa ut uid.* s) Χ || circundamur Χ circumdamus Τ || et *utrumque om. Pel.* 7 cecam Τ || infamiam Ψ || profanā (of *in ras. m. 1*) Σ 8 duplici ignorantia *Pel.* || scientiae dominum] deum scientiae *Pel.* 9 qđ fecit· nescire qđ *in ras. m. 1* Σ 10 et *om. Pel.* 11 imposuerit Ψ || quod] mandata quae *Pel.* 12 possit (sit *in ras. m. 1*) Σ 14 disperando Φ[1] 15 imposuerit Χ[2] *et m. ut uid. 2* Ψ posuerit ΣΤΦΧ[1]Ψ[1] 16 ē & *in ras. angustiore* Ψ 17 et *om.* Σ || primo] Ψ*v* primum ΣΤΦΧ 18 neminem ΣΤΦΧ || complentem ΦΧ 19 fit] ΤΦΧΨ[ac] sit ΣΨ[pr]*v* || praecepti (i *ex* a *corr.*) Ψ || substituta (tu *s. s.*) Φ

5 gratiae indulgentia subleuasse. uerumtamen tu, serue nequam
et maligne, qui quod tibi dominus tuus remisit, *a* conseruis tuis
conaris exigere: tuum primum sensum discutio et meum postea
6 si uidetur explano. tu qui non posse ferri onus legis dixisse
quosdam arguis, ergo tu *te* ipsum ferre posse confidis? o miser,
qui secundum quod scriptum est dicis in corde tuo: diues
sum et ditatus sum et nullius rei egeo, et nescis quia
tu es miser et miserabilis et pauper et caecus et
7 nudus. numquid ad te locutus est Christus 'amen dico
tibi, non tibi reuelauit caro et sanguis, sed pater
meus qui est in caelis'? numquid tibi dixit 'tu uocaberis
Cephas'? numquid tibi spopondit 'super hanc
8 petram fundabo ecclesiam meam'? adtende enim quid
Petrus apostolus Spiritu Sancto docente commoneat, qui ait:
et nunc ergo uos quid temptatis Deum, inponere
iugum collo discentium, quod neque patres nostri
neque nos ipsi potuimus portare? sed gratia domini
nostri Iesu Christi credimus nos posse saluos
9 fieri, sicut et illi. Petrus apostolus dicit, quia ille uere
Deum temptet, qui nunc homini onus legis moliatur inponere;
contra autem tu obicis et minaris, quod ille criminetur iniustitiae
Deum, qui per confessionem propriae infirmitatis ad

AVCTORES 1 serue — 3 exigere *Matth. 18, 32 et 33* 3 sq. *cf. 32 § 1* 6 *Apoc. 3, 17* 9 *Matth. 16, 17* 11 *Ioh. 1, 42* 12 *Matth. 16, 18* 15 *Act. 15, 10 et 11*

1 ueruntamen *XΨ* 2 maligne (e *in ras. m. 2, ex* ao *ut uid.*) *Σ* malignae *Φ* || a *om. ΣϒΦX¹Ψv* 3 primum sensum] sensum primum *ϒ* 4 ferre *ΣϒΦXv* 5 tu te] *scripsi* tu (*s. s.* ł te) *Ψ* tu *ΣϒΦXv* || posse] te posse *Σ* || |se confidis — 6 dicis *in ras. Ψ* 6 dicis (c *m. 1 ex* r *ut uid. corr.*) *X* 7 ditatus sum] *ΣΦX* ditatus *ϒΨv* || rei (i *radendo ex* n *corr.*) *X* || egeo] indigeo *Ψ* 8 es miser] miser es *Ψ* || cecus *Σ* 9 nunquid *Ψ* || ad te *s. lin. add. in X* 10 reuelabit *ϒ* 11 nunquid *Ψ* 12 cęphas *ΣX* coephas *ϒΦ* || nunquid *ΣΨ* 13 adte*nde (t *ante* n *erasa*) *Φ* attende *ΣΨ* 15 deum] dominum *Σ* || imponere *Ψ* 16 quod neque nos ipsi neque patres nostri *Ψv* || nostri] uestri *ΣϒΦX* 18 Iesu Christi *om. Σ* || nos (s *ex* n *corr. X* 20 imponere *Ψ* 21 obiicis *Ψ*

gratiam spiritus a littera occidente confugiat. Samuhel Helias 10
Heliseus Esaias Hieremias Danihel Zacharias, omnes sancti uel iudices uel reges uel prophetae patres sine dubio nostri sunt et neminem patrum Petrus adfirmat sed ¦neque semet p. 631
ipsos, hoc est apostolos, cum essent Iudaei, onus legis ferre potuisse, sed fide Christi secundum spem gratiae fuisse saluatos.

An forte secundum te omnes isti sancti patres Dei ad- 31
iutorium non habebant? ecce Petrus increpat illos, qui graue iugum collo discentium inponere conabantur; tu e contrario in scandalum Petri increpas eos, qui ad fidelem Dei misericordiam confugiunt et se per semet ipsos onus legis ferre diffidunt. sed tibi specialis inde portandi oneris fortasse fiducia 2
est, quod balneis epulisque nutritus latos humeros gestas robustamque ceruicem, praeferens etiam in fronte pinguedinem, sicut scriptum est: t e t e n d i t   e n i m   a d u e r s u m   D e u m   m a n u m   s u a m   e t   c o n t r a   o m n i p o t e n t e m   r o b o r a t u s   e s t.   c u c u r r i t   a d u e r s u m   e u m   e r e c t o   c o l l o   e t   p i n g u i   c e r u i c e   a r m a t u s   e s t.   o p e r u i t   f a c i e m   e i u s   c r a s s i t u d o,   e t   d e   l a t e r i b u s   e i u s   a r u i n a   d e p e n d e t. at illi tales esse 3
non possunt, quibus semper in corde loquitur Christus: c o n t e n d i t e   p e r   a n g u s t a m   u i a m   i n t r o i r e: l a t a   e s t   e n i m,   q u a e   d u c i t   a d   m o r t e m. et Paulus apostolus monet:

AVCTORES 16 *Iob 15, 25—27* 21 *Luc. 13, 24; Matth. 7, 13*

1 litlera Φ || samuhel] ΥΦX samuel ΣΨ 2 heliseus] ΣΥΦXΨ || isaias Σ²Ψ hesaias X || ieremias Ψ || danihel] ΥΦX daniel ΣΨ 3 uel iudices uel reges] uel reges uel iudices Ψ 4 affirmat Ψ 5 ipsoˢ Φ ipsoˢ* (n̄ *aut* ū *aut fort.* si *erasum*) X 10 inponere] ΣΦX imponere Ψ ponere Υv || conabant (on *ex* ur *m. 1*) Σ 11 fidem *statim in* fidelem *corr.* Ψ fidēlem (le *in ras. m. 1; fuisse* d *uid.;* ˜ *tamen non erasum*) Σ 13 difidunt X || portā|di (*i. e.* ˜ *in* ˢ *corr. ut uid.*) Σ 15 in *ex* m *radendo corr.* Ψ 16 aduersus Ψ 18 aduersus XΨ 19 ceruice *s. lin. add. m. ut uid. 2 in* X 20 tales (e *ex* i *corr.*) Ψ 21 in corde *om.* Σ 22 angustiā Σ

curam carnis ne feceritis in concupiscentiis. est
in me ueritas Christi, quia multum doleo pro uobis.
iuxta sententiam enim beati patris mei Augustini non est
4 sani fiducia sed insani. de uno praecepto eodemque primo te,
si digneris, interrogo. in lege Dominus per Moysen iubet,
quod et in euangeliis Christus adfirmat: diliges Dominum
Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua
et ex totis uiribus tuis; et secundum simile huic:
5 diliges proximum tuum tamquam te ipsum. rogo te,
responde non mihi sed Deo, non uoce sed conscientia, si ita
ex toto corde Deum diligis, ut nullam umquam in eo cogi-
tationem, quae absque timore et dilectione Dei intellegi possit,
admittas; si ita in tota anima sequeris, ut suscepta semel
cruce in nullam penitus oblectationem habita ad tempus iu-
cunditate succedas; si ita in totis uisceribus tuis calore cari-
tatis ardes, ut nulla penitus per argumenta necessitatis infirma
6 concupiscentiis aut desideriis adquiescas; deinde, cum scriptum
p. 659 sit: omne quod non sit ex fide peccatum sit et siue
nobilium locorum episcopos uideris siue potentes saeculi uiros
siue diuites sub religione uideas, utrum omnino nihil uel

AVCTORES 1 curam — concup. *Rom. 13, 14* ‖ est in me—2 nobis *Cor. 2, 11, 10 et Rom. 9, 1 et 2* 3 Augustinus 6 *Deut. 6, 5 et Leuit. 19, 18; Matth. 22, 37 et 39* 18 *Rom. 14, 23*

1 ne feceritis *in ras. uel certe in spatio relicto ex corr. scr.* Ψ 3 est] es Σ 5 mosen Υ 6 et in] *v* et *codices* ‖ affirmat Ψ 8 simile] simile est Σ 9 tanquam ΧΨ 11 nullā (llā *in rasura*) Φ ‖ unquam Ψ 13 toto ΣΥ ‖ animo Σ 14 pęnitus Φ ‖ oblentationem Υ ‖ habita] ΣΥΦΧΨ *cfs* habitae *hg* ‖ iucunditate] Φ iecunditate ΣΥΧΨ iucunditatis (ioc- *cfs*) *v* 15 totis (i *corr., ex* u *ut uid.*) Φ 16 ardesus (*sed* us *erasum*) Φ ‖ nulla] ΥΨ*v* in nulla ΣΦΧ; *fort. corr.* in nullo ‖ paenitus Φ ‖ *hi duo uersus* argumenta — 18 omnes *in ras. paullo angustiore* Ψ ‖ argumenta] Ψ (r *ex* u *corr.*) augmenta ΣΥΧ*v* augmente (te *in* ta *corr. m. 2*) Φ ‖ infirma] *fort. corr.* infirmatus 17 aut] ΣΨ*v* ut Υ et ΦΧ ‖ cum scriptum] conscriptum X^a 18 omnes $\Sigma^1 \Upsilon \Phi X^1 \Psi$ ‖ sit] siue (*an* si..t ?) X^a fit X^2 ‖ peccatum *om.* $\Sigma^1 \Upsilon \Phi X^1 \Psi$ 19 episcopos] ep̄s ΣΧ ep̄os *in ras.* Ψ ‖ seue Υ^1 ‖ potens Φ^1 ‖ sch ΦΧΨ 20 nichil ΧΨ

adulationi uel timori uel spei acceptione personarum captus
indulgeas nec quicquam in quo te cor tuum reprehendat et
conscientia remordeat, uel si nulla uerba tempori potius quam
ueritati adcommodata respondeas. illud etiam consulo: utrum 7
aeque omnes Christianos sicut te ipsum diligis? nos enim sub
uno capite, quod est Christus, et sub una Ecclesia, quae est
Christus, omnes fratres sumus et unum corpus in Christo.
utrum ergo sicut te ipsum diligas omnes, qui misericordiam
Dei sperant, quos tamen noueris, confitere; non enim te de
ignotis consulo, quos ex eo te diligere arbitraris, quod quia
non noueris non odisti. sed quid ego haec a confessione tua 8
exigo, cum conuersationem tuam uulgus agnoscat? tu perfectus
sine infirmitate, tu omnem legis sarcinam ferre possibilis, tu,
inquam, homo inflate sed uacue, audi, si digneris, Dominum
Saluatorem te, si tamen hoc poteris, ad sancta reuocantem:
**amen dico uobis, quisquis non receperit regnum
Dei uelut infans, non intrabit in illud.** infans nihil 9
in se habet, nisi quod diligit blandientem et quod panem
suum non in sudore suo sed in precibus sperans alimoniam
uitae simplici petitione consequitur, quam fiduciali opere non
meretur: qua tu conparatione commonitus conuertere ad infantiam, ut reuertaris ad uitam.

Et quoniam superius dixeram de possibilitate oneris susti- 32
nendi 'tuum primum sensum discutio et meum postea, si
uideatur, explano': mea sententia est, quia et in hoc quoque 2

AVCTORES 16 *Marc. 10, 15* 24 tuum — 25 explano *cap. 30 § 5*

1 captos $\Sigma^1 T \Phi^1$ 2 repħendat $\Sigma\Phi$ 4 accommodata Ψ 5 diligis] $\Sigma T \Phi X$ diligas Ψv 7 xp̄c *corr. m. 1 aut 2 in* corp9 xpi X 8 diligas omnes] omnes diligas Ψ 9 ñ noueris ñ *in ras.* Ψ 11 egotehaec (te *deletum m. 1 aut 2*) Σ 12 conuersionem Ψ 14 ínflate ʻhomo Ψ 17 *ante uersum* illud — 18 diligit *in marg. haec* ı *nota adscr. in* Ψ ‖ in illud] $\Sigma\Phi X^b$ illud $T X^a \Psi v$ ‖ nichil $X\Psi$ 18 nisq (*i. e.* ni sibi qui) *corr. in* nisq (*sic*) *m. 1 aut 2* X 19 suo s; ī *in ras.* Ψ ‖ p̃cibus $\Sigma\Phi$ 20 qua] *supra* q *ras.* et ua *in ras.* Ψ 21 comparatione Ψ 23 *sqq. correxi interpunctionem* 24 discucio (*ante ras.* discursio) X 25 uidetur *cap. 30 § 5* ‖ q̊q; peccam9 *in ras. angustiore* Ψ

peccamus, qui, cum infirmi sumus, de infirmitate conquerimur
p. 631 extr. [1]sicut apostolus ait 'numquid dicit figmentum ei qui se
3 finxit, quid me finxisti sic?' infirmitatis enim querella
propriae uirtutis ambitio est, quoniam occulte adiutorium Dei
fastidit, qui peculiarem fortitudinem quaerit. et hic diabolus
p. 632 est, qui dicit 'uiribus faciam'. ego autem secundum a[1]postolum gloriabor semper in infirmitatibus meis, ut
semper dicat cor meum Deo: in uelamento alarum tuarum exultabo, adhaesit anima mea post te; me
4 suscepit dextera tua. unde et scriptum est: postulationes uestrae innotescant coram Deo, et pax
Dei, quae exsuperat omnem mentem, custodiat
corda et corpora uestra in Christo Iesu. habeo itaque
infirmitatem et gaudeo in cognitione infirmitatis meae. cum
enim infirmor, tunc potens sum, potentem inuocando
Deum, qui me exaudit infirmum, qui nobis fidelissime repromisit: ego autem uobiscum sum omnibus diebus
5 usque ad consummationem saeculi. peculiare opus
infirmitatis est in omni loco semper orare, ut omnipotens Deus,

AVCTORES 2 *Rom. 9, 20* 7 *Cor. 2, 12, 9* 8 *Psalm. 62, 8 et 9* 10 *Philipp. 4, 6 et 7* 14 *Cor. 2, 12, 10* 17 *Matth. 28, 20*

1 conquerimus *TΦX*[1]; *post* conquerimur *codices omnes inserta exhibent excerpta ex Augustini De natura et gratia contra Pelagium libro cap. 13—21* (hanc esse intentionem—uitiari anima tua) *et cap. 3—13* (medico indiget — didicimus) *ad uerbum fere transcripta, sed ut Orosiani opusculi tenori quadamtenus accommodarentur hoc modo transposita. Rem detexit A. Schottus in Bibl. PP. Col. uol. 15 (1622) p. 144; cf. Vossius De Hist. Lat. 2, 14 et Hist. Pelag. 1, 17. Nos in fine subiecimus sicut Schottus 1622 et g, expressa secundum nostros Orosii codices; editores cfs (1615) h Migne in ipsis Orosianis reliquerunt* 2 nunquid *Ψ* numqui *X*[a] || dicet *hg* || fincmentum *Υ* 3 fincxit *Υ* || finxisti] *ΣΦX* fecisti *ΥΨv* (*cum Vulg.*) || enim] *ΣΦX* ei *ΥΨv* || querela *Σ*[1] quaerella *Φ* querellam (*prior* l *erasa*, m *linea subducta deleta*) *X* 4 *ad uersum* ambicio — 5 fastidit *in marg.* N̄ (*i. e.* nota) *X* || ambicio *Φ* 6 dicitur *Υ* || uiribus meis (meis *s. s. m. 2*) *Σ* 9 post te] poste *X* 10 dixtera *Ψ*[a] 11 coram deo] apud deum *Ψ* 12 quae] qui *ΥΨ*[a] || exsuperat] *Σ* exuperat *Ψ* superat *ΥΦXv* 14 gaudio *Σ*[1] 17 sū omnib; *in ras. Ψ* 18 scli *ΦXΨ* 19 in] & *ΣΥΦX* || semper] & semper (& *s. s. m. 2*) *Σ*

qui se spopondit non deserere, etiam iuuare non cesset. ecce
enim Scriptura clamat infirmis: quaerite Dominum et
confirmamini; quaerite faciem eius semper. cui
respondit pia et uera confessio: ecce sicut oculi ser-
uorum in manibus Dominorum suorum, ita oculi
nostri ad Dominum Deum nostrum donec mise-
reatur nobis. magna et certa est de perfectione fiducia, cum 6
omnipotens facit quod optat infirmus, rursusque magna et
certa est de confirmatione securitas, cum omnipotens seruat
nec perdit infirmos; sicut scriptum est: ei autem, qui
potest omnia abundantius facere quam petimus et
intellegimus, secundum uirtutem quam operatur
in nobis: ipsi gloria in Christo Iesu. quamobrem 7
admonet apostolus: quae sursum sunt sapite, non quae
super terram; mortui enim estis et uita uestra
abscondita est cum Christo in Deo. cum Christus
apparuerit uita uestra, tunc et uos cum illo appare-
bitis in gloria. uitae fructus est sanctitas, sanctitas uero est [47 ed. Migne]
esse sine peccato. si ergo incorruptionis gloria abscondita est ab
omnibus hominibus in hoc tempore, tu quomodo in hoc eodem
tempore ipsa incorruptione posse te superindui gloriaris? sicut 8
enim corruptionis principium fuit homini declinare in peccatum,
ita incorruptionis initium erit non habere peccatum. quis ergo
illud ante iudicium Dei abscondit aut de sinu Christi abstulit

AVCTORES 2 *Psalm. 104, 4* 4 *Psalm. 122, 2* 10 *Ephes. 3, 20 et 21* 14 *Coloss. 3, 2—4*

1 se *om.* *v* 3 conformamini Σ confirmamini (a *ex* u *corr.*) Ψ 4 respondet *hg* || uera et pia *v* || et *om.* X^a 7 nobis] ΣΥΦΧ nostri Ψ*v* (*cum Vulg.*) 10 perdat $Φ^a$ || infirmus $Φ^a$ 11 habundantius Υ ha|bundantı9 (ha *in fine u. ex corr. add.*, *reliqua in ras.*) Ψ 12 inteligimus (*sic*) Ψ || quam] Σ qua ΥΦΧΨ*v*; quae *in* quam *corr. codex Amiat.* 14 ammonet ΥΦΧ 17 cum illo apparebitis] apparebitis cum ipso *v* (*ex Vulg.*) 20 quomodo in] quomodo *v* 22 declinare] declarare $Σ^1$ 23 incorruptionis (io *in ras. m. 2*) Φ

p. 633 et tibi tradidit? an forte quia non mereretur eam in futuro
9 de manu Domini intellegis? haec praesummus instruit Paulus
et dicit: cum autem mortale hoc induerit inmor-
talitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est, Ab-
sorta est mors in uictoria. ubi est, mors, uictoria
tua? ubi est, mors, stimulus tuus? stimulus
10 autem mortis peccatum est. per quod ostendit apostolus,
nullo modo eatenus quemquam insultare posse morti atque
peccato, donec mortalitatem inmortalitas et corruptionem in-
corruptio consequatur, et ubi infirmitate deleta uirtus perfecta
succedit, ubi non erit masculus et femina sed erunt omnes
11 similes angelis Dei. porro autem si quis iam in tantum
cumulum sanctitatis excrescit, ut uiuens in hac carne uel
masculum se esse uel feminam nesciat, si iam plenissima sui
puritate percepta nec habens uestimenta sordidata similis est
angelis Dei et si iam illa quae promissa est sanctis in speciem
solis claritate circumdatur, digne hanc perfectionem non uoce
12 sed habitu profitetur. uerumtamen praesumptio ista perditio
est; quin potius huiusmodi homini expedit, ut non suum cor
sed Paulum, magistrum gentium, audiat et sequatur simulque
oret cum eo, cui oranti respondeat Dominus: sufficit tibi
gratia mea; uirtus autem in infirmitate perficitur.

33 [48 M.] Itaque, quod solum et in quo solo liberum arbitrium proficit, praebeat se unusquisque nostrum Deo terram uoluntariam:

AVCTORES 3 *Cor. 1, 15, 54—56* 21 *Cor. 2, 12, 9*

1 mereretur] meretur *v* || *ad uersum* eam — 2 praesummus *in marg.* r *X* 2 p̄sumš *Σ* 3 immortalitatem *Ψ* 4 absorta] *ΣΥΦ XΨ* absorpta *v* 5 in uictoria] *ΣΥΦXΨ* in uictoriam *v* 6 stimulus] uictoria stimulus (*sed* uictoria *del. m. 1 aut 2*) *X* 9 immortalitas *Ψ* || corruptio *Ψ* || incorruptionem *Ψ* 12 dei *om. Ψ* 13 excrescit] *Ψ* excrescit excessit *ΥΦX* (*sed* excrescit *linea subducta m. 1 aut 2 deletum in X*) excessit *Σ* 15 nec *in ras. paullo breuiore Ψ* || sordidata] *ΣΥΦXΨ* sordida *v* 16 est] sunt *Ψ* 17 perfeccionem *Υ* 18 ueruntamen *XΨ* 19 homini *om. Ψ* || suum (*sed* u *prior m. 2 in rasura, in qua fort.* o *fuit*) *Φ* 23 in quo solum *Ψ* || proficit** (*1 aut 2 litt. eras.*) *Φ* 24 prebeat *Φ*

Dei enim agricultura sumus; Dei aedificatio sumus.
mittat in agrum suum semen uerbum, credat in corde, ipse
plantet, ipse riget, ipse fecundet, ipse tribuat incrementum,
qui est uerus agricola. quod solum tamen in nobis potest 2
uoluntaria deuotio, ad continendam in se radicem seminis et
nutriendos uberes partus fideliter subministret semperque
orationibus suis agricolam suum, ne inimicus zizania super-
seminare possit, exsuscitet. haec sit eius in opere Dei co-
operatio, cum spe non dubia et caritate sincera. ait enim 3
Dominus Iesus: ego sum uitis, uos estis palmites:
quodcumque habet, de uite habet. non enim, inquit apo-
stolus, tu radicem portas, sed radix te. quid se ergo
ex'tollit in fructibus, qui uidentur in eo, cum totum pertineat p. 634
ad uitem non solum ut possit, uerum etiam ut sit? alioquin
excidetur et in ignem mittetur. non enim palmes
sed uitis potest, et quod uitis potest palmes ostendit. sufficit 4
ergo unicuique ut habeat; at uero unde et ubi habeat, et
humiliter agnoscat et patienter expectet, ne, dum non habet
et habere se credit, id ipsum quod habet auferatur
ab eo. primum hominem peccantem de paradiso eiecit Deus,
deinde primum in cruce credentem in paradisum Christus in-
duxit. merito ergo quamdiu in paradiso non sum et in terra 5
peregrinationis Adae maneo, sine peccato me esse non credo.
si autem in paradisum gratia Dei transductus fuero, ibi
perfectione mea et morte superata peccatoque deleto aeternam
in conspectu Dei potentiae eius gloriam praedicabo.

AVCTORES 1 *Cor. 1, 3, 9* 7 inimicus—superseminare *sec. Matth. 13, 25* 10 *Ioh. 15, 5* 11 *Rom. 11, 18* 15 *Matth. 3, 10* 18 *Matth. 13, 12; 25, 29*

1 enim] autem *v* 2 credat] crescat (sc *in ras. breuiore; in marg.* sc *praescriptum*) *Ψ* 3 faecundet *Φ* 6 nutriendiendos *ΦX*[a] || partus (artus *a m. 2 in rasura*) *Φ* paruis *X*[1] || sumministret *TΦX* 8 sit** (*litt. 1 uel 2 erasae esse possunt*) *Ψ* 11 inquid *T* 14 sit (s *in ras. m. 1 aut 2, ex* f *ut uid.*) *Σ* 15 igne *TΦ* ignē (˜ *ex corr. add. uid.*) *X* 18 expectet] *Σ*[2]*Ψ* expectat *Σ*[1] expetat *TΦXv* 20 primo *Ψ*[a] || paradyso *ΣTΦ* 21 primum *post* in cruce *exhibet T, post* credentem *Ψv* || paradysum *ΣTΦ* 22 paradyso *TΦX* 23 peregrinationis (r *alt. s. s. m. ut uid. 2*) *X* || maneat *Φ*[a] 24 paradysum *TΦX* 25 perfectio *Ψ* 26 patientiae *Σ*

6 Haec ego, ut potui, beatissimi sacerdotes, causa fidei et simplicitatis exposui. non mihi succenseant qui laeserunt, si in aliquo per conparationes nominum titulantur. de quaestionibus uero aequanimiter ferant magisque, si timorem Dei
7 habent, gaudeant responsum fuisse quod uerum est. ego teste Iesu Christo odisse me fateor haeresim, non haereticum, sed, sicut iustum est, interim propter haeresim haereticum uito, quia et probaui et corripui. detestetur et damnet ore pariter ac manu et cunctis fraternitatis uinculo haerebit, quia scriptum est: inuicem onera uestra portate, et sic implebitis legem Christi.

AVCTORES 10 *Gal.* 6, 2

1 ego] ΣΦX ergo ΥΨv 2 michi X || succenseant (ccens *in ras. breuiore*) Ψ || leserunt Φ || si in] sibi (bi *del. m. 1 aut 2* Σ) Σ[1]ΥΦX 3 comparationes ΣΨ || titulantur] '*forte* titillantur' *Costerius male* || questionibus *codices* 5 habeant X 6 heresim *codices* || hereticum *codices* 7 heresim *codices* || hereticum *codices* 8 probaui] ΣΥΦXΨ prohibui *v* || dampnet Σ 9 uinculis Ψ 11 implebitis] ΣΦX adimplebitis ΥΨv (*cum Vulg.*)

EXPLICIT LIBER OROSII PRESBITERI Σ Explicit Liber Orosii Presbiteri Υ EXPLICIT LIBER OROSII PRAESBITERI Φ Finit liber apologeticus id ē excusatorius orosii prb'ri Ψ, *nihil subscriptum in X*

EXCERPTA EX

AVGVSTINI DE NATVRA ET GRATIA CONTRA PELAGIVM LIBRO

cap. 13—21 et 3—13

(*cf. supra ad Apol. 32 § 2*).

p. 622

13. hanc esse intentionem legis arguentis, ut, quia per illam perperam fiunt, confugiatur ad gratiam Domini miserantis, uelut paedagogo concludente in fidem, quae postea reuelata est; ubi et remittantur quae male fiunt et eadem gratia iuuante non fiunt. proficientium est enim uia, quamuis bene proficientes dicantur perfecti |uiatores: illa est autem summa perfectio, cui nihil addatur, cum id, quo tenditur, coeperit possideri. [32 Oros. ed. Migne] p. 623

14. Iam uero illud quod eis dicitur 'ipse tu sine peccato es?' re uera non pertinet ad eam rem, de qua uertitur quaestio. sed quod [33 M.]

